3 1761 07993281 0

Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/livnimoderaticol1v8colu

316
16
I
PA
6375
C6
1897
fasc. 1-8
LIBRARY
NOV 2 1971
UNIVERSITY OF TORONTO

COLLECTIO SCRIPTORVM VETERVM VPSALIENSIS

Columella, Lucius Junius

# L. IVNI MODERATI COLVMELLAE

# OPERA QVAE EXSTANT

RECENSVIT

**VILELMVS LUNDSTRÖM**

FASCICVLVS PRIMVS

LIBRVM DE ARBORIBVS QVI VOCATVR CONTINENS

VPSALIAE
In Libraria Lundequistiana

LIPSIAE
Otto Harrassowitz

MDCCCXCVII

# L. IVNI MODERATI COLVMELLAE

# LIBER DE ARBORIBVS

## QVI VOCATVR

RECENSVIT

VILELMVS LUNDSTRÖM

VPSALIAE
TYPIS DESCR. ALMQVIST & WIKSELL SOC.
MDCCCXCVII

MANIBVS

# HAEGGSTROEMII

SACRVM

# PRAEFATIO.

Cum longi laboris fructus aliquis quamuis specie exiguus in lucem tandem prodit, hanc Columellae operum editionem dedicatam uelim manibus memoriaeque praeceptoris acceptissimi, cuius nutu et auspiciis ante hos septem annos ad Columellam recensendum me conuerti. Quanta difficultate laboraret opus ita mihi mandatum, neque ignorabat ipse neque me celabat; et solebat dicere haud raro, se ipsum, nisi anni et aduersa ualetudo uetuissent, laborem illum suscepturum fuisse. Inmerito enim Columellae opera saeculorum sorde obruta iacere, aegre ferebat, et praesagiebat interdum animus eius, scriptorem nostrum, si quando editio uere critica prodisset, praestantissimum inter scriptores Romanos locum perspicui simplicisque scribendi generis gratia esse obtenturum. Quam opinionem sagacissimum uirum non fefellisse nunc testari possum coaceruata mihi uetustissimorum codicum scripturarum copia, unde ueterem rei rusticae scriptorem quasi nouum paulatim processurum spero.

Ergo sanctam quasi hereditatem adeptus ad opus quamuis discriminum plenum eius hortatu susceptum adgressus sum. Primum omnium ut codicem Sangermanensem diligenter excuterem, dedi operam; et contigit mihi, ut et Petropoli a. 1892 optimae notae codicem inspicere mihi liceret et bis postea per eximiam eorum beneuolentiam, qui Bibliothecae Imperatoriae Petropolitanae praesunt, mihi amicisque meis Langleto et Stroembergio occasio daretur librum pretiosissimum Upsaliae denuo conferendi. Codicem deinde Ambrosianum, quem olim usurpauerat Pontedera, ex obliuione autem rursus a. 1887 protraxit Haeussnerus, Mediolani a. 1894 quam potui diligentissime contuli; quam conlationem denuo in examen uocauit

Langletus meus a. 1896 Mediolani uersans. Ad postremum curae mihi erat, ut inter recentiorum codicum turbam meliores indagarentur et in recensionis usum etiam deterioris notae libri examinarentur; ad quam rem adsequendam per tres aestates bibliothecas Italiae perlustraui.

Praeterea de libris manu scriptis hoc loco breuiter agere licet, praesertim cum et Haeussnerus de iis optime disputauerit [1] et post eum ipse conpluribus locis quid de Columellae codicibus sentirem exposuerim [2].

Hi autem sunt codices, quos ad hanc editionem conficiendam adhibui:

Sangermanensis (**S**) nunc Petropolitanus 207 membranaceus fol. 138 saec. IX.

Ambrosianus L 85 sup. (**A**) membranaceus fol. 252 saec. IX—X.

Codices recentiores (**R**) saec. XV:

*Laurentianus plut. 53,32* (**a**) membranaceus fol. 172.

*Brerensis Mediolan. A. D. XV,4* (**b**) chartaceus fol. non num.

*Caesenas Malatestianus plut. 24,2* (**c**) membranaceus fol. 218 praeter Columellam etiam Varronem et Catonem continens.

*Laurentianus Conu. Suppr. 285* (**d**) (olim S. M. Novell. 350,6).

*Marcianus 462* (**m**) membranaceus fol. 326 praeter Columellam Varronem et Catonem continens.

*Laurentianus plut. 91,6 inf.* (**q**) membranaceus fol. 234.

*Laur.-Strozzianus 69* (**s**) chartaceus fol. 201.

*Urbino-Vaticanus 260* (**u**) membranaceus fol. 185 praeter Columellam »Sexti Phytagorici Enchiridion« continens.

---

[1] J. Häussner, Die hdschr. Überlieferung des L. Junius Moderatus Columella, Progr. Karlsruhe 1889.

[2] Cfr inprimis commentationem meam "Ein Columellaexcerptor aus dem 15. Jahrhundert" (= Skrifter utgifna af Humanistiska Vetenskapssamfundet i Upsala III: 6, Upsala 1894), ubi recentiores codices in ordines dispositi sunt; tum etiam commentatiunculas meas "Emendationes in Columellam" (Eranos I pag. 38—47, 169—180; II pag. 49—58), ad postremum Langleti de codice Sangermanensi adnotationes (Eranos I p. 86 sqq.). Adhibenda est etiam commentatio Schmittii de codice Sangermanensi inter commentationes Urlichsio dedicatos inserta (Wirceburgi 1880, p. 139 sqq.).

*Senensis L IX 24* (σ) chartaceus fol. 131 excerpta e Columella continens.

*Mosquensis Demidovianus* (μ) membranaceus fol. 264, anno 1812 flammis deuoratus, per collationem C. Fr. Matthaei [1] ex parte cognitus.

*Laurentianus plut. 53,27* (**p**) membranaceus fol. 201.

*Laurentianus plut. 53,24* (**k**) chartaceus fol. 229.

*Vaticanus 1524* (**w**) chartaceus fol. 203, praeter Columellam Varronem et Catonem continens.

*Vaticanus 1525* (**r**) membranaceus fol. 255.

*Vaticanus 1526* (**v**) membranaceus fol. 227 + 1.

*Vaticanus 1527* (**y**) membranaceus fol. 231.

*Vallicellianus E 39* (**g**) membranaceus fol. 220.

*Bononiensis 2523* (**t**) (ex lib. S. Salv. 168) chartaceus fol. non numer.

*Lipsiensis rep. I f. 13* (**l**) chartaceus.

Optimum codicum recentiorum delectum faciunt libri **a b c d** (codices **b** et **d** quod in usum nostrum protracti sunt, Langleti sagacitati debemus), quibus prope accedunt **m q s u** (praesertim codex **m** saepe cum **b**, **q** autem cum **c** concinunt); de codicibus μ et σ conferenda sunt, quae alio loco disserui [2]. Longius iam recedunt a melioribus codicibus libri **k r w y**, praecipuum quendam locum sibi uindicat **p**, quem codicem olim Poggii fuisse subscriptio testatur eiusque coniecturas seruare ueri simile est. Magnopere denique interpolati sunt libri **g l t v**, qui corruptelis arbitrariis scatent, sed iidem non minus quam manus correctrices, quibus pertractati sunt codices **b** et **d**, saepe ingeniosissimas librariorum coniecturas praebent.

Id autem in apparatu critico conparando consilium, quod ad hunc quidem fasciculum adtinet, sum secutus, ut duorum uetustissimorum codicum conlationem ne minutiis quidem omissis plenam darem et inter recentiores in primis libros **a b c d** diligenter excuterem. De his igitur codicibus sicubi in apparatu

---

[1] Matthaei, Lectiones Mosquenses I, Lips. 1779. Ad nostrum autem librum Matthaei nihil nisi titulum cum argumento et tria uerba in initio libri exstantia seruauit.

[2] "Ein Columellaexcerptor" p. 13 et 15 sqq.

nostro deerit adnotatio, concludere licebit, eos cum textu nostro concinere. Ceteros haud ita saepe adhibui, saepius tamen codices **m** et **q**, deinceps **k p s ɔ u**, exquisitioribus tantum locis libros **g l t v**, rarissime autem **r w y**.

Adnotationes Politiani, de quibus et HAEUSSNERUS egit (p. 12 sqq.) et ipse in commentatione mea, quae »Quaestiones Papinianae» (Upsaliae 1893) inscribitur, disserui (p. 17 sqq.), consulto non adhibui. Nam quamquam »antiquum» Politiani codicem eundem atque Ambrosianum fuisse non omnino certum uidetur, tamen manifestum est, codicem illum huic fuisse simillimum; accedit, quod adnotationes Politiani ita »indistincte» inter se confusae sunt, ut apparatui nostro inmixtas nihil commodi, detrimenti non nihil eas adlaturas esse pro certo habere liceat.

Ad postremum grato animo mihi profitendum est, quantopere de hac Columellae editione meriti sint LANGLETUS et STROEMBERGIUS mei, quorum ille nec labori nec sumptui pepercit, ut in meum usum codices mecum inuestigaret, inuestigatos conferret conlatosque denuo examinaret, hic autem per duos annos in libris manu scriptis excutiendis schedisque meis denuo cum codicibus conferendis diligentissimus mihi erat adiutor.

Scribebam Upsaliae Non. Sept. a. MDCCCXCVII.

*Vil. Lundström.*

# L. IVNI MODERATI COLVMELLAE

# LIBER DE ARBORIBVS QVI VOCATVR

SEV

MINORIS DE RE RVSTICA OPERIS

VOLVMEN SECVNDVM

## INDEX SIGLORUM

**S** = Sangermanensis Petropolitanus 207.
**A** = Ambrosianus L 85 sup.
**R** = codices recentiores uel omnes meliores uel omnes praeter eos, qui separatim laudantur.
**a** = Laurentianus plut. 53, 32.
**b** = Bibl. Brer. Mediol. A. D. xv, 4.
**c** = Caesenas Malatestianus plut 24, 2.
**d** = Laur. Conu. Suppr. 285.
**g** = Vallicellianus E 39.
**k** = Laurentianus plut. 53, 24.
**l** = Lipsiensis Bibl. Comm. rep. I f. 13.
**m** = Venetus Marcianus 462.
**p** = Laurentianus plut. 53, 27.
**q** = Laurentianus plut. 91, 6 inf.
**r** = Vaticanus lat. 1525.
**s** = Laur.-Strozzianus 69.
**t** = Bononiensis 2523.
**u** = Urbino-Vaticanus 260.
**v** = Vaticanus lat. 1526.
**w** = Vaticanus lat. 1524.
**y** = Vaticanus lat. 1527.
**μ** = Mosquensis Demidovianus nunc deperditus.
**σ** = excerpta Senensia L IX 24.
*uett. edd.* = editiones duae uetustissimae.
*ed. pr.* = editio princeps ("Iensoniana" Venetiis 1472).
*ed. Brusch.* = editio secunda ("Bruschiana" Regii 1482).
*ed. Ald.* = Iucundi editio Aldina Venetiis 1514.

Numeri paginarum nude positi *("scripsi p. 000")* ad Erani uolumen primum spectant.

# LIBER CONTINET

I. De uitiario faciendo.
II. Qualia semina et quando legas.
III. Quem ad modum semina eligas.
IIII. De malleolis.
V. De uineis constituendis.
VI. De generibus uinearum et operis pastini uariis.
VII. Quem ad modum uites coli debeant.
VIII. De resecanda uetere uinea et propaganda.
VIIII. De propagatione.
X. De insitione. Infructuosas uites fecundas facere.

L. iuni. moderati. columellæ. rei rustice lib. II. sementiuus · | incipit liber tertius feliciter *rubr. litt. unc.* **S** Incipit liber feliciter tertius *rubr. litt. unc.* **A** Junii Moderati Columelle rei rustice liber tertius incipit feliciter **a** L. iuni moderati Columellæ rei rusticę liber secundus ex|plicit de sementibus | Liber Secundus *(hoc uerbum postea del.)* Tertius incipit *(huc usque maiusc. litt.)* quae in hoc libro continentur *rubr. litt.* **b** Secundus liber Moderati Columellae rei rusticae | de sementibus | absolutus *(huc usque litt. unc.)* Tertius in quo haec sunt inceptus **d** l· iuni moderati columellae rei rustice | liber secundus explicit *maiusc. litt.* **m**. Liber tertius Rei rusticae Surcularis incipit feliciter **q** In hoc libro scripta sunt haec *(sequuntur totum fere argumentum libri IV (III) et deinceps argum. huius libri)* **p** Liber II explicit. Incipit tertius qui hec continet *maiusc. litt.* s : *inscriptionem om.* **ckuv**

*Argumentum libri uno tenore numeris rubris praebet* **S** *duobus columnis numeris et init. litt. rubr.* **A** *singulis uersibus capitum tilul.* **bdm** *in marg. adscr.* s : *om.* **R** uitario **SA** fatiendo μ Qualia seminia *in ras.* **S** qualiter legas **d**μ VI De generibus uinerarum et operis pastini uariis *scripsi:* VI De generib; uinearũ & operis pastiniuarie **S** VI De generib; uinearũ & operis pastini | uariæ **A** VI De generibus uinearum & operis **bdm**μ propatione μ De insitione (in *in ras. scr.*) **S** De insitionibus μ fructuosas uites (In *supra u. add.* *m*[1]) **A** fructuosis uites **b** (*m*[1] *in* **d**) **m**μ

XI. Ut uua acinorum genera conplura habeant. Agigarta.
XII. Vineam quo modo putes.
XIII. De fossura.
XIIII. De pampinatione.
XV. Ne rubigo uineam uexet.
XVI. Ne formica uitem ascendat.
XVII. Ne uolucra uitem laedat.
XVIII. De arbustis.
XVIIII. De oliueto.
XX. De pomario constituendo.
XXI. De scrobibus faciendis. Quo modo semina legas.
XXII. Quando ficus serenda sit.
XXIII. De ceteris pomis.
XXIIII. De seminario faciendo.
XXV. De insitione. Oliuam fico inserere.
XXVI. De cytiso.
XXVII. De salice et genesta.
XXVIII. De harundine.
XXVIIII. De uiola.
XXX. De rosa.

XI Ut uua (De uua **bm**) acinorũ complura (ɔplura **A**) habeant **SAbmμ** XI Ut uua acinor, complura habeant gñа **d** : genera *post* acinorum *addidi ad simil. arg. post lib. XI ins.* agygaryta *(alt.* y *postea add.)* **S** agigaryta **A** *om.* **bdmμ** XIIII De panpinatione **S** De panpinatione (m *in* n *postea mut.*) **A** XV Derobigo (in Ne rubigo *mut.* $m^2$) **A** XVII Ne uolucra uitẽ ledant **S** ($m^2$ *in* **d**) XVII Ne uolucres uitem laedant (ledant) **Abdmμ** XXII Quando ficus erenda sit **A** cythiso **b**

Quoniam de cultu agrorum abunde primo uolumine 1
praecepisse uidemur, non intempestiua erit arborum uirgul-
torumque cura, quae uel maxima pars habetur rei rusticaę
placet igitur, sicuti Vergilio, nobis quoque duo esse genera
surculorum, quorum alterum sua sponte gignitur, alterum
cura mortalium procedit: illud, quod non ope humana pro-
uenit, materiae magis aptum, hoc, cui labor adhibetur, ido-
neum fructibus. de hoc itaque praecipiendum est, atque 2
id ipsum genus tripertito diuiditur; nam ex surculo uel arbor
procedit, ut olea, ficus, pirus, uel frutex, ut uiolae, rosae,
harundines, uel tertium quiddam, quod neque arborem neque
fruticem proprie dixerimus, sicuti est uitis. arborum et fru- 3
ticum docebimus cultum, si prius de uitibus praeceperimus.

**Deuitiario faciendo.**

Qui uineam uel arbustum constituere uolet, seminaria prius facere debebit; sic enim sciet cuius generis uitem positurus sit. nam quae pretio parata disponitur, certam generositatis fidem non habet, quoniam dubium est, an is qui

1 Quõ **S** Qu'o **A** Qvom **dμmqu** Cum **abcgpsv** Vm *(init. littera non depicta)* **klt** cultus (s *litt. postea expuncta*) **S** abunde (h *suprascr. m*[2]) **A** 2 uidemus **S** uideamur s uirçultorũq. (c *in* ç [g] *mut m*[2]) **S** 4 uergilio **S** uirgilio **AR** esse duo **cdq** 8 fructibus. de hoc *scripsi p. 39:* fructibunde · hoc (e *in ras.*) **S** fructib, unde hoc **As** fructibus unde hoc **R** fructibus unum hoc **tv** atq; ipsum **bm** 9 tripertito **Sa** triptito (a *suprascr.*) **A** tripertito **d** tripartito **R** exurculo **Am** exsurcolo **a** 10 pirus *om.* **AR** uiolę **Sgltv** oliuę (oliue) **AR** 11 harundinis **Sk** Arũdines **b** quiddã (*priore litt.* d *expunct.*) **d** 12 fructricem **e** fructi///cem **t** duxerimus **a** sicut **es** fructicũ **et** 13 cultum docebimus *transpositionis sign. postea adscr.* **d** praecerperimus **S**
15 I De uitario faciendo *rubr. litt. unc.* **S** de uitario faciendo *rubr. litt.* **A** De uitiario faciendo. Capitulum primum **m**: *uulgo om.* **R** uolet *om.* s prata **a** 16 gerositatis **S** (ne *suprascr. m*[2]) **A** 17 qñ **S** qño **A** quom **bdmpu** cum **agkv** is qui (*alt.* i *in ras.*) **S** is qui **dkuv** is quẽ (quem) **Aabcmps** his quẽ **q**

uendidit legendis seminibus adhibuerit diligentiam; tum etiam quod ex longinquo petitur, parum familiariter nostro solo uenit, propter quod difficilius conualescit alienum exterae
4 regionis. optimum est itaque eodem agro, quo uitem dispositurus es, uel certe uicino facere seminarium, idque multum refert loci natura. nam si colles uineis uel arbustis occupaturus es, prouidendum est, ut siccissimo loco fiat seminarium et iam quasi ab incunabulis uitis exiguo adsuescat humore; aliter cum transtuleris de humido in aridum locum,
5 uiduata pristino alimento deficiet. at si campestres et uliginosos agros possidebis, proderit quoque seminarium simili loco facere et uitem largo consuescere humore. nam quae ex sicco in aquosum agrum transfertur, utcunque putrescit. ipsum autem agrum, quem seminario destinaueris planum et sucosum, sat erit bipalio uertere, quod uocant rustici sestertium. ea repastinatio altitudinis habet plus sesquipedem, minus tamen quam duos pedes. iugerum agri uertitur
6 operis quinquaginta. collem autem et cliuosum modum iu-

5 ēs **A** est **c** certo **d** uel] aut **s** arbustus **SAcq** es **qs** est **SAR** ẽ ^(nt) succissimo **d** umore aliter **S** humore aliter **bs** humore liter **Aadmpq** humore similiter **k** humore (*omisso* aliter) **c** humori aliter **t** exiguo adsuescat *om.* (*in marg. postea adscr.* assiduo assuescat humore licet) **d** umido **SA** 10 uiduata pristino *ed. pr.*: uideat' apristino **S** uideat apristino **Admpsu** uideat ap(i)stino **bc** uideat a pristima **q** uideat ne a pristino **a** uide ne a pristino **gktv** at//si (t *ex* c *ut uid.*) **S** ad si (d *in* **t** postea mut.) **A** ac si **q** prodiderit **SAbdmq** umore **S** (h *postea adscr.*) **A** humore **R** 12 nam quae ex sicco in *scripsi p. 39 sq.*: nāquæ exis quo in **S** namq; ex his co In **A** namque(Namq;)ex his coin **cd** namq; ex hiis coin **a** nam ex his coin (quom ĩ aquosum *in marg.* **m**) **mq** namque ex his cum in **ksu** Nam ex his co **b** nam ex iis quom in **p** aqua sum **d** utcunque *ed. Ald.*: utrimque **SA** utrunque **bkm** utrinq; **d** utrũque (u) **c** utrumque **as** 13 *uerba* transfertur—agrum *om.* **q** desinaberis (g *suprascr. m*[2]) **A** designaberis **abdmqu** designaueris **ck** designauere **s** designabis **p** 15 sucosũ **Sbs** succosũ **AR** bipabulo uerte qđ uocant **S** bipalo uerte (uertere **ak**) qđ uertunt **AR** rusticis es tertiũ **A** rusticis sestertium **dm** sextertium **pv** sextarium **q** 16 ea res pastinatio **SAR** *om.* **s** plus sesquipedẽ **S** plus es quipede' **A** plures (*om.* s) qui (quam **bp** *in marg.*) pedem **R** plus quam pedem **t** 18 cliuosũ modũ **S** clinos modũ **AR**

geri, sed ne minus duobus pedibus alte, repastinaueris operis sexaginta: uel si eodem loco, quo uineam ordinaturus es, facere uoles seminarium, tribus pedibus alte repastinabis iugerum operis octoginta; ita tamen si neque lapis neque tophus aut alia materia difficilior interuenit, quae res quot operas absumat parum certum est. nos autem de terreno loquimur.

Peracta repastinatione, mense Februario uel prima 2
parte Martii semina legito. sunt autem optima, quae de uitibus notatis leguntur. nam cui cordi est bona seminaria facere, circa uindemiam uites, quae et magnum et incorruptum fructum ad maturitatem perduxerunt, rubrica cum aceto, ne pluuiis abluatur, permixta denotat, nec hoc uno tantummodo anno facit, sed continuis tribus uel pluribus uindemiis easdem uites inspicit, an perseuerent esse fecundae; tum enim manifestum est generositatis uitium, non anni ubertate fructum prouenire. si conpluribus uindemiis eundem teno- 2
rem seruarint, ex eiusmodi uitibus lecta semina multum

**Qualia semina et quando legas.**

1 repastinaueris *scripsi cum* **t** : repastinaberis **Sekpqs** repastenaberis **Ad** repastinabis **a** *uerba* repastinaberis tribus pedibus alte *om.* **bm**
3 seminariium (iu *in ras.*) **S** altere pastinauis (u *in* b *postea mut.*) **S** altere pastinab̄ (h) **A** LXXX **S** 5 topus (h *supr. scr.* $m^2$) **S** tophus **bk** topus **AR** interuerit **cp** quot] qđ **S** quod **A** assumat **d**
II Qualia semina et quan|do legas *rubr. litt. unc.* **S** quando (*supra* ndo *scr.* $m^2$ lia) semina et quando legas *rubr. litt.* (· II · *ante* Peracta *posit.*) **A** Qualia semina & qñ legas **dm** *(in marg.)* **b** : *uulgo om.* **R** cap. 2 **b** cap̄. II **m** res pastinatione **SA** febr̄ **S** fe'b **A** febr **c** marcii **A** optima quæ *bis in* **S** corda **S** (i *supra* a *scr.*) **A**
10 seminaria | bona **d** pduxer ̃ **S** pduxerı̃t **A** pduxerunt (pduxũnt) **R** produxerunt **q** 12 rubrica cum *uett. edd.*: rubricatũ **SAR** rubicatum **a** acoeto **Abm** 13 pluuis **Abm** *(alt.* i *suprascr.)* **d** puluis **ak** abluatur *ed. Brusch.*: abluit **SAR** hoc *om.* **Sa** 15 fecundae /// tum enim manifestũ **S** fecundaestum̃ In manifestũ **A** fecunda. Estum immanifestum **a** fecundas. Estiuum | manifestum **b** fecunde Estumen manifestum **c** fecundae | Estumen im manifestum **du** fecunda estumen manifestum **qs** fecunda. Estũm manifestum **m** fecunda manifestum *(spatio inter uerba relicto)* **k** fecunda Sic enim manifestum **p** generositate **p** 17 complurib; (·bus) **AR** uindemmiis **a** seruarint **SAdksu** seruauerint **acpqv** seruiant **m** seruant **b**
18 ex] et **c** ∵ ex eiusmodi uitib; uindemiis eundẽ (*ex* euntẽ *ut uid.*) tenorem seruauerint ⁝ ex eiusmodi uitibus lecta **S** lecta] leta **c**

bonumque uinum praebebunt. nam qualiscunque generis uuae, quae integrae et incorruptae ad maturitatem perueniunt, longe melioris saporis uinum faciunt quam quae praecipientur aestu aut alia de causa.

**3** *Quem ad modum semina eligas.*

Semina autem eligito grandi acino, tenui folliculo, paucis minutisque uinaceis, dulci sapore. optima habentur a lumbis, secunda ab humeris, tertia a summo uertice uitis lecta, quae celerrime conprehendunt et sunt feraciora, sed aeque celeriter senescunt. pampinaria sarmenta deponi non placet, quia sterilia sunt. locis pinguibus et planis et humidis praecoques uites serito, raris acinis, breuibus nodis, inbecillas (nam tali generi uitium eiusmodi ager aptus est),

2 locis aridis et macris et siccis uitem sero maturantem et ualidam crebrisque acinis. quod si pingui agro ualidas uites deposueris, pampinis magis eluxuriabuntur, et qualemcunque

1 nam] namq; **q** 2 quæ integrę & **S** quae et **AR** que *(etiam* et *omisso)* **p** pueniunt **SAdm** proueniunt **R** 3 percipientur **ks** preripientur **b** estua ut **A** est^u aut **d** estua uel **b**

III Quē ad modū semina eligas *rubr. litt. unc.* **S** quē admo | dū semina eligas *rubr. litt.* (· III · *ante* Semina *pos.*) **A** Q^m admodum semina eligas Cap. 3 *rubr. litt. in marg.* **b** quemadmodum semina eligas Cap III **m** Qualia semina et quando legas II *rubr. litt.* **q** pauci///s **S** pauc^i os **A** 6 optuma **Abq** a lumbis] alūbis **SA** alunbis **m** a lombis **p** umeris **S** (h *postea adiect.*) **A** 7 tertia a summo uertice uitis *scripsi p. 40 sq.:* tertia a sūme uite uita **S** tertia sūme uitae uita **A** tertia summę (-e) uitę (-e) uita **R** tertie sūme uite uita **c** tertia uite summa **p** 8 lecta quae s lectę aque **SAbm** lecta aque **a** lectęque (lecteq;) **cdq** collecta que **p** celeberrime **c** comprehendunt (cōprehendunt) **R** feraciora sed **abs** ferocioras et *(in* ferociora sed *mut. m²)* **S** ferociora sed (a *suprascr. m²*) **Ad** feratiora sed **ckmpq** 9 aeque *scripsi p. 41:* ea quā /// **S** et qua' **A** et quam **R** etiam quam **s** quam **p** sermeta **S** qz **S** q **A** qui **R** quę **dp** et umidis **S** sed umidis (et h *suprascr. m²*) **A** 11 raris **S** paris **AR** paruis **dt** pa^i ribus **bs** nodes **A** nobis **d** 12 nam tamē **cq** tali generi *uett. edd.:* talis generis **SAR** ager] terra (*in marg.* + ager) **d** 13 sero maturantem et ualidam *scripsi p. 41:* sere maturam | //// et ualidā **S** serę matura uere metuali | dā **A** sere matura uere metualidam **R** sere maturauere me tualibam **d** sere maturam et ualidam **p** sere maturantem et ualidam **l** sere maturaneam et ualidam **gtv** 14 cerebrisq; **Ad** ereptisq; **q** 15 qualencunque **a**

fructum tulerint, ad maturitatem non perducent; rursus in-
becillae exili agro celeriter deficient exiguumque fructum
dabunt. unumquodque genus uitium separatim serito; ita
suo quodque tempore putabis et uindemiaueris. semina cum 3
nouello sarmento deposita cito conprehendunt et ualenter
crescunt, sed celeriter senescunt; at quae uetere sarmento
panguntur, tardius conualescunt, sed tardius deficiunt. se-
mina quam recentissima terrae mandare conuenit. si tamen
mora interuenerit, quo minus statim serantur, quam dili-
gentissime obrui tota oportet eo loco, unde neque pluuias
neque uentos sentire possint. plantaria facito ab exoriente
ad decimam lunam et a uicensima ad tricesimam. haec uel 4
melior est uitibus satio. sed cum seras, frigidos uentos uitato.

De malleolis.

Malleolum sic deponito. uirgam malleolarem non am-
plius quam sex gemmarum esse conuenit, ita tamen sunt,
si brevia internodia habent. eius imam partem quam in ter-
ram demissurus es, acutissima falce iuxta nodum, sic ne

2 inuecillæ (b *suprascr.*) **A** exiliaçro (signo *diuis. uerb. postea adpos.*) **S** exili-acro **A** celeṭiter (r *suprascr.*) **A** celeiter **q** defitient **q** unū quoṭq; (d *suprascr.*) **A** 3 seperatim **s** sepatim **q** seperatum **m** qđq. **S** quodque **R** quotque **A** quoque **c** quoquo **s** tēpure (o *suprascr. m*[1]) **S** pu|tabis & uindemiaueris **S** putaui· sed uindemiaueris **A** putaui Sed uindemia ueris **R** puta. Sed uen demiaueris (Si i *suprascr.*) **p** putaūis et uindemiaūis **t** 4 semina cum nouello sarmento *scripsi p. 171:* semina cū nouello uetere (ueteræ **A** uetero **b**) sarm̄to **SAR** 6 atquae] atq. **S** atquȩ **A** atq; **R** 7 pangunt˜ (panguntur) **Sk** pinguuntur **AR** pinguntur **cpq** 8 quam] que **c** 10 toto **bm** undeq; (ne *suprascr. m*[1]?) **S** unde neq; **cdkps** uñ neq; **q** undeq; **A** undique **abm** 11 possunt **c** ad decimam lunam m[2] *in* **p** *(cfr p. 171):* a decima luna **SAR** a *ante* uigesima *om.* **bm** uicensima **SA** uicesima **cdpqu** uigesima **abkms** xx. **gv** 12 ad tricesimā **S** adtriceṣsimā (n *suprascr.*) **A** ad tricesimam **p** *om.* **R** 13 seras] sera **d** frigido uento **m**

IIII De malleolis *rubr. litt. unc.* **S** de malleoṇis (l *suprascr. m*[1]) *rubr. litt.* **A** de malleolis **b** de malleolis Capitulum ·IIII· **m**: *uulgo om.* **R** Malleoṇū (l *suprascr. m*[1]) **A** malleo|leo larē **S** malleo leolarē **A** malleolarem **bkmps** malleralarem **a** mallelarem **d** mallearem **cq** 16 imam] unā **bcmq** terra **d** 17 demissurus **ɔ** dimissurus **SR** dimisurus **Abm** acutissima *(supra ult. litt.* a *ras.)* **Sb** acutissimā **Aamqɔ** acutissima **cdkps** ne] nec **c**

gemmam laedas, rotunda plaga amputato et statim fimo bubulo linito: tum in terram bene pastinatam et stercoratam rectum sarmentum defigito, ita ut ne minus quattuor gem-
5 mae abscondantur. pedale quoquouersus spatium sat erit inter semina relinqui; cum conprehenderint, identidem pampinentur, ne plura sarmenta, quam debent, nutriant. item quam saepissime fodiantur, ferro ne tangantur. uicensimo et quarto mense resecentur, post tricesimum et sextum mensem transferantur.

**De uineis constituendis.** In agro requieto uineam ponito. nam ubi uinea fuit, quod citius decimo anno seueris, aegrius conprehendet nec
6 umquam roborabitur. agrum antequam uineis obseras, explorato qualis saporis sit; talem enim etiam gustum uini praebebit. sapor autem, sicuti primo docuimus uolumine, conprehendetur, si terram aqua diluas et, cum consederit, tum demum aquam degustes. aptissima uitibus terra est

1 ledas S ridas **Abcdmqsu** radas **agktv** rodas **p** ridas (ledas) *(ead. manu ut uid.)* s  rutunda *(priore litt.* u *in* o *mut.)* S rodtunda **a**  amputato et S amputat cet **A** amputat et **R** amputant et **c** amputa et **kp** amputet et **o**  2 linito tūin **Scps** linitotū in **A** lini totum in **ak** lini totam **b** lini totam in **m** lini totam in **d** lini totā (tū) cum in **q**  3 ita ut ne S ita ne **AR**  *inter* quattuor *et* gemmae *ras. in* S  4 abscundant` (u *post in* o *mut.*) S ascondantur **d** asondantur **p**  pedale (p $m^{2}$) S quoq'uersus S qquersus **A** quoq; uersus (q; uersus) **R** quoquo usus **q**  5 seminare lin | qui S  nutriant *om.* **AR**  7 uicensimo **SAn** uicesimo **R** uigesimo **ak**  8 resecentur *ed. Brusch.* resecantur **SAR** tricesimum **Sbdp** tricessimum **A** trigesimum **ackqs** tricensimum **m**

IIII De uineis constituendis *rubr. litt. unc.* S deuineis constituendis *rubr. litt.* (·V· *in marg.*) **A** De uineis constituendis Cap. 5 **b** De uineis custodiendis Cp̄. V **m** : *uulgo om.* **R**  uineam *ex* uincam *ut uid.* S  ponito **ckp** posito **SAR** posito uel ponito **q**  uinea **R** uineā S uineam (m *iam a* $m^{1}$ *expunct.*) **A**  quod **R** qđ **A** quo S  cicius **m**  sæueris **SA** saeueris **bd** sęueris **km**  unquam **abdm**  obseras (e *et* r *in ras.*) S  explorato p(i)mo qualis **c**  si·talemenī (t) S sitalem enim **A** sic talem enim **a**  gustum **lt** gustus **SAR**  sicut docuimus (*omisso* primo; *cfr supra:* explorato p(i)mo) **c**  15 terra **A**  aquas **c**  consederit **l** conderit **SAR** conderis **s** conciderit **p** tutuderis **gtv**  16 degustes (g) S decustes **A**

harenosa, sub qua constitit dulcis humor, probus consimilis ager, cui subest tophus, aeque utilis congesta et mota terra. sabulum quoque, cui subest dulcis argilla, uitibus conuenit. omnis autem, qui per aestatem finditur ager, uitibus arboribusque inutilis. terra inferior alit uitem et arborem, superior custodit. saxa summa parte terrae uites et arbores 7
laedunt, ima parte refrigerant, et mediocri raritudine optima est uitibus terra; sed ea, quae transmittit imbres aut rursus in summo diu retinet, uitanda est. utilissima autem est superior modice rara, circa radices densa. montibus cliuisque difficulter uineae conualescunt, sed firmum probumque saporem uini praebent. humidis et planis locis robustissimae, sed infirmi saporis uinum nec perenne faciunt. et quoniam de seminibus atque habitu soli praecepimus, nunc de genere uinearum disputabimus.

Vites maxime gaudent arboribus, quia naturaliter in 4
sublime procedunt, tunc et materias ampliores creant et

**Genera uinearum.**

h
1 umor S umor (h *adscr. m*²) A    2 cui subestto fusæque S cui
t
subęsto fusæque A cui subest tofus (aeque) R    aeque] aque (aquę) **bcpq** (e *suprascr.*) **m** eque **as** que **k**    3 sabolum **d**    uitib; S uitio **AR** uiti **bs**    4 funditur **ckq**    arborisque A    5 terrainferioralituitem & S terra Infe|riora lituit emet A (*sed* licuit) **d** terra inferiora lituit (licuit **m**) emet R
cri
6 parte terrefrigerant & medio uites & arbores ledunt ima parte refrigerant S parte terręfrigerant et mediocri uites et arbores lædunt ima parte refrigerant A terre refrigerant et (eę **k**) mediocri uites (uitem **cq**) et
ima
arbores ledunt ima (una **bcq** Una **d**) parte refrigerant R terre refrigerant *om. cet.* **p** : *correxi p. 173 praeeunte maximam partem ed. Ald.*    uitem *post* mediocri *scr. et expunct.* **c**    7 optuma **d** optime **m**    terram **m**    8 Sed (sed) ea (eã **c**) quã (quam) SAR sed aquã **k** : *corr. uett. edd.*    ymbres **cq** imber **b**    9 utilissima autem est **b** (*cfr p. 173*): utilissima uitanda est aut˘ | est S utilissima uitanda ∻ (est) ãt (autem) ∻ (est) AR    11 coalescunt **c**
h
Umidis (*supra* U *ras.*) S umidis (h *suprascr. m*²) A    13 quõ SA quoniam **aq** cum **bcdp** quom **kms**    14 p̄cipimus Tunc es precepерimus **p**    generibus **c**    15 disputauimus (u *in* b *postea mut.*) S disputauimus A

V. Genera uinearum *rubr. litt. unc.* S genera uinearum (·VI· *in marg.*) *rubr. litt.* A De generibus uinearum & operis Cp̄ VI **m** De generibus uine-
tum
arum V **q** : *uulgo om.* R    17 tum **ackqs** tunc **d**    creant S careant AR

fructum aequaliter percoquunt. hoc genus uitium arbustiuum uocamus, de quo pluribus suo loco dicemus. uinearum autem fere genera in usu tria sunt, iugata, humi proiecta et deinde tertia, *quae* est a Poenis usurpata, more arborum in se consistens. id genus conparatum iugatae quadam parte
2 deficitur, quadam superat. iugata plus aëris recipit et altius fructum fert et aequalius concoquit, sed difficilior est eius cultus; at haec ita constituta est, ut etiam arari possit, eoque ubertatem maiorem consequitur, quod saepius et minore inpensa excolitur. at quae protinus in terram porrecta est, multum, sed non bonae notae uinum facit. uinea optime repastinato agro ponitur, nonnunquam tamen uel melius quibusdam locis sulcis committitur; interdum etiam scrobibus deponitur. sed, ut dixi, repastinatur iugerum in
3 altitudinem pedum trium operis octoginta; sulcum autem terrenum altum duorum, longum septuaginta una opera effodit; scrobes ternarios, id est quoquouersus pedum trium, una opera facit XVIII. uel si cui cordi est laxius uites po-

1 arbustissimũ e arbustium[u] **d** 3 autem *om.* **b** iugati **e** 4 quae est a Poenis usurpata *scripsi p. 42:* est aponis urpata **S** ÷ aponi surpata **A** est aponi (apponi **ac**) surpata **R** est apponi usurpata **ls** est apo sũpata *(spat. rel.)* **k** est appoñe (e *ex* i) suppara **t** *om. sed spat. rel.* **p** 5 consistens. id genus *ed. Ald.:* consistent /// | ingens **S** consistent In genus **A** consistent in genus **R** consistẽs in genus **b** consistent genus *(spat. rel.)* **k** consistentium genus **t** 6 iugatae *ed Ald.:* iugatum **SAR** superẹṣt[a] **e** eris **SA** aeris **R** acris **m** 7 concoquit //// **S** concoquiḍ[t] **A** conquoquit **q** conquoquit[co] **b** (c *supra* qu) **p** coquit[cõ] **d** conquit[co] (i *ex* o *ut uid.*) **s** at **R** ad **SA** ari[ri] possit (ri *suprascr.* $m^2$) **A** 10 porrecta **S** ꝓrecta **A** prorecta **bk** proiecta **es** pro|iectam (i *in ras. et* m *del.*) **d** poiecta (*litt.* i *et* e *dub.*) **a** coniecta **p** protecta **q** 11 multũ *in marg. adscr.* **S** 12 nonumq̃ **e** 13 cõmitur **S** 14 srobibus[c] **A** repastinabitur[bi] **eq** repastinatur **d** 15 operis **S** opis **p** optos (opertos) **AR** 16 altum *om.* **AR** una opera **R** una opere **SAamq** uno opere **s** 17 scroues (u *post. in* b *mut.*) **S** scrobos **s** est *om.* **ak** quoq; usus **e** una opere **m** 18 uel sicui //// cordi est **S** † sĩc uicordi ÷ **A** uel sicu///i cordi est **d** uel si cui corde[i] est $m^1$ *in* **m** ˙uites˙ *supra uersum adscr.* **A** uires **e**

nere, scrobes quaternarios, id est quoquouersus pedum quaternum, una opera duodecim facit, uel bipedaneos quoquouersus una opera uiginti effodit. curandum autem est, ut locis aridis et cliuosis altius uitis deponatur quam si humidis et planis. item si scrobibus aut sulcis uineam posituri erimus, optimum erit ante annum scrobes uel sulcos facere. uinea, quae angustissime conseritur, quoquouersus quinque 4
pedum spatio interposito ponitur, inter septem uel octo pedes, quae rarissime, *uel*, ut etiam facile arari possit, inter denos pedes constituitur. haec positio uinearum modum sine dubio agri maiorem occupat, sed ualentissima et fructuosissima est. cum semina depones, imum scrobem uel sulcum bidentibus fodito mollemque reddito. uitem, quam ponis, fac ut ad Orientem spectet adminiculo religata. in imo scrobe lapides circa pondo quina ita ponito, ne uitem premant, sed iuxta radices sint. praeterea post haec uina- 5
ceae heminam uuae albae in nigra, uuae nigrae in alba ponito, atque ita scrobem uel sulcum cum instercorata terra ad medium conpleto. triennio deinde proximo paulatim scrobem uel sulcum usque in summum conpleto; sic uites consuescent radices deorsum agere. spatium autem radicibus, qua repant, lapides praebent et hieme aquam repel-

1 quaternos **m** est *om.* **ak** quoq, uersus **A** quoquo usus **q** quo usus **c** 2 duodecim] XII **Aadps** facit *supra uersum adscr.* **d** 3 uiginti] XX **aqs** uigiт̃ **c** effodit *supra u. adscr.* **S** umidis **S** umidis (h *suprascr.* $m^2$) **A** 5 sicrobib; **S** sicrobib; (s *suprascr.* $m^2$) **A** poituri **c** angustissima **bm** 8 interpositio ponitur **a** interponitur (ponitur *postea linea del.*) sito pñr **d** inter septẽ uel octo pedes **S** Int̃ VII. ł octo pedes **A** Inter (inter **as**) septem (VII **abdpqs**) uel octo (VIII **acdps**) pedes **R** 9 uel *addidi p. 42 sq.* : *om.* **SAR** *post* rarissime *tamen parua ras.* **S** facile *in marg. add.* **d** 10 dedos (n *suprascr.*) **A** 12 est *ante* cum *om.* **cq** imum] unum **b** 13 uidentibus **S** uidentib; **A** budentibus **m** redito **cq** 15 imo] uno **m** quina ita **S** quina Ita **A** quin (qn **b**) alta **abklu** quin (q: *suprascr.*) alta **d** quin (qn **s**) altam **ms** quin ne alta **cq** quina **p** quinq; alte **gtv** quin ne alta atque ita *omiss. cett.* **c** 16 premant **R** premat **Sakm** p̄mat **A** uineaceae **SAas** 18 scrouem (u *post in* b *mut.*) **S** *et item uers. sequ.* 21 dehorsum **b** in radicibus **b** 22 hyeme **c** hyemem (m *postea del.*) **d** *uerba* et hieme—praebent *om.* **k**

lunt, aestate humorem praebent; uinaceae uitis radices agere cogunt.

De cultura uinearum.

Quoniam praecepimus, quem ad modum uites ponendae sint, nunc culturam earum docebimus.

5 Vineam nouellam omnis gemmas agere sinito. simul atque pampinus instar quattuor digitorum erit, tum demum pampinato et duas materias relinquito: alteram quam uitis constituendae causa submittas, alteram subsidio habeas, si forte illa ordinaria interierit; hanc rustici custodem uocant. proximo deinde anno, cum putabis uitem, meliorem unam uirgam relinquito, alteras tollito. tertio anno uitem, in quam
2 formam uoles, dum tenera est, conponito. si iugatam eris facturus, unam materiem submittito, ita ut duas gemmas, quae sunt proximae a terra, falce acuta radas, quo ne iam possint germinare et deinde tres sequentis relinquas, reliquam partem uirgae amputes. sin autem uitem in se consistere uoles, sicut arbori brachia submitti patieris et dabis

1 umorem (h supra) S umorem (h *suprascr. m*[2]) A uinaceae uitis *scripsi p. 173:* uineaceis **SAR** coguntur a

De cultura uinearum (VII *in altero marg.*) *rubr. litt. unc.* S de cultura uinearum (VII *ante* Quõ) *rubr. litt.* A quemadmodum uites coli debeant Cp̄ VII m Quem admodum uites coli debeant. Cap. sextum (*post* ponendae sint) q : *uulgo om.* R Quõ **SAq** quom **adms** cum **bck** precipimus **abs** 4 nunc] Tunc c

omnis **SAabm** omnes R 5 simulq; atq; c simulat (ac supra) m simulat b 7 reliquito (n supra) S reliquito Ab relinquito R 8 summittas p submictas q 9 hanc rustici R ac rusti S hac rusti|ci (ci *in marg. iuxta uersum et* n *supra u. scr. m*[2]) A 10 anno deinde (*transpos. sign. post adpos.*) A 11 alteras tollito S *om.* **AR** in qua formã **SR** in qua formę A in quam formam **bks** in qua forma q 12 iugatam t iugata **SAR** eris **SA** erimus R exerimus a 13 facturus *Pontedera:* facturis (s *postea adscr.*) S facturi **AR** unam materiam t una materia **SR** uma materia A ima materia **aks** submittito q sũmittito (summittito) **SAR** sumittito s 14 acuta d acute **SAR** quo ne iam *scripsi p. 173 sq.:* quo **SAR** que d 15 sequentis S sequentis *supra u. add. et* i *in* e *postea mut. m*[2] A sequentes R relinquã (n *postea del.*) S 17 sicut **SAas** sicuti R sic̄ d summitti **bm**

operam, ut in orbem quam rotundissime formetur. nam
praeterquam quod speciem habet sic conposita, tum etiam
minus laborat, cum undique uelut aequilibrio stabilita in se
requiescit. sat erit autem, cum primo brachia submittuntur,
singulas gemmas singulis sarmentis relinqui, ne protinus
onere grauetur. post hanc putationem lectis sarmentis bi- 3
dentibus alte aequaliter uineam fodito uel, si ita late dispo-
sita erit, arato. ab Idibus Octobribus oblaqueare incipito,
ante brumam oblaqueatam habeto. per brumam uitem ne
colito, nisi si uoles eas radices, quae in oblaqueatione ap-
parebunt, persequi. tum demum optime amputabis, sed ita
ne codicem laedas, sed potius instar digiti unius a matre
relinquas et ita radicem reseces. nam quae protinus abra-
ditur, praeterquam quod uulnus uiti praebet eoque nocet,
tum etiam de ipsa cicatrice plures radices prorepunt. ita- 4
que optimum est exiguam partem relinqui atque ita sum-
mas partes, quas aestiuas rustici appellant, resecare; quae

1 in horrem (h *postea del. et alt. litt.* r *in* b *mut.*) **S** In $^{h}$orrem h *post adscr.*) **A** in orbem **akp** in horreum **R** orreū **c** quam *om.* **b** rutundissime (*pr. litt.* u *post in* o *mut.*) **S** rutissime (*supra* u *man. rec. scr.* ec) **A** rectissime **R** firmetur **s** 2 spetiem **mq** compositā **SAR** 3 tum **a** 4 req$^{i}$escit **S** erit $^{aū}$ cum **S** eriat **A** prima (a *postea in* o *duct.*) **S** primum **a** singulis gemmas **a** 5 reli$^{n}$qui **S** reliqui **ab** 6 honere **dq** lecti **SAR** sermentis **c** uidentib; (u *postea in* b *mut.*) **Sd** uidentib; **A** uidentibus **R** bidentibus **aps** 7 alte qualiter **SAR** alte equaliter **dkpt** disposite (e *in* a *post mut.*) **S** 8 auidibus (u *postea in* b *mut.*) **SA** ab ydibus **c** octobriƀ **S** octobrib; **A** octobris **R** octoƀ **dp** octoƀr **s** 9 obleq$^{a}$ueare **A** habeto. per] habet. oper **A** 10 collito **c** incolito **a** 11 demum //// Optime **S** 12 codicē **S** $^{rt}$codicem (rt *suprascr.* $m^2$) **A** corticem **R** cödicem (*in marg.* cörticē) **d** corticem (rt *in ras.*) **q** in codicem **s** corticem ne **c** reli$^{N}$quas **S** l relinquas (l *postea del.*) **A** 13 et *in ras.* **S** nāq; **S** nam quae **A** namq; (nāque) **R** nanq; **mp** abradit **b** 14 eoque *uett. edd.*: eo qđ **Sbcp** eo quod **AR** eo q (= eo quod) **dk** 15 prorepetunt **S** prorepetunt **A** 16 optumum **m** sumas **c** 17 rustici] rusti **S** fusti **A** quae *om.* **cdq** q$^{que}$; **b**

sic resectae inarescunt nec ultra uitibus obsunt. possunt etiam suboles per brumam caedi, eo magis quod frigoribus extirpatae minus recreantur. peracta oblaqueatione ante brumam tertio quoque anno macerati stercoris, ne minus sextarios binos ad radices uitium posuisse conueniet, praeterquam columbinum; quod si quo amplius quam heminam posueris, uiti nocebit. post brumam deinde oblaqueationem
5 circumfodito. ante aequinoctium uernum, quod est octauo Kal. Apriles, oblaqueationem adaequato. post Idus Apriles terram ad uitem aggerato. aestate deinde quam potes saepissime occato. iugerum uineae quinque operis oblaqueatur, quinque foditur, tribus occatur. iugerum ualentis et iam con-
6 stitutae uineae, quattuor operis putatur, sex adligatur. arbusto nihil eiusmodi potest ante finiri, quia inaequalitas arborum non patitur operis iusta conprehendi. quibusdam placet uitem proximo anno translatam non putare, sequenti deinde anno purgare et unam uirgam, quam submittamus, ad tertiam gemmam resecare, tertio deinde si uitis recte conualuerit, una plus gemma submittere, quarto duas gemmas proximae putationi adicere atque ita quinto demum

1 resectęm **b** secte **e** inarescunt *Schneiderus:* inalescunt **Saksv** Inalescunt **A** malescunt **emqu** inallescunt **p** mallescunt **b** inalescunt (m *supra*) **d** ĩualescunt **t** conualescunt **l** intalescũt **q** obsint **e** 2 suboles (u *in* o *postea mut.*) **S** suboles **A** soboles **R** cęli **d** 3 ante *om.* **AR** 4 macerato **a** nec minus **et** nõ minus **s** 5 uinos (u *post in* b *mut.*) **S** uinos **A** posuisse **R** posuisset **SAb** (*m*[1] *in* **d**) **m** 6 columbarium **s** hieminã **A** hominum **a** eminam **e** 8 quod est] ẽ qđ ẽ **e** *uerba* circumfodito — oblaqueationem *om.* **b** VIII **S** octaua **AR** octauo **k** 9 k̃ apriles **S** kł apr(i)l **A** kl. aprilis **am** kł ap(i)lis **edk** kł april **pqs** idus apriles **S** id̃ ap(ſ) **A** id ap(i) **e** id apr. **a** iđ aprił **dpqs** idus april **b** id. aprilis **m** 11 oblatur **Abm** oblatur (quea *supra*) **d** 12 et *in ras.* **S** 13 adligatur **mps** alligatur **SAR** 14 potest ante *scripsi p. 174:* potestate **SAR** potest apte **t** quia *scripsi:* qua *in ras.* **S** quã **A** quam (quã, q̃) **R** q̊m **k** 16 translatam — anno *in marg. adscr.* **d** sequenti demum anno **m** 17 unam] imã **e** submittimus **eq** submitta(imus) **d** at (t *post in* d *mut.*) tertiã **S** atertia(ſ) (e *supra* t *m*[2]) **A** at tertiam **s** ac tertiam **R** 19 summittere **b** 20 adicere **S** adiecere **Aas** adiacere **R** ad(a)iecere **d** adiicere **kp**

anno uitem iugare. hunc eundem ordinem culturae nos quoque experti conprobauimus.

Veterem uineam, si in summo radices habebit, resecare 6
nolito; alioquin etiam nouellam uineam, quae ex resectione
enata fuerit, inutilem habebis, prima parte terrae natantibus
radicibus, neque fructum uberem percipies et nihilominus
celeriter consenescet. eiusmodi itaque uinea, si non peraridos
habet truncos et flecti potest, factis sulcis optime
sternitur atque ita renouellatur. sin autem usque eo 2
exaruit, ut curuari non possit, primo anno summatim, ita
ne radices eruas aut laedas, oblaqueato eam et stercus ad
radices addito atque ita putato, ut paucas et certas materias
relinquas, et fodias diligenter et saepius pampines, ne
omnino superuacua sarmenta nutriat. sic exculta longas et 3
firmas materias creabit, quas sequenti anno scrobibus inter
ordines factis propaginabis ac deinde triennio, cum conualescat,
saepius fodies matremque ipsam onerabis; nihil in
posterum prospicies ei, quam sublaturus es. posterum *in* annum

**De resecanda uetere uinea et propaganda.**

VIII De rececanda uetere uinea et propaganda *rubr. litt. unc.* **S** de resecanda ueterę uinea et propaganda *rubr. litt. unc.* **A** De resecanda uetere uinea Cap̄ 8 **b** De Resecanda uetere uinea et propaganda Cap̄ VIII **m** De resecanda uetere uinea et propaganda VII **q** : *uulgo om.* **R** 4 aliq$^{on}$ (o *et* n *adscr.* $m^2$) **p** : aliqui **SAR** nouelam **m** 5 fuerit **R** fuerint **A** (n *expunct.*) **Sb** inutilem *scripsi:* uinutilē **SA** uim inutilem **R** uini inutilem **s** habebis *scripsi:* habebit **SAR** habere dicūt **b** 7 celiter **a** uinea si non perarid **S** uineas Inoperari **A** uineas inoperari (in operari) **R** 8 habet *uett. edd.:* habent **SAR** truncos **S** runcos **AR** factistis | sulcis **A** 9 atq; itaq; (*alt.* q; *postea del.*) **d** renouellant˜ **c** renouelantur **q** autem *om.* **bm** 10 curuari **gktv**: curari **SAR** possit **d** possint **SAR** sūmati **A** 11 ne] nec **cq** nō **s** erubas$^{u}$ **SA** at$^{u}$ (u *post suprascr.*) **A** ledes **q** eam *om.* **AR** 12 atque] autq; **c** ut$^{a}$ (a *post adscr.*) **c** aut **SAR** 13 panpines **S** 14 excultas **cq** 15 firmas et longas **cq** creauit (u *post in* b *mut.*) **S** creauit **AR** 16 propaginabis *Pontedera:* propaginib; **S** propaginibus **AR** 17 matresque **c** honerabis **d** enecabis (uł onerabis *in marg.*) **s** 18 prospicies **SAR** prospities **mq** sublat$^{urus}$ **A** ei **S** et **AR** es **p** ÷ **SA** est **R** posterum in annum *scripsi:* posterū annū **SAR**

matrem radicitus tolles atque ita nouellam uineam ordinabis.
4 sin autem uetus uinea dumtaxat generis boni radices alte positas habebit, ita ut oblaqueatae non conspiciantur, eam uineam circa Kal. Martias, antequam reseces, oblaqueato et protinus, cum alte oblaqueaueris, sic resecato. quattuor digitos ab radicibus trunci relinquito et, si fieri poterit, iuxta aliquem nodum serrula desecato et plagam acutissimo ferro deleuato. deinde minutam terram mediocriter stercoratam ita superponito, ut adobruto trunco ne minus tres digiti
5 terrae super plaga sint, hoc idcirco, ne sole inarescat et ut melius materias citet percepto humore, quem terra praebet. at quae mali generis et infructuosa uinea est summasque partes eiuncidas et exesas habet, si radices eius satis alte positae sunt, optime inseretur ita, ut oblaqueata et nudata pars ima secundum terram sic amputetur, ne cum aggerata fuerit, supra terram extet.

**7** **De propagatione.** Propagationum genera tria sunt in usu maxime: unum, quo uirga edita a matre sulco committitur, alterum, quo ipsa mater prosternitur atque in pluris palos per suas uirgas diuiditur, tertium, quo uitis finditur in duas uel tres

1 radicibus **e** uinea duntaxat **p** uineam taxat (uinea dũtaxat *suprascr.*) **d** uineam | taxat S uineã (uineam) taxat **AR** 2 alte positas S alterositas **Ampqs** altero sitas **R** alte resitas **a** 4 kl̄ martias **Sd** kl̄ mãrt **Ak** kal̄ mart **bp** kl mart **e** kl̄ marti. s kl̄. mar. **mq** kl. M. **a** 6 relinquinto (n *post del.*) **d** si *supra u. add.* **d** 7 modũ **e** sercula **a** 8 delebato **A** 10 iccirco **d** 11 materia | scit & S materiascit et **Aaq** materias citet **d** materiascat et **p** matesiascit et **ku** materias et *(spat. rel.)* **e** materias et **b** materias det **m** materiam det s materias creet **gtv** umere *(pr. litt.* e *in* o *mut.)* S umere (h *et* o *postea suprascr.*) **A** 12 sumasq: **e** 13 eiuncidas *scripsi praeeunte Schneidero:* et iuncidas **SAR** et uincidas **bkm** et nitidas s hñt *(sed hoc del. et* h̃t *iuxta adscr.)* **d** habent **SAR** 15 ima] una **es** 16 fuerit S fuerit (e *post adscr.*) **A**

VIIII. De propagatione *rubr. litt. unc.* S depropagatione *rubr. litt. unc.* **A** De propagatione cap̃ 9ᵐ **b** De propagatione Capitul. VIIII. **m** De propagatione seqt· VIII· **q** : *uulgo om.* **R** Propagationẽ (ẽ *in* ũ *mut.*) S

18 uirgaedita (a *suprascr. m²*) **A** uirga aedita **bm** 19 ipsam mat̃ (m *postea del.*) S 20 funditur **abemqu**

partes, si diuersis ordinibus deducenda est. hoc genus tardissime conualescit, quia uitis diuisa medullam amittit. et quoniam genera proposuimus, unumquodque qualiter faciendum sit, demonstrabimus.

Virgam cum a matre in terram deprimere uoles, scro- 2
bem quoquouersus quattuor pedum facito ita, ut propala
non laedatur alterius radicibus. deinde quattuor gemmas,
quae in imum scrobem perueniunt, relinquito, ut ex his
radices citentur. reliquam partem, quae continens matri est,
adradito, ne superuacua sarmenta procreet. diuersae autem, 3
quae supra terram extare debent, ne passus fueris plus
quam duas aut ut maxime tres gemmas habere. reliquas,
quae in terram absconduntur, exceptis quattuor imis fac
adradas, ne in summo radices uitis citet. hoc modo propagata celeriter conualescit et tertio anno a matre separabitur. sin autem ipsam uitem sternere uoles, iuxta radicem 4
ita, ne ipsam laedas, curiose fodito et uitem ita subplantato, ne radicem abrumpas. cum eam statueris et uideris, quousque possit pertingere, sulcum facies unum, in quem uitem integram demittas; deinde ex eo sulco quasi ramos fossarum facies, per quos, uti quaeque uirga postulauit, pro-

1 diueris S diue^s^ris (s *suprascr.* $m^2$) A 2 quia S q Ac qui **R** diuisa S diuisã (diuisam) **AR** 3 quõ **SA** cum **R** quom **ps** unũqđq; S unũq^t̃^q (t *inculc.* $m^2$) A 4 demonstrabimus **dkp** (b *ex* u) **bs** demonstrauimus **SAR**

12 philus. et ut agricolationem Romana tandem ciuitate donemus (nam adhuc istis auctoribus Graecae gentis fuit) iam nunc M. Catonem Censorium illum memoremus, qui eam latine loqui primus instituit, post hunc duos Sasernas, patrem et filium, qui eam diligentius erudiuerunt, ac deinde Scrofam Tremelium, qui etiam eloquentem reddidit, et M. Terentium, qui expoliuit, mox Vergilium, qui carminum
13 quoque potentem fecit, nec postremo quasi paedagogi eius meminisse dedignemur Iuli Hygini, uerum tamen ut Carthaginiensem Magonem rusticationis parentem maxime ueneremur; nam huius octo et uiginti memorabilia illa uolumina ex senatus consulto in Latinum sermonem conuersa sunt.
14 non minorem tamen laudem meruerunt nostrorum temporum uiri Cornelius Celsus et Iulius Atticus, quippe Cornelius totum corpus disciplinae quinque libris conplexus est, hic de una specie culturae pertinentis ad uitis singularem librum edidit. cuius uelut discipulus duo uolumina similium praeceptorum de uineis Iulius Graecinus conposita facetius et eruditius posteritati tradenda curauit.

15 Hos igitur, P. Siluine, prius quam cum agricolatione contrahas, aduocato in consilium, nec tamen sic mente dispositus uelut summam totius rei sententiis eorum consecuturus, quippe eiusmodi scriptorum monumenta magis instruunt
16 quam faciunt artificem. usus et experientia dominantur

1 eybulus **SA** eubolus *uel* embolus **R** et Plentiphanes *scripsi*: euanthipanes **SA** & antiphanes **p** plentiphanes **ad¹ã** plentifanes **l** plantiphanes **bmsö** plennphanes **k** pentiphanes *uel* pentifanes **cd²gq** persiphanes **ü** et *post* Persis *om.* **R** *plerique* 2 romanã **S** ciuitatẽ **S** ciuitatem (*sed* m *aque del.*) **A** 3 athuc (t *in* d *corr. m. uet.*) **S** 4 illum illum **A** illum *et in fine fol. 3ᵛ et in initio fol. 4ʳ* **S** 6 patrem et filium **R** filium et patrem **SAp** erudiuerunt **SAδl** erudierunt **R** 7 tremelium **p** tremellium **SAR** etiam **SAδ** eam **R** 8 uirgilium **R** carminum **S** (e *ss. m. rec.*) **A** carmine **R** 10 ut *om.* **ast** carthaginem sen (n *ex* m factum) **A** carthaginensem **ltüä** 14 meruere **R** *plerique* 16 complexus **R** 17 pertinentes (i *s. ult* e *ss.*) **A** uitis **S** uites **AR** uitem **cü** 18 uelud **A** 19 composita **SAR** 21 Publi **R** *aliquot* 23 consecuturos (o *in* u *mut.*) **S** 24 quippe **SAδlü** quia **R** monimenta **S**

in artibus, neque est ulla disciplina, in qua non peccando
discatur. nam ubi quid perperam administratum cessit
inprospere, uitatur quod fefellerat, inluminatque rectam
uiam docentis magisterium. quare nostra praecepta non 17
consummare scientiam, sed adiuuare promittunt. nec sta-
tim quisquam compos agricolationis erit his perlectis ratio-
nibus, nisi et obire eas uoluerit et per facultates potuerit.
ideoque haec uelut adminicula studiosis promittimus, non
profutura per se sola, sed cum aliis. ac ne ista quidem 18
praesidia, ut diximus, non adsiduus labor et experientia
uilici, non facultates ac uoluntas inpendendi tantum pollent
quantum uel una praesentia domini, quae nisi frequens
operibus interuenerit, ut in exercitu, cum abest imperator,
cuncta cessant officia. maximeque reor hoc significantem
Poenum Magonem suorum scriptorum primordium talibus
auspicatum sententiis: qui agrum parauit, domum uen-
dat, ne malit urbanum quam rusticum larem colere;
cui magis cordi fuerit urbanum domicilium, rustico
praedio non erit opus. quod ego praeceptum, si posset 19
his temporibus obseruari, non inmutarem. nunc quoniam
plerosque nostrum ciuilis ambitio saepe euocat ac saepius
detinet euocatos, sequitur, ut suburbanum praedium commo-
dissimum esse putem, quo uel occupato cotidianus excursus
facile post negotia fori contingat. nam qui longinqua, ne 20
dicam transmarina rura mercantur, uelut heredibus patrimo-
nio suo et, quod grauius est, uiui cedunt seruis suis, quoniam
quidem et illi tam longa dominorum distantia corrumpuntur
et corrupti post flagitia, quae conmiserunt, sub exspecta-
tione successorum rapinis magis quam culturae student.

1 non *om. s. u. adscr. m. pr.* **A** 2 discitur **S** cesserit **R** *aliquot* 3 improspere **R** *plerique* illuminatque **R** 5 admittunt (ꝑ *ss. m. rec.*) **A** 8 uelud **A** 10 assiduus **R** 11 impendendi **R** 14 signifi-cante **S** 17 mallit (*pr.* l *postea del.*) **SA** colore (or *in* er *corr. m. alt.*) **S** 20 immutarem **SR** qũo **SA** quom *uel* cum **R** 23 uel **R** ut **SA**δ uelut **cd**$^{2}$**qü** quotidianus **R** *plerique* 24 contingant **S** 25 transma-rinarũ mercantur **S** 26 quonã **S** quõ nã **A** 28 corrupti **d**$^{2}$**püäö**$^{2}$ cor-ruptis **SAR** commiserunt **SR** commisserunt **A** exspectatione (s *postea exp.*) **A** expectatione **SR** 29 culturis **R** *aliquot*

**Qualiter dispositus fundus maxime probetur**

2 Censeo igitur in propinquo agrum mercari, quo et frequenter dominus ueniat et frequentius uenturum se, quam sit uenturus, denuntiet. sub hoc enim metu cum familia uilicus erit in officio. quicquid uero dabitur occasionis, ruri moretur, quae non sit mora segnis nec umbratilis. nam diligentem patrem familiae decet agri sui particulas omnis et omni tempore anni frequentius circumire, quo prudentius naturam soli siue in frondibus et herbis siue iam maturis frugibus contempletur nec ignoret, quicquid in
2 eo recte fieri poterit. nam illud uetus est Catonis agrum pessime mulcari, cuius dominus quid in eo faciendum sit non docet, sed audit uilicum. quapropter uel a maioribus traditum possidenti uel empturo fundum praecipua cura sit scire, quod maxime regionis genus probetur, ut uel careat inutili uel mercetur lauda-
3 bilem. quod si uoto fortuna subscribit, agrum habebimus salubri caelo, uberi glaeba, parte campestri, parte alia collibus uel ad orientem uel ad meridiem molliter deuexis terrenisque aliis atque aliis siluestribus et asperis nec procul a mari uel nauigabili flumine, quo deportari fructus et per quod merces inuehi possint. campus in prata et arua
4 salictaque et harundineta digestus aedificio subiaceat. colles alii uacui arboribus, ut solis segetibus seruiant; quae tamen modice siccis ac pinguibus campis melius quam praecipitibus locis proueniunt, ideoque etiam celsiores agri frumentarii planitias habere et quam mollissime deuexi ac simil-

II. Qualiter dispositus fundus maxime probetur *rubr.* **gq** *in marg.* **ä** *maiusc.* (*add.* c. II) **t** *iam* I 1, 20 *ante* quod ego praeceptum *pos.* **m**
1 propinque **S** 2 pueniat **S** perueniat **p** 4 *ante* erit *ras.* **S** quidquid (c *ss. m. rec.*) **A** 7 omnes **Aäö** 8 fruduentius (*corr. m. rec.*) **A** natura **SAsö** 9 quitquit (*in* quicquid *mut. m. alt.*) **S** quidquid **A** 10 illud **cd**$^{2}$**gpqtüö** ille ut **SAd**$^{1}$ illud ut **bklmä** illud et **as** 11 mulcari **SA** multari **R** mulctari **bg**$^{2}$**päö** 13 possidenti (ti *in ras.*) **S** 14 cura *om. ss. m. uet.* **A** 15 prohibetur (hi *exp.*) **A** 16 subscribit **SAd**$^{1}$**q** suscribit **k** subscribsit **ä**$^{1}$ subscripserit **ü** *in marg.* **d** subriserit *uel* surriserit **R** 17 glębe (e *in* a *corr.*) **S** 19 alis atque alis **S** ex asperis **S** 20 uel **Sgpt** ut **ü** nec **AR** nec a **ö** 22 salictaque (ict *in ras.*) **S** 24 campis *om.* **Aö** 25 frumentari **SA** 26 planities **egqt** simillime **S**

limi debent esse campestri positioni. alii deinde colles
oliuetis uineisque et earum futuris pedamentis uestiantur,
materiam lapidemque, si necessitas aedificandi coegerit,
nec minus pecudibus pascua praebere possint, tum riuos
decurrentis in prata et hortos et salicta uillaeque aquas salientis
demittant. nec absint greges armentorum ceterorumque qua- 5
dripedum culta et dumeta pascentium. sed haec positio, quam
desideramus, difficilis et rara paucis contingit; proxima est huic,
quae plurima ex his habet, tolerabilis, quae non paucissima.

**Quae praecipue inspiciendo agro, antequam ematur, notanda sint**

Porcius quidem Cato censebat inspiciendo agro prae- 3
cipue duo esse consideranda, salubritatem caeli et uber-
tatem loci; quorum si alterum deesset ac nihilo minus quis
uellet incolere, mente esse captum atque eum ad agna-
tos et gentilis deducendum. neminem enim sanum de- 2
bere facere sumptus in cultura sterilis soli, nec rursus pestilenti
quamuis feracissimo pinguique agro dominum ad fructus
peruenire. nam ubi sit cum orco ratio ponenda, ibi non
modo perceptionem fructuum, sed et uitam colonorum esse
dubiam uel potius mortem quaestu certiorem. post haec 3
duo principalia subiungebat illa non minus intuenda: uiam,
aquam, uicinum. multum conferre agris iter commodum,
primum, quod est maximum, ipsam praesentiam domini,
qui libentius commeaturus sit, si uexationem uiae non
reformidet, deinde ad inuehenda et exportanda utensilia,

1 positione **SAδcq** 2 uinetisque **R** 3 maceriam **SAsö**[2] 5 decurrentes **Aacklstüäö** ortos **S** *et* **R** *aliquot* salientes **csö** 6 quadripedum **SAas** quadrupedum **R** inculta **p** *et Madvigius* 9 tolerabiles (es *in* Js *mut. m. alt.*) **S**

III. Quæ p̃cipue inspiciendo agro antequam ematur notanda sunt III *rubr.* **m** De sulubritate r̃gioĩs ca IIII *iam* I 2, 5 *ante* proxima est *rubr. litt. ins.* **l** *ceterum cfr init. cap. sequent.* 10 portius **A** censebat inspiciendo agro **Sbcdgq** censebat in inspiciendo agro **Astäö** *et m*[2] *in* **S** censebat in emendo inspiciendo agro **l** censebat in emendo in agro **a** censebat in emendo agro **kü** censebat emendo agro **m** *et in marg.* **d** censuit in emendo agro **p** 11 et libertatẽ **S** et libertatem (u *ss. m. rec.*) **A** 14 gentilis **S** gentiles **AR** 17 orcho *uel* orco *uel* orto **R** 18 fructuum (fru *in ras.*) **S**

20 illa **SAgtü** illam **R** intuenda **Stü** intuendam **AR** 21 uicinum **SAt** uicinam **R** 24 ad inuehenda **Sad** ad uehenda **AR** in aduehenda **ä** ad aduehenda **ü**

quae res frugibus conditis auget pretium et minuit inpensas
rerum inuectarum, quia minoris adportentur eo, quo facili
4 nisu perueniatur; nec non nihil esse etiam paruo uehi,
si conductis iumentis iter facias, quod magis expedit quam
tueri propria, seruos quoque, qui secuturi patrem familiae
sint, non aegre iter pedibus ingredi. de bonitate aquae
ita omnibus clarum est, ut pluribus non sit disserendum.
5 quis enim dubitet eam maxime probatam haberi, sine qua
nemo nostrum uel prosperae uel aduersae ualetudinis
uitam prorogat? de uicini commodo non est quidem cer-
tum, quia non numquam mors aliaeque nobis eum causae
diuersae mutant. e tideo quidam respuunt Catonis sententiam;
qui tamen multum uidentur errare. nam quem ad modum
sapientis est fortuitos casus magno animo sustinere, ita de-
mentis est ipsum sibi malam facere fortunam, quod facit,
qui nequam uicinum suis nummis parat, cum a primis cunabu-
lis, si modo liberis parentibus est oriundus, audisse potuerit:

οὐδ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτ' εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη.

6 quod non solum de boue dicitur, sed de omnibus parti-
bus rei nostrae familiaris, adeo quidem ut multi praetule-
rint carere penatibus et propter iniuriam uicinorum sedes
suas profugerint. nisi aliter existimamus diuersum orbem
gentes uniuersas petisse relicto patrio solo, Achaeos dico

1 impensas **R** *plerique* 2 apportentur **R** *plerique* eo quod **R** 3 nisu perueniatur **Akäö** *et* $m^2$ *in* **S** ne supueniatur **Sp** nixu perueniatur **l** insup ueniatur **d** nisi perueniatur **s** uisu perueniatur **a** nisu (nixu **t**) ueniatur **tü** *in marg.* **d** uisu ueniatur **gq** nisi ueniatur **c** 6 De bonitate aque *rubr. in marg.* **c** De aqua capl'm V. *rubr.* **l** 8 ea maxime **S** (eã *fec. m. rec.*) **A** probata **SA** habere (i *ss. m. rec.*) **A** 9 ualitudinis **R**

10 De positione uille capl'm VI. *rubr.* **l** 11 quia **Sptü** q **A** qui **R** ñ nũquam **A** nõ nũq̃ *uel* nonnunquam **R** *ut fere semper* nobis eum *scripsi cum* **p** : nobiscum **SAR** diuersae *om.* **SAad**[1] 12 quidam **SAδcgkqt** quidem **R** 16 numis **R** *plerique* conabulis (u *s.* o *scr. m alt.*) **S**

18 ΟΥΔaΝ ΒΟΥC////ΑΠΟΛΟΙΤΕΙΑΛΗΓΕΤωΝ ΚΑΚΟCΕΙΗ **S** ΟΥΛaΝ ΒΟΥC aΠΟaΟΙΤeΙ · ΜΗΓeΙΤωΝΚaΚΟCeΙΗ **A** μηδ ἂν βοῦσ ἀπολείποι (ἀπολοίπει **d**) μὴ γείτων κακὸσ (νακὸσ **s**) εἴη δ (*sed om.* **ä**) μηδ' ἂν βοῦσ απόλλοιτο εἰ μὴ γιτον κακοσαῆ **g** μὴ ὀμὺν οὖσ ἀπολοίπει μή σιτω τὶ καὶ καὶ κακὸσ εἰὴ **k** : *uersum Hesiodeum* (*Op. 348*) *uulgo om. aut sp. uac. rel. aut sine spatio* **R** 19 sed etiam **R** *aliquot* 21 p̃p̃ (t *add. m. rec.*) **A**

et Hiberos, Albanos quoque nec minus Siculos et, ut pri-
mordia nostra contingam, Pelasgos, Aboriginis, Arcadas,
quam quia malos uicinos ferre non potuerant. ac ne 7
tantum de publicis calamitatibus loquar, priuatos quoque memoria tradidit et in regionibus Graeciae et in hac ipsa Hesperia detestabiles fuisse uicinos, nisi Autolycus ille cuiquam potuit tolerabilis esse conterminus aut Auentini montis incola Palatinis ullum gaudium finitimis suis Cacus adtulit. malo enim praeteritorum quam praesentium meminisse, ne uicinum meum nominem, qui nec arborem prolixiorem stare nostrae regionis nec inuiolatum seminarium nec pedamenta ad nexum uineae nec etiam pecudis neglegentius pasci sinit. iure igitur, quantum mea fert opinio, M. Porcius talem pestem uitare censuit et in primis futurum agricolam praemonuit, ne sua sponte ad eam perueniret.
Nos ad cetera praecepta illud adicimus, quod sapiens 8
unus de septem in perpetuum posteritati pronuntiauit, adhibendum modum mensuramque rebus, idque ut non solum aliud acturis, sed et agrum paraturis dictum intellegatur, ne maiorem, quam ratio calculorum patitur, emere uelint. nam huc pertinet praeclara nostri poetae sententia:

laudato ingentia rura,
exiguum colito.

quod uir eruditissimus, ut mea fert opinio, traditum uetus 9
praeceptum numeris signauit, quippe acutissimam gentem Poenos dixisse conuenit inbecilliorem agrum quam agricolam esse debere, quoniam, cum sit conluctandum

1 hiliberos (li *exp.*) **A** 2 aboriginis **S** aborigines **AR** arcadas **Atü** arcados (o *eras. et* a *scr.*) **S** archadas **R** 6 nisi **SAδ** nisi si **R** aytolicus **SA** autolicus **R** 7 tolerabiles (i *s. alt.* e *m. rec.*) **A** 8 palatini **S** finitissimis **S** 9 attulit **SAR** 10 ne carbonẽ **SA** ne tiarbonem **bm** nec carbonem **sä** 12 pedamentum **bö**[2] pedamenti **cd**[2]**q** pedamenti quicquam **gtü** pedamen **p** ad nexum **gst** adnexũ **SA** adnexum *uel* annexum **R** negligentius **R** 13 paci (s *ss. m. pr.*) **A** 14 M̄. **SA** 16 illut (t *postea in* d *corr.*) **S** 19 paraturis isdictũ **S** intelligatur **R** 21 uelint *Pontedera*: uelit **SAR** nostri coepta (ca *in uerb. interuallo ss. m. alt.*) **S** nostra (i *ss. m. alt.*) poetae **A** 22 *Verg. Georg. 2, 412 sq.* 26 imbecilliorem **R** 27 colluctandum **R** *plerique* *post* conluctandũ *ras. in* **S**

cum eo, si fundus praeualeat, adlidi dominum. nec dubium,
quin minus reddat laxus ager non recte cultus quam an-
10 gustus eximie. ideoque post reges exactos Liciniana illa
septena iugera, quae plebis tribunus uiritim diuiserat, maio-
res quaestus antiquis rettulere, quam nunc nobis praebent
amplissima uetereta. tanta M.' quidem Curius Dentatus,
quem paulo ante rettulimus, prospero ductu parta uictoria ob
eximiam uirtutem deferente populo praemii nomine quin-
quaginta soli iugera supra consularem triumphalemque for-
tunam putauit esse repudiatoque publico munere populari
11 ac plebeia mensura contentus fuit. mox etiam cum agro-
rum uastitatem uictoriae nostrae et interneciones hostium
fecissent, criminosum tamen senatori fuit supra quinqua-
ginta iugera possedisse, suaque lege C. Licinius damnatus
est, quod agri modum, quem in magistratu rogatione tri-
bunicia promulgauerat, inmodica possidendi libidine tran-
scendisset, nec magis quia superbum uidebatur tantum
loci detinere quam quia flagitiosius, quos hostis profugiendo
desolasset agros, nouo more ciuem Romanum supra uires
12 patrimonii possidendo deserere. modus ergo, qui in om-
nibus rebus, etiam parandis agris habebitur. tantum enim
obtinendum est, quanto est opus, ut emisse uideamur quo
poteremur, non quo oneraremur ipsi atque aliis fruendum
eriperemus more praepotentium, qui possident finis gen-
tium, quos ne circumire quoque ualent, sed proculcandos
pecudibus et uastandos ac populandos feris derelinquunt
aut occupatos nexu ciuium et ergastulis tenent. modus
13 autem erit sua cuique uoluntas facultasque. neque enim satis
est, ut iam prius dixi, possidere uelle, si colere non possis.

1 allidi **SAR** 3 liciana **A** 5 retulere **SAR** 6 uetereta **SAtüö** ueterata **R** tanta M.' *scripsi praeeunte ex parte Madvigio*: tantã **SA** tantam **R** tautum **gt** tanta **süö** nam **p** 7 rettulimus **SAäö**[1] retulimus **R** 9 consolarem **A** 12 internitiones **R** (*alt.* i *in* e *mut. m. alt.*) **S** interniciones **as** internectiones **äö**[1] (c *exp.*) **At** 15 tribunitia **S** *et* **R** *plerique* 16 inmodica **SAaö** immodica **R** 18 flagitiosius **SAad**[1]**ksö**[2] flagitiosum **R** 21 adhibebitur **d**[2]**klmtü** adhibetur **g** 22 emisso **A** 23 potiremur **AR** 24 finis **R** fines **SAd**[1]**äö** 26 ac populandos *om.* **SAδ** relinquunt **R** *aliquot* 28 sua cuique **R** unicuique **SAδ** 29 possidere *om.* **SAδ**

Sequitur deinceps Caesonianum praeceptum, quo fertur 4
usus etiam Cato Marcus, agrum esse reuisendum saepius
eum, quem uelis mercari. nam prima inspectione neque
uitia neque uirtutes abditas ostendit, quae mox retractan-
tibus facilius apparent. inspectionis quoque uelut formula
nobis a maioribus tradita est agri pinguis ac laeti, de
cuius qualitate dicemus suo loco, cum de generibus terrae
disseremus. in uniuersum tamen quasi testificandum atque 2
saepius praedicandum habeo, quod primo iam Punico bello
dux inclytissimus M. Atilius Regulus dixisse memoratur
fundum sicuti ne fecundissimi quidem soli, cum sit insalu-
bris, ita nec effeti, si uel saluberrimus sit, parandum; quod
Atilius aetatis suae agricolis maiore cum auctoritate cense-
bat peritus usu, nam Pupiniae pestilentis simul et exilis 3
agri cultorem fuisse eum locuntur historiae. quapropter
cum sit sapientis non ubique emere nec aut ubertatis in-
lecebris aut deliciarum concinnitate decipi, sic uerum in-
dustrii patris familiae est, quicquid aut emerit aut acceperit,
facere fructuosum atque utile, quoniam et grauioris caeli
multa remedia priores tradiderunt, quibus mitigetur pesti-
fera lues, et in exili terra cultoris prudentia ac diligentia
maciem soli uincere potest. haec autem consequimur, si 4
uerissimo uati uelut oraculo crediderimus dicenti:

uentos et proprium caeli praediscere morem
cura sit ac patrios cultus habitusque locorum
et quid quaeque ferat regio et quid quaeque recuset

IV. Quę precipue in (in *om.* **dgqt**) inspiciendo agro antequam ematur notanda sunt *rubr.* **cgmq** *atr.* **ü** *maiusc.* **t** *in marg.* **dä** 6 a **Sdgklptü** *om.* **AR** 9 abeo (h *ss. m. pr. ut uid.*) **S** 10 inclitissimus **R** *plerique post* disseremus *tit. rubr.* De salubritate regionum IIII **m** M. *om.* **SA** attilius **R** 11 sicut ine **S** sic̃ Ine **A** 12 effeti **R** effecti **A**b$^{1}$**cmst**$^{1}$ (c *exp.*) **S** si *om.* **SA**δ 13 attilius **R** censebat **ad**$^{1}$**klp** ueniebat **SAR** *uett. edd.* 14 ex illis **S** exillis ε (ε *del.*) **A** 15 locuntur **SAd** loquuntur **R**

16 illecebris **R** *plerique* 17 diliciarum **A** 18 quicquit (t *in* d *mut. m. alt.*) **S** quitquid (c. *s.* t *scr. m. rec.*) **A** autẽ (ãt **A**) erit **SA** 19 fructuosam (v *s.* a *m. rec.*) **A** 21 diligentiã aciem (*corr. postea*) **SA** 22 consequimur **SAlqt** consequemur **R** 24 *Verg. Georg. 1, 51 sqq.* proprium **AR** ꝓpiũ **S** uarium *codd. Verg.* 25 cultusque *codd. Verg.* 26 quit (t *in* d *mut.*) **SA** *utroque loco* quę (q; *s. u. add.*) **SA** *utroque loco*

nec contenti tamen auctoritate uel priorum uel praesentium colonorum nostra promiserimus exempla nouaque
5 temptauerimus experimenta. quod etsi per partis non numquam damnosum est, in summa tamen fit conpendiosum, quia nullus ager sine profectu colitur, si multa temptando possessor efficit, ut in id formetur, quod maxime praestari possit. ea res etiam feracissimos agros utiliores reddit. itaque nusquam experimentorum uarietas omittenda est, longeque etiam in pingui solo magis audendum, quoniam
6 nec laborem nec sumptum frustratur effectus. sed quam refert, qualis fundus et quo modo colatur, tam uilla qualiter aedificetur et quam utiliter disponatur. multos enim deerrasse memoria prodidit, sicut praestantissimos uiros L. Lucullum et Q. Scaeuolam, quorum alter maioris, alter minus amplas, quam postulauit modus agri, uillas exstruxit,
7 cum utrumque sit contra rem familiarem. diffusiora enim consaepta non solum pluris aedificamus, sed etiam inpensis maioribus tuemur; at minora cum sunt, quam postulat fundus, dilabitur fructus. nam et umidae res et siccae, quas terra progenerat, facile uitiantur, si aut non sunt aut propter angustias incommoda sunt tecta, quibus inferantur.
8 pro portione etiam facultatium quam optime pater familiae debet habitare, ut et libentius rus ueniat et degat in eo iucundius. utique uero, si etiam matrona comitabitur, cuius ut sexus ita animus est delicatior, amoenitate aliqua

2 promiserimis **A** 3 tentauerimus **R** *plerique* per *om.* **A** partes **R** *aliquot* 4 compendiosum **R** 5 simulta tẽptando **S** simul temptando **Ad**[1]**sö** simul attemptando *uel* attentando **R** simul a temptando **a** si multa tentando **p** simul attentabo **c** 6 praestari **SAksäö** praestare **R** 7 ferocissimos **A** *et* **R** *aliquot* feracissimo sacros (c *in* ç *corr. m. alt.*) **S** 9 quõ **SA** quom *uel* cum **R** 10 quam (*uel* quã *uel* q̃) **R** quõm **A** cũ **S** cum **d**[1] qm̃ **ks** quoniam **aö** 14 quæscæuolam (quæ *exp. et* Q. *ss. m. rec.*) **A** //// sc̨euo /// lã (*in pr. ras.* Q *scr. m. alt.*) **S** 15 exstruxit **A** extruxit **SR** 16 utrunque **R** *plerique* ↄc̃ (contra *ss. m. rec.!*) **A** 17 impensis **R** 18 ac (c *in* d *corr. m. alt.*) **S** ad (t *ss. m. rec.*) **A** 22 facultatum **R** qua optime **SAö** 24 iucundius *uel* iocundius **R** iucundus **S** (i *s. ult.* u *m. pr. ut uid.*) **A** uero **S** (i *s.* e *m. rec.*) **A** uiro **R**

demerenda erit, quo patientius moretur cum uiro. eleganter igitur aedificet agricola nec sit tamen aedificator, atque areae pedem tantum conplectatur, quod ait Cato, quantum ne uilla fundum quaerat neue fundus uillam. cuius uniuersum situm qualem oporteat esse, nunc explicabimus.

Quod inchoatur aedificium, sicut salubri regione ita 9 **De salubritate regionum**
saluberrima parte regionis debet constitui. nam circumfusus
aer corruptus plurimas adfert corporibus nostris causas
offensarum. sunt quaedam loca, quae solstitiis minus con-
calescunt, sed frigoribus hiemis intolerabiliter horrent, sicut
Thebas ferunt Boeotias; sunt, quae tepent hieme, sed
aestate saeuissime candent, ut adfirmant Euboicam Chalci-
dem. petatur igitur aer calore et frigore temperatus, qui 10
fere medios optinet collis, quod neque depressus hieme
pruinis torpet aut torret aestate uaporibus neque elatus
in summa montium perexiguis uentorum motibus aut pluuiis
omni tempore anni saeuit. haec igitur est medii collis
optima positio, loco tamen ipso paulum intumescente,
ne cum a uertice torrens imbribus conceptus adfluxerit,
fundamenta conuellat.

Sit autem uel intra uillam uel extrinsecus inductus 5 **De aqua**
fons perennis, lignatio pabulumque uicinum. si deerit
fluens unda, putealis quaeratur in uicino, quae non sit
haustus profundi, non amari saporis aut salsi. haec quo- 2

1 pacientius **S** 3 pedem **S** (a *s.* p. *m. rec*) **A** ædem *uel* ędem **R** complectatur **R** 4 ne uilla **R** *m. rec. in* **A** ne ulla **SAc** fundum **SAR** fructum **bd$^{2}$klm** fructus **p** *om.* **a** fundus **gtü** *Plin. 18, 32* fructus **SAR** *uett. edd.; Cat. agr. 3, 1 uerba* neue fundus uillam *exciderunt in codice unico* 6 De salubritate regionum (c. IIII *add.* **tü**) **tü** *rubr.* **gq** *in marg.* **dä** Q~ edificium in saluberrima regione constituenda sit *rubr.* **c** incohatur **Aaδ** 7 circumfusis (u *s. alt.* i *m. rec.*) **A** 8 aer corruptus **S** (atq; *ss. m. rec.*) **A** aer atque corruptus **R** affert **AR** 9 solstitis (i *ss. postea*) **SA** 10 set (t *in* d *corr. m. alt.*) **S** 11 boeotias **A** *et in marg.* **S** boetias **SR** 12 candet (nt *s.* t *m. rec.*) **A** affirmant **R** 13 quem **R** *aliquot* 14 medios **S** medius **AR** optinet **SAd** obtinet **R** 18 paululum **R** *aliquot et m. rec. in* **A** 19 affluxerit **R** V. De aqua (V *add.* **m**) *rubr.* **egmq** *mainsc.* **t** *in marg.* **dä** sit **edgpqtüä** si **SAabklmsö** 21 ignatio (l *ss. m. rec.*) **A** 24 austus **S** (h *ss. m. rec.*) **A**

que si deficiet et spes artior aquae manantis coegerit,
uastae cisternae hominibus piscinaeque pecori struantur;
quae tamen pluuialis aqua salubritati corporis est accom-
modatissima, sed ea sic habetur eximia, si fictilibus tubis
in contectam cisternam deducitur. huic proxima fluens
aqua, quae montibus oriunda per saxa praeceps deuoluitur,
ut est in Gaurano Campaniae, tertia putealis collina uel
3 quae non infima ualle repperitur, deterrima palustris, quae
pigro lapsu repit, et pestilens, quae in palude semper con-
sistit. hic idem tamen umor, quamuis nocentis naturae,
temporibus hiemis edomitus imbribus mitescit; ex quo
caelestis aqua maxime salubris intellegitur, quod etiam
uenenati liquoris eluit perniciem. sed hanc potui proba-
4 tissimam diximus. ceterum ad aestatum temperandos ca-
lores et amoenitatem locorum plurimum conferunt salientes
riui, quos, si conditio loci patietur, qualescunque, dum
tamen dulces, utique perducendos in uillam censeo. sin

**De positione uillae**

submotus longius a collibus erit amnis et loci salubritas
editiorque situs ripae permittet superponere uillam prae-
fluenti, cauendum tamen erit, ut a tergo potius quam prae
se flumen habeat et ut aedificii frons auersa sit ab infestis
eius regionis uentis et amicissimis aduersa, quoniam pleri-
que amnes aestate uaporatis, hieme frigidis nebulis caligant,

1 deficient **R** arcior **S** arctior **d$^1$ü** 2 pecori **SAδ** pecoribus *uel* peccoribus **R** struantur **SAδabklm** (*sed* sternuntur **ö**) instruantur **R** 3 pluuiatilis **A** 5 deducitur **SAδ** deducatur **R** deducetur **ü** *in marg.* **d** 6 aqua quae *scripsi*: aquæ **S** (a *s.* uæ *m. rec.*) **A** aquę *uel* aque *uel* aqua e **R** 7 ut est in Guareceno Campaniae *om.* **SA** (*in* **A** *adscr. in marg. m. rec.*) Gaurano *corr. Cluuerius* 8 reperitur **R** 9 repit et *scripsi*: repet **SAR** repit *uett. edd.* tepit **p** 10 tamen *inter* temporibus *et* hiemis *inser.* **R** *plerique et m. rec. in* **A** 12 intelligitur **R** 13 perniciem **A** pernitiem **SR** potui **SAaδ** ut potui **R** 14 *post* diximus *rubr. tit.* De positione uille VI **m** aestatum **S** (u *s.* at *m. rec.*) **A** æstuum *uel* estuum **bkmpsö** estiuum **ad$^1$l** estiuos **cd$^2$gqtüä** 16 condicio **A** pacietur **S** quales /// cũq. **S** dũ tam̃ **S** dũ tñ (modo *ss. m. rec.*) **A** dummodo *uel* dumodo **R** 17 dulces utique **R** dulces itaq. **S** dulce sit aque (*in* dulces utique *corr. m. rec.*) **A** 18 summotus **SAR** *ante* editiorq. *ras.* **S** 19 p̃fluenti **S** praefluenti **Aö** prefluenti **al** perfluenti **ä** profluenti **R** 21 aedifici (*alt.* i *postea add.*) **SA** 22 quõ **SA** quoniam **p** quom *uel* cum *uel* qum **R**

quae nisi ui maiore inspirantium uentorum submouentur,
pecudibus hominibusque conferunt pestem. optime autem 5
salubribus, ut dixi, locis ad orientem uel ad meridiem,
grauibus ad septentrionem uilla conuertitur. eademque sem-
per mare recte conspicit, cum pulsatur ac fluctu respergi-
tur, numquam ex ripa, sed haut paulum submota a litore.
nam praestat a mari longo potius interuallo quam breui 6
refugisse, quia media sunt spatia grauioris halitus. nec
paludem quidem uicinam esse oportet aedificiis nec iunctam
militarem uiam, quod illa caloribus noxium uirus eructat
et infestis aculeis armata gignit animalia, quae in nos den-
sissimis examinibus inuolant, tum etiam nantium serpen-
tiumque pestis hiberna destitutas uligine, caeno et fermen-
tata colluuie uenenatas emittit, ex quibus saepe contrahuntur
caeci morbi, quorum causas ne medici quidem perspicere
queunt, sed et anni toto tempore situs atque umor instru-
mentum rusticum supellectilemque et inconditos conditos-
que fructus corrumpit; haec autem praetereuntium uia- 7
torum populationibus et adsiduis deuertentium hospitiis
infestat rem familiarem. propter quae censeo eius modi
uitare incommoda uillamque nec in uia nec a uia procul
editiore situ condere, sic ut frons eius ad orientem aequi-
noctialem directa sit. nam eius modi positio medium tempera- 8
tumque libramentum uentorum hiemalium et aestiuorum tenet.
quantoque fuerit aedificii solum pronius orienti, tanto et aestate
liberius capere perflatus et hiemis procellis minus infestari et
matutino regelari ortu poterit, ut concreti rores liquescant. quo-

1 summouentur **R** *aliquot* 3 ab orientẽ **S** (d *s.* b *m. rec.*) **A** ad *ante* meridiem *om.* **S** (*s. u. add. m. rec.*) **A** 4 septemtrionem **A** 5 ac fluctu **R** a fluctu **S** (c *s. u. add. m. rec.*) **A** 6 haud *in marg.* **d** aut **SAaƌ** haud aut ĭi nec **p** *om.* **R** paululum **R** *plerique* summota **SAR** littore **R** 8 grauioris (ris *in ras.*) **S** nec **R** ne **SA** 9 quidem *om.* **A** uici nũ (am *adscr. m. rec.*) **A** 10 uiris (u *s. alt.* i *m. rec.*) **A** 13 pestis **aö** *uett. edd.* pestes **SAR** distitutas //// uligine **S** destituta suligine **A** 19 assiduis **R** *plerique* diuertentium **R** *aliquot* 21 nec auia procul **d²qt** nec auia procul **l** auie **c** nec alia procul **SAR** 23 derecta **Aa** *et m. alt. in* **S** 25 ędificiis **SAaƌ** æṫate **A** aetate (s *ss. m. uet.*) **S** etate **d¹p** 27 recelari (c *in* ç *postea mut.*) **S** contretiores (r *sup. alt.* o. *scr. m. rec.*) **A**

niam fere pestilens habetur, quod est remotum ac sinistrum
soli et apricis flatibus; quibus si caret, nulla alia uis potest
nocturnas pruinas et quodcumque rubiginis aut spurcitiae
resedit, siccare atque detergere. haec autem cum homini-
bus adferunt perniciem, tunc et armentis et uirentibus
9 eorumque frugibus. sed quisquis aedificare uolet in decliui-
bus areis, exstruere semper ab inferiore parte auspicetur,
quia cum ex depressiore loco fuerint orsa fundamenta, non
solum superficiem suam facile sustinebunt, sed et pro ful-
tura et substructione fungentur aduersus ea, quae mox, si
forte uillam prolatare libuerit, ad superiorem partem adplica-
buntur, quippe ab imo praestructa ualenter resistent contra
10 ea, quae postmodum superposita incumbant. at si summa
pars cliui fundata propriam molem susceperit, quicquid ab
inferiore mox adposueris, fissum erit rimosumque. nam
tum cum ueteri adstruitur recens aedificium, quasi surgenti
reluctans oneri cedit, et quod prius exstructum inminebit
cedenti, paulatim degrauatum pondere suo praeceps ad-
trahetur. igitur id structurae uitium, cum primum statim
fundamenta iaciuntur, euitandum est.

6 Modus autem membrorumque numerus aptetur uni-
uerso consaepto et diuidatur in tres partes, urbanam,
rusticam, fructuariam. urbana rursus in hibernacula et
aestiua sic digeratur, ut spectent hiemalis temporis cubi-

3 quodcunq; **R** spurcicię (*alt.* c *in* t *postea mut.*) **S** spurgitiae **A** 5 afferunt **R** pernitiem **Sad** tunc **SAδ** tum **R** et **R** ex **SA** 6 frugibus **SAδgt** fructibus **R** aedificare **SAd**[1] edificiare **a** ædificia quis ædificare **sö** ędificia *uel* edifitia **R** 7 exstruere **SAd** exstruxere **a** extruere **R** 8 pressiore **SAsö** 9 superficie **A** et *om.* **SAsö** te **ak** 11 ad superiorem partem **AR** ab superiore parte **S** a superiori parte **p** applicabuntur **R** *plerique* 13 postmodum *om.* **SAδ** ad si **S** (t *s.* d *m. rec.*) **A** 14 quitquid (c *s.* t *m. rec.*) **A** 15 apposueris **R** rimosumque (rimosum **a**) *post* adstruitur *repet.* **SAaö** uerba nam — astruitur *om. et in marg. add.* **d** 17 exstructum **A** extructum **SR** est *post* extructum *inser.* **R** *om.* **SAδ** imminebit **SAR** 18 paulatimq; **R** *aliquot* degrabatum **A** (b *in* v *postea mut.*) **S** attrahetur **R** 19 statũ **A** 20 euitandus **Alö**

VI. De positione (posicione **g**) uille (c VI *add.* **t**) *rubr.* **gq** *maiusc.* **t** *in marg.* **dä** 22 ꝑtis **ü** 23 hibernacula **SA** hybernacula **δ** hiberna **R**

cula brumalem orientem, cenationes aequinoctialem occi-
dentem. rursus aestiua cubicula spectent meridiem aequi- 2
noctialem, sed cenationes eiusdem temporis prospectent
hibernum orientem. balnearia occidenti aestiuo aduertantur,
ut sint post meridiem et usque in uesperum inlustria.
ambulationes meridiano aequinoctiali subiectae sint, ut et
hieme plurimum solis et aestate minimum recipiant. at in 3
rustica parte magna et alta culina ponetur, ut et contig-
natio careat incendii periculo et in ea commode familiares
omni tempore anni morari queant. optime solutis seruis
cellae meridiem aequinoctialem spectantes fient, uinctis
quam saluberrimum subterraneum ergastulum plurimis sit-
que id angustis inlustratum fenestris atque a terra sic
editis, ne manu contingi possint. pecudibus stabula, quae 4
neque frigore neque calore infestentur, domitis armentis
duplicia bubilia sint hiberna atque aestiua, ceteris autem
pecoribus, quae intra uillam esse conuenit, ex parte tecta
loca, ex parte sub diuo parietibus altis circumsaepta, ut
illic per hiemem, hic per aestatem sine uiolentia ferarum
conquiescant. sed ampla stabula sic ordinentur, ne quis 5
umor influere possit et ut, quisque ibi conceptus fuerit,
quam celerrime dilabatur, ut nec fundamenta parietum
corrumpantur nec ungulae pecudum. lata bubilia esse 6
oportebit pedes decem uel minime nouem, quae mensura
et ad procumbendum pecori et iugario ad circumeundum
laxa ministeria praebeat. non altius edita esse praesaepia

1 brumale morieñtẽ (*corr. m. alt.*) **S** aequinoctalem **A** equnoctalem (i *bis ss. m. alt.*) **S** 2 cubicula **SAaptüä** cubilia **R** aequinoctalem **A** 3 prospectent **gkltü** prospectant **SAR** prospiciant **p** 4 occidentia æstiuo **Aäö** 5 illustria **R** *plerique* 7 hieme *uel* hyeme **R** hiemps (p *postea del.*) **SA** hiems **ls**[1] hyems **d**[1] hyemes **ö** hiemes **a** æstatẽ Inimum **A** ad (t *s.* d *m. rec.*) **A** 10 omni **pü** oms̃ **S** omnes **AR** 11 uictis (n *ss. m. pr. ut uid.*) **A** 12 plurimis sit que (quæ **A** que *uel* quę **R**) id angustis **SAR** plurimis sit et id angustis **d**[2] plurimisque sit et id angustis **c** plurimis sit que et id angustis **q** plurimisque et id (iis **t**) angustis **gtüä** plurimisque et angustulis **p** 13 illustratum **R** *et m. rec. in* **A** 16 bubilia **pt** *in marg.* **ü** bubula **SAR** 18 dio **R** *aliquot* circũsepta (sep *in ras.*) **A** 19 illic **R** illis **SA** 21 quisquis **p** 24 minime | ouem (N *ante* o *m. alt.*) **S** 25 et ad iugario ad **Ad**[1]**ö**

conueniet, quam ut bos aut iumentum sine incommodo
status uesci possit. uilico iuxta ianuam fiat habitatio, ut
7 intrantium exeuntiumque conspectum habeat, procuratori
supra ianuam ob easdem causas; et is tamen uilicum ob-
seruet ex uicino, sitque utrique proximum horreum, quo
conferatur omne rusticum instrumentum, et intra id ipsum
8 clausus locus, quo ferramenta recondantur. bubulcis pasto-
ribusque cellae ponantur iuxta sua pecora, ut ad eorum
curam sit opportunus excursus. omnes tamen quam proxi-
me alter ab altero debent habitare, ne uilici diuersas partis
circumeuntis sedulitas distendatur et ut inter se diligentiae
9 et neglegentiae cuiusque testes sint. pars autem fructuaria
diuiditur in cellam oleariam, torculariam, cellam uinariam,
defrutariam, faenilia paleariaque et apothecas et horrea, ut
ex iis, quae sunt in plano, custodiam recipiant umidarum
rerum tamquam uini aut olei uenalium, siccae autem con-
gerantur tabulatis, ut frumenta, faenum, frondes, paleae
10 ceteraque pabula. sed granaria, ut dixi, scalis adeantur
et modicis fenestellis aquilonibus inspirentur. nam ea
caeli positio maxime frigida et minime umida est, quae
11 utraque perennitatem conditis frumentis adferunt. eadem
ratio est in plano sitae uinariae cellae, quae submota pro-
cul esse debet a balineis, furno, stercilino reliquisque in-
munditiis taetrum odorem spirantibus nec minus a cisternis
aquisue salientibus, quibus extrahitur umor, qui uinum cor-
12 rumpit. neque me praeterit sedem frumentis optimam
quibusdam uideri horreum camara contectum, cuius solum

1 conueniet **SAlč** (*sed* conueniat **ö**) conuenit **R** 2 status **SA**$d^1$ stratus **ä** *om.* **sö** stans **R** 6 conteratur **A** omne *om.* **A**$d^1$ *post* rusticum *inser.* **S** 7 recondantur **Sp** condantur **AR** bubuleis **A** 9 oportunis (u *s.* i *m. rec.*) **A** quã ꝑ////xime **A** 10 partis **SAa**$d^2k^2$ partes **R** 11 circuenti **S** circueunti **A** circũeunti $d^1$**ö** 12 negligentiae **R** 15 ex is **SA** ex his *uel* hijs **R** ex iis **d** custodia **A** 16 tanquam **R** *plerique* congerantur **AR** congeruntur **Sä** congregantur **ak** 18 pabulas et **SA** 21 afferunt **R** 22 summota **SAR** 23 a balineis **ab**$d^1$**gm**$t^1$ *m. rec. in* **A** ab alienis **SAcqsäö** a balneis $d^2$**klp**$t^2$ furno stercilino **Sd** *m. rec. in* **A** fur ñr cilino **A** furno stercilinio **R** reliquis /// q; **A** immunditiis *uel* -ciis **R** 25 quibus **SAč** ex quibus **R** extraitur (h *ss.*) **S** 27 camera **R**

terrenum, prius quam consternatur, perfossum et amurga
recenti non salsa madefactum uelut Signinum opus pilis
condensatur. tum deinde cum exaruit, simili modo paui- 13
menta testacia, quae pro aqua receperint amurgam mixtam
calci et harenae, supersternuntur et magna ui pauiculis
inculcantur atque expoliuntur, omnesque parietum et soli
iuncturae testaceis puluinis fibulantur, quoniam fere cum in
his partibus aedificia rimas egerunt, caua praebent et late-
bras subterraneis animalibus. sed et lacibus distinguuntur
granaria, ut separatim quaeque legumina ponantur. parietes 14
oblinuntur amurga subacto luto, quoi pro paleis admixta
sunt arida oleastri uel, si ea non sunt, oleae folia. dein
cum praedictum tectorium inaruit, rursus amurga respergi-
tur, qua siccata frumentum infertur. ea res ab noxia cur- 15
culionum et similium animalium commodissime uidetur con-
ditas fruges defendere, quae nisi diligenter repositae sint,
celeriter ab iis consumuntur. sed id genus horrei, quod
scripsimus, nisi sicca positione uillae quamuis granum ro-
bustissimum corrumpit situ; qui si nullus adsit, possis
etiam defossa frumenta seruare, sicut transmarinis quibus-
dam prouinciis, ubi puteorum in modum, quos apellant siros,
exhausta humus editos a se fructus recipit. sed nos in nostris 16
regionibus, quae redundant uligine, magis illam positionem
pensilis horrei et hanc curam pauimentorum et parietum
probamus, quoniam, ut rettuli, sic emunita sola et latera
horreorum prohibent curculionem. quod genus exitii cum

1 amurga *in ras. scr. et* g *in* c *postea mut.* **S** 2 opus *in ras.* **S** 4 testacia **A** (i *in* e *mut.*) **S** testacia *uel* testatia **R** amurgam (c *s.* g *postea scr.*) **S** mixta *in fine uersus* **S** 5 arene *uel* arenę **R** panniculis **R** *aliquot* 7 testacens (n *in* i *mut.*) **A** q̃uo **SA** cum **R** in *om.* **R** *aliquot* 9 distinguuntur **R** *aliquot* 10 ligumina **R** *plerique* 11 amurca **S** quoi **SAd**[1] quo **a** qui **cd**[2]**lmq** quę **b**[1] cui **b**[2]**gkpstüäö** *m. alt. in* **S** 12 dein **SA** deinde **R** 13 amurga (c *s.* g *postea scr.*) **S** 14 ab noxia **SAdä** obnoxia **absö** a noxia **p** obnoxa **k** (a *suprascr.*) **l** a noxa **cgqtü** 16 sunt (u *ras. in* i *corr.*) **A** 17 ab his **R** *plerique* 19 possis *Schneiderus:* possit **SAR** 21 poteor̃u (*pr.* o *in* u *postea mut.*) **S** sirros *uel* syros **R** 24 et hanc **SAd**[1] sed hanc **a** sed et (*uel* etiam) hanc **R** 25 q̃uo **SA** quom *uel* cum **R** retuli **R** sitẽ unita (*in* sic emunita *postea mut.*) **S** sit emunita **A** 26 çurculionẽ **S**

incidit, multi opinantur arceri posse, si exesae fruges in horreo
17 uentilentur et quasi refrigerentur. id autem falsissimum est; neque enim hoc facto expelluntur animalia, sed inmiscentur totis aceruis. qui, si maneant inmoti, summis tantum partibus infestentur, quoniam infra mensuram palmi non nascitur curculio, longeque praestat id solum, quod iam uitiatum est, quam totum periculo subicere. nam cum exiget usus, facile est eo sublato, quod uitiatum erat, integro inferiore uti. sed haec, etsi extrinsecus, non tamen
18 intempestiue uideor hoc loco rettulisse. torcularia praecipue cellaeque oleariae calidae esse debent, quia commodius omnis liquor uapore soluitur ac frigoribus magnis conficitur, oleum, quod minus prouenit, si congelatur, fracessit. sed ut calore naturali est opus, qui contingit positione caeli et declinatione, ita non est opus ignibus aut flammis, quoniam fumo et fuligine sapor olei corrumpitur. propter quod torcular debet a meridiana parte inlustrari, ne necesse habeamus ignes lucernamque adhibere, cum premetur olea.
19 cortinale, ubi defrutum fiat, nec angustum nec obscurum sit, ut sine incommodo minister, qui sapam decoquet, uersari possit. fumarium quoque, quo materia, si non sit iam pridem caesa, festinato siccetur, in parte rusticae uillae fieri potest iunctum rusticis balneis. nam eas quoque re-
20 fert esse, in quibus familia, sed tamen feriis, lauetur; neque

1 oppinantur **A** possessi **A** exese *uel* exesę *uel* exęsę **δbklmtü** exsesae **S** exsere **A** exaesię **d**[1] exesse **g** ex sese **cd**[2]**q** ex se **a** ex se ac **p** 3 enim *m. pr. om. ss. m. rec.* **A** set *m. pr.* **S** et **A** inmiscentur **A** immiscentur **SR** 4 immoti **SR** summis tantum **R** sũmit tant ∼ **S** sũmittantur **A** summittantur **d**[1] 5 infestentur **SAd**[1]**ps** infestantur **R** qũo **SA** quom *uel* qum *uel* cum **R** 6 çurculio **S** 8 usus *om.* **SAδ** *ed. pr.* 9 uitis et haec **Ad**[1] 10 rettulisse **SAδ** retulisse **R** 12 magnis **SAaδ** magis **R** 13 congelantur **S** fracessit sed *scripsi*: fracesset **SAR** fracessit **l** fracesset. Sed **t** 14 contingit **cdgqtü** contigit **SAR** 15 quõ **SA** quom *uel* cum **R** 16 sapor (r *in ras.*) **S** 17 a meridiana parte illustrari **R** meridiana parte et inlustrari (illustrari **δ**) **SAδ** ne *om.* **Aδ**[1]**ä** *post* necesse *pos.* s *uett. edd.* (nec **ö**) 18 athibere (t *post in* d *mut.*) **S** premitur **S**

19 detru///tum **A** defructum **δc** 20 dequoquet **SAbdqs** 21 potest *m. pr. in* **A** quod **SAdä** qua **c** 24 familias et tamen **SA** familia sed tamen (*uel* tm̃ *uel* tam̃) **R** familia sed tantum **k** feriis **glptü** fereis **Aaqö** fereiis **Sdsä** *et m. rec. in* **A** fere is **k** fere his **bc**

enim corporis robori conuenit frequens usus earum. apothecae recte superponentur his locis, unde plerumque fumus exoritur, quoniam uina celerius uetustescunt, quae fumo quodam genere praecoquem maturitatem trahunt. propter quod et aliud tabulatum esse debebit, quo amoueantur, ne rursus nimia suffumatione medicata sint.

Quod ad uillae situm partiumque eius dispositionem, satis dictum est. circa uillam deinceps haec esse oportebit: 21 furnum et pistrinum, quantum futurus numerus colonorum postulauerit, piscinas minime duas, alteram, quae anseribus pecoribusque seruiat, alteram, in qua lupinum, ulmi uimina et uirgas atque alia, quae sunt usibus nostris apta, maceremus. stercilina quoque duo sint, unum, quod noua purgamenta recipiat et in annum conseruet, alterum, ex quo uetera uehantur, sed utrumque more piscinarum deuexum leni cliuo et exstructum pauimentatumque solo, ne umorem tramittant. plurimum enim refert non adsiccato suco fimum 22 uires continere et adsiduo macerari liquore, ut, si qua interiecta sint stramentis aut paleis spinarum uel graminum semina, intereant nec in agrum exportata segetis herbidas reddant, ideoque periti rustici, quicquid ouilibus stabulisque conuersum progesserunt, superpositis uirgis tegunt nec arescere solis incursu patiuntur uel exuri. area, si conpetit, 23 ita constituenda est, ut uel a domino uel certe a procuratore despici possit, eaque optima est silice constrata, quod et

2 plerunque **R** *plerique* 3 quõ **SA** quom *uel* cum **R** 4 prequoquẽ **S** præquoquem **A** 5 aliut (t *in* d *postea mut.*) **S** amoueatur (n *ss. iam m. pr. ut uid.*) **A** 6 suffumatione **SAδact** suffitione *uel* sufficione **R** suffusione **p** 10 pistinas (st *postea eras. et* sc *scr.*) **S** (*in* pistrinas *mut. m. rec.*) **A** minime (e *in* ũ *mut. m. alt.*) **S** 11 ulmi *om.* **SAδ** 12 sunt **A** 15 utrunque **R** 16 leui **SAR** extructum **SR** pauimentatumque *scripsi*: pauim̃tu|que **S** pauimentumque **AR** pauitumq; **kl** 17 suco *om.* **SAd¹ä** 18 assiduo **R** 20 seminam tereant (*corr. m. rec.*) **A** 21 quidquit (*in* quicquid *mut. m. rec.*) **A** 22 processerunt **R** *aliquot* 23 arcessere **R** *aliquot* uel *addidi*: *om* **SAR** aut *post* arescere *inser.* **gt** exuri *om.* **SAδ** competit **R** 25 potest (ssit *ss. iam m. uet. ut uid.*) **A** silice **R** insilice **SAδ**

celeriter frumenta deteruntur, non cedente solo pulsibus ungularum tribularumque, et eadem euentilata mundiora sunt lapillisque carent et glaebulis, quas per trituram fere
24 terrena remittit area. huic autem nubilar adplicari debet maximeque in Italia propter inconstantiam caeli, quo conlata semitrita frumenta protegantur, si subitaneus imber incesserit. nam in transmarinis quibusdam regionibus, ubi aestas pluuia caret, superuacuum est. pomaria quoque et hortos oportet saepto circumdari et esse in propinquo atque in ea parte, qua possit omnis stercorata colluuies chortis balneariorumque et oleis expressa amurgae sanies influere. nam quoque eius modi laetatur alimentis et holus et arbor.

**De officiis patris familiae**

7 His omnibus ita uel acceptis uel conpositis, praecipua cura domini requiritur cum in ceteris rebus tum maxime in hominibus. atque hi uel coloni uel serui sunt soluti aut uincti. comiter agat cum colonis facilemque se praebeat et auarius opus exigat quam pensiones, quoniam et minus id offendit et tamen in uniuersum magis prodest. nam ubi sedulo colitur ager, plerumque conpendium, numquam, nisi si caeli maior uis aut praedonis incessit, detrimentum adfert, eoque remissionem colonus petere non
2 audet. sed nec dominus in unaquaque re, cui colonum obligauerit, tenax esse iuris sui debet, sicut in diebus pe-

2 angularum (u *ss. m. rec.*) **A** 3 ferre **SAad**[1] 4 nubilar **SA** nubilarium **R** applicari **R** 5 in *ante* Italia *om.* **SAd**[1] collata **R** *plerique* 6 protercantur (g *ss. m. rec.*) **A** imber *in textu om., in marg. add.* S 7 ingesserit **SA** 9 circundari **R** *aliquot* 10 in *om.* **sö** chortes **SA** cohortes **d**[1]**sö** cohortis **R** 11 balneariorũquæ **S** balneariorumque **Aδcqt**[2]**u** balineariorumq; **gklt**[1] balineoriorumq; **b** balineariorem quia **a** balinearum **p** 12 letantur **R** *aliquot* olus **R**

VII. De officiis (*uel* offitiis) patris familię (familias VII. **m**) *rubr.* **gmq** (*add.* Ca. VII.) **l** *mainsc.* (*add.* C. VII) **t** *in marg.* **dä** 14 compositis **R** 17 soluti & aut soluti aut uincti **S** soluti aut uicti (n *s. c scr. iam m. pr*; et aut soluti sunt *ss. m. alt.*) **A** Cũ iter **S** 18 quom *uel* cum **R** *plerique* 20 compendium **R** nunquam **R** 21 nisi si **Aegkstä** nisi (si *postea ss. ead. m. ut uid.*) **Sdq** nisi **ablmpüö** 22 affert **R** colonis **R** *aliquot* 23 cui **R** cũ S cum **Ad**[1]**ö**

cuniarum uel lignis et ceteris paruis accessionibus exigendis, quarum cura maiorem molestiam quam inpensam rusticis adfert. nec sane est uindicandum nobis quicquid licet, nam summum ius antiqui summam putabant crucem. nec rursus in totum remittendum, quoniam uel optima nomina non appellando fieri mala faenerator Alfius dixisse uerissime fertur. sed et ipse nostra memoria ueterem consularem 3
uirumque opulentissimum P. Volusium adseuerantem audiui felicissimum fundum esse, qui colonos indigenas haberet et tamquam in paterna possessione natos iam inde a cunabulis longa familiaritate retineret. ita certe mea fert opinio rem malam esse frequentem locationem fundi, peiorem tamen urbanum colonum, qui per familiam mauult agrum quam per se colere. Saserna dicebat ab eius modi homine 4
fere pro mercede litem reddi, propter quod operam dandam esse, ut et rusticos et eosdem adsiduos colonos retineamus, cum aut nobismet ipsis non licuerit aut per domesticos colere non expedierit; quod tamen non euenit nisi in his regionibus, quae grauitate caeli solique sterilitate uastantur. ceterum cum mediocris adest et salubritas 5
et terrae bonitas, numquam non ex agro plus sua cuique cura reddidit quam coloni, numquam non etiam uilici, nisi si maxima uel neglegentia serui uel rapacitas interuenit. quae utraque peccata plerumque uitio domini uel conmitti uel foueri nihil dubium est, cum liceat aut cauere, ne talis praeficiatur negotio, aut iam praepositus ut submoueatur

1 uel *scripsi:* ut **SAR** 2 cura **abgk²tüö** curã **S** curam **AR** 3 affert **R** quitquit (*in* quicquid *mut. iam m. pr. ut uid.*) **S** quidquit (c *s.* d *et* d *s.* t *m. rec.*) **A** 5 qũo **SA** quom *uel* cum **R** 6 non||non appellando **S** non appellanda **AR** interpellando **klpü** alphius **R** uerissime **klüä** seuerissime **SAR** 7 et *om.* **SAö** 8 uolussium **SA** asseuerantem **R** *plerique* audi **SA** audii **d¹** 10 tanquam **R** in *om.* **Asö** 13 uılbanum (ur *ss. m. rec.*) **A** colon uis qui (~ *s.* n *adscr. m. uet.*; um *ss. m. rec.*) **A** 14 *ante* saserna *ras. et* sa *in ras.* **S** 16 assiduos **R** 19 nisi si **A** nisi **R** (si *ss. m. pr. ut uid.*) **S** nisi sit **d¹** quæui grauitate (*pr.* ui *exp. m. rec.*) **A** 21 nunquam *uel* non quam **R** cuiquem (m *exp. m. rec.*) **A** 22 *post* uilici *ras.* **S** nisi maxima **R** *aliquot* 23 negligentia **R** 24 plerunque **R** committi **R** cõmentuei **S** commentuei (mitti *ss. m. rec.*) **A** 26 submoueatur **d** summoueatur **SAR**

6 curare. in longinquis tamen fundis, in quos non est facilis excursus patris familiae, cum omne genus agri tolerabilius sit sub liberis colonis quam sub uilicis seruis habere, tum praecipue frumentarium, quem et minime, sicut uineas aut arbustum, colonus euertere potest et maxime uexant serui, qui boues elocant eosdemque et cetera pecora male pascunt nec industrie terram uertunt longeque plus inputant seminis iacti, quam quod seuerint, sed nec quod terrae mandauerunt sic adiuuant, ut recte proueniat, idque cum in aream contulerunt, per trituram cotidie minuunt uel
7 fraude uel neglegentia. nam et ipsi diripiunt et ab aliis furibus non custodiunt, sed nec conditum cum fide rationibus inferunt. ita fit, ut et actor et familia peccent et ager saepius infametur. quare talis generis praedium, si, ut dixi, domini praesentia cariturum est, censeo locandum.

**De pecore et pecorum magistris**

8 Proxima est cura de seruis, cui quemque officio praeponere conueniat quosque et qualibus operibus destinare. igitur praemoneo ne uilicum ex eo genere seruorum, qui corpore placuerunt, instituamus, ne ex eo quidem or-
2 dine, qui urbanas ac delicatas artis exercuerit. socors et somniculosum genus id mancupiorum, otiis, campo, circo, theatris, aleae, popinae, lupanaribus consuetum, numquam non easdem ineptias somniat, quas cum in agri culturam transtulit, non tantum in ipso seruo quantum in uniuersa re detrimenti dominus capit. eligendus est rusticis operi-

4 frumentaria S (ũ *ss. m.rec.*)**A** 7 imputant **R** 9 adiuuant ut recte **Sgtu** adiuuantur haec te **A** adiuuantur nec te **a** adiuuantur ut recte **R** adiuuatur ut recte **l** 10 quotidie *uel* quottidie **R** 11 negligentia **R**
14 agere sæpius (*alt.* e *postea exp.*) **A**
VIII. De pecore et pecorum magistris (VIII *add.* **m**) *rubr.* **mq** *in marg. atr.* **ä** De colonis et mancipiis officiisque eorum *rubr.* **g** De seruis et eorum offo. C. VIII *maiusc.* **t** 16 de cura de **A** quenque **R** *plerique* 17 con///ueniat **S** distinare (*pr.* i *in* e *mut. m. rec.*) **A** 20 artes **R** *aliquot* socors **SAδ** secors *uel* socros **R** 21 somnicolosum (*alt.* o *in* u *mut. m.alt.*) **S** mancipiorum **R** 22 nunquam **R** *plerique* 23 cultura **SA** 24 ditranstulit (di *postea exp.*) **A** quantum **Sö** quam cum **AR**

bus ab infante duratus et inspectus experimentis. si ta-
men is non erit, de iis praeficiatur, qui seruitutem laborio-
sam tolerauerunt, iamque is transcenderit aetatem primae 3
iuuentae nec dum senectutis adtigerit, illa ne et auctorita-
tem detrahat ad imperium, quoniam maiores dedignentur
parere adolescentulo, haec ne laboriosissimo succumbat
operi. mediae igitur sit aetatis et firmi roboris, peritus
rerum rusticarum aut certe maximae curae, quo celerius
addiscat. nam non est nostri negotii alterum imperare et
alterum docere; neque enim recte opus exigere ualet, qui 4
quid aut qualiter faciendum sit ab subiecto discit. potest
etiam inlitteratus, dum modo tenacissimae memoriae, rem
satis commode administrare. eius modi uilicum Cornelius
Celsus ait, saepius nummos domino quam librum adferre,
quia nescius litterarum uel ipse minus possit rationes con-
fingere uel per alium propter conscientiam fraudis timeat.
sed qualicumque uilico contubernalis mulier adsignanda est, 5
quae et contineat eum et in quibusdam rebus tamen ad-
iuuet, eidemque actori praecipiendum est, ne conuictum
cum domestico multoque minus cum extero habeat. non
numquam tamen eum, quem adsidue sedulum et fortem
in operibus administrandis cognouerit, honoris causa mensae
suae die festo dignetur adhibere. sacrificia, nisi ex prae-
cepto domini, ne fecerit. haruspices sagasque, quae utra- 6
que genera uana superstitione rudis animos ad inpensas

2 de his **A** *et* **R** *aliquot* 3 iamque iis **S** Iamque his **A** iamq; qui **adö** iam qui **R** *et m. rec. in* **A** iamq; is qui **l** aetatis **S** (is *in* em *mut. m. rec.*) **A** 4 attigerit **SAR** 5 q̃uo **SA** quoniam **p** quom *uel* cum **R** adulescentulo **S** nec (c *postea exp.*) **A** succumbebat **SAδ** succumbebant **l** 8 quod (d *postea exp.*) **A** 9 negocii **R** *plerique* 11 qui quid **Aö** quicquit (t *in* d *mut. ead. m. ut uid.*) **S** quicquid *quel* quicquit **R** *plerique* 12 illitteratus **R** *plerique* 13 cornelus **S** 14 minos (mi *in* nũ *corr. ead. m.*) **S** numos **R** *plerique* afferre **R** 16 fraudis *om.* **SAδ** timeat **SAdsö** timere **R** 17 qualicunque **R** conturbernalis (*pr.* r *postea exp.*) **A** assignanda **R** *plerique* 18 et *om.* **SAδcqü** 19 eidemque *uel* idemque **R** eidem **SRö** 20 domes|co **A** 21 nunquam **R** assidue **R** 25 impensas **SR**

ac deinceps ad flagitia conpellunt, ne admiserit, neque
urbem neque ullas nundinas nouerit, nisi emendae uenden-
7 daeue pertinentis ad se rei causa. uilicus enim, quod ait
Cato, ambulator esse non debet nec egredi terminos,
nisi ut addiscat aliquam culturam, et hoc si ita in uicino est,
ut re manere possit. semitas nouosque limites in agro fieri
ne patiatur, neue hospitem, nisi amicum familiaremque do-
8 mini necessarium, receperit. ut ab his arcendus, ita exhor-
tandûs est ad instrumentorum ferramentorumque curam, ut
duplicia, quam numerus seruorum exigit, refecta et repo-
sita custodiat, ne quid a uicino petendum sit, quia plus in
operis seruorum quam in pretio rerum eius modi consumitur.
9 cultam uestitamque familiam magis utiliter quam delicate
habeat munitamque diligenter a uento, frigore pluuiaque,
quae cuncta prohibentur pellibus manicatis, centonibus con-
fectis uel sagis cucullis. id si fiat, nullus dies tam into-
10 lerabilis est, quo non sub diuo moliri aliquid possit. nec
tantum operis agrestis sit artifex, sed et animi, quantum
seruile patitur ingenium, uirtutibus instructus, ut neque re-
misse neque crudeliter imperet semperque aliquos ex
melioribus foueat, parcat tamen etiam minus bonis, ita ut
potius timeant eius seueritatem, quam crudelitatem dete-
stentur. id contingere poterit, si maluerit custodire subiec-
tos, ne peccent, quam neglegentia sua conmittere, ut pu-
11 niat delinquentis. nulla est autem maior uel nequissimi
hominis custodia quam operis exactio, ut iusta reddantur,
ut uilicus semper se repraesentet. sic enim et magistri

1 adfligia (agitia *ss. m. rec.*) **A** cõpellunt **S** compellunt **AR** ne admiserit *om. s. u. add. m. uet. in* **A** 2 emunde **d** uendundęue **Sdl** uendundeq; **ö** 3 quod **SAδ** ut **R** *Cato agr. 5, 3* 4 non *om.* (*ss. m. rec.*) **A** 6 remanere **SAδcqä** remeare **R** 8 ut *om.* **A** 10 et reposita refecta *transpos. sign. add.* **A** repositã (~ *postea eras.*) **S** 11 quit (t *in* d *postea mut.*) **S** 12 operis **Sapö** *et m. alt. in* **A** operibus **AR** 15 prohibentur **Sstüö** prohiberentur **AR** 16 intollerabilis **R** *plerique* 17 aliquit (t *in* d *postea mut.*) **S** 20 aliquos **Aδbgmt** aliquẽ **l** alios (qu *ss. m. uet.*) **S** alios **ckq** *in marg.* **d** alos (1 *ss.*) **a** *om.* **ü** 23 it (t *in* d *postea mut.*) **S** 24 negligentia **R** committere **SAR** 25 delinquentes **R** *aliquot* 27 et **R** ut **SAd**[1]**s**

singulorum officiorum sedulo munia sua exsequuntur, et ceteri post fatigationem operis quieti ac somno potius quam deliciis operam dabunt. iam illa uetera, sed optimi 12 moris, quae nunc exoleuerunt, utinam possint optineri, ne conseruo ministro quoquam, nisi in re domini, utatur, ne cibum nisi in conspectu familiae capiat neue alium quam qui ceteris praebetur. sic enim curabit, ut et panis diligenter confiat et reliqua salubriter adparentur. ne extra fines nisi a se missum progredi sinat, sed nec ipse mittat, nisi magna necessitate cogente. neue negotietur sibi pe- 13 cuniamque domini aut animalibus aut rebus aliis promercalibus occupet; haec enim negotiatio curam uilici auocat nec umquam patietur eum cum rationibus domini paria facere, sed ubi numeratio exigetur, rem pro nummis ostendit. in uniuersum tamen hoc maxime optinendum ab eo est, nequid se putet scire, quod nesciat, quaeratque semper addiscere, quod ignorat. nam cum multum prodest perite 14 quid facere, tum plus obest perperam fecisse. unum enim ac solum dominatur in rusticatione, quicquid exigit ratio culturae, semel facere, quippe cum emendatur uel inprudentia uel neglegentia, iam res ipsa decoxit nec in tantum postmodo exuberat, ut et se amissam restituat et quaestum temporum praeteritorum resarciat.

In ceteris seruis haec fere praecepta seruanda sunt, 15 quae me custodisse non paenitet, ut rusticos, qui modo non incommode se gessissent, saepius quam urbanos familiarius adloquerer et cum hac comitate domini leuari

1 exsequuntur *uel* exequuntur **R** exsequantur **SA**$d^1$sö et **R** sed **SA**$d^1$ö 3 sed **SA**ŏ et **R** 4 exsoleuerunt **SA**$d^1$ exsoluerunt $d^2$ exoluerunt säö optineri **SA** optinere **adlu** obtinere **R** 8 confiat **SAab**$d^1$**gklmü**$^2$ cōficiat s conficiatur *uel* confitiatur **c**$d^2$**pqt**$ü^1$äö adparentur **Sa** adperentur **A** apparentur **R** 10 negotientur **SAa**$d^1$s auilicia|uocat (*pr.* a *exp.*) **A** 13 unquam **R** pa//ria **S** 15 optinendum **SAl** obtinendum **R** 19 quitquid (t *eras. et* c *scr.*) **S** quidquit (*in* quicquid *corr. m. rec.*) **A** 20 commendatur **A**ŏ imprudentia **R** 21 negligentia **R** 22 postmodo **SA** postmodum **R** postea **tü** 26 quam **SR** qui **A**$d^1$ urbanus **A**ŏ (us *in* os *postea corr.*) **S** familiaribus **R** *aliquot* 27 alloquerer **R** cum hac *Schneiderus*: hac **S** hāc **A a R** cum *uett. edd.* comitatu **A**

perpetuum laborem eorum intellegerem, non numquam etiam iocarer et plus ipsis iocari permitterem. iam illud saepe facio, ut quasi cum peritioribus de aliquibus operibus nouis deliberem et per hoc cognoscam cuiusque ingenium, quale quamque sit prudens. tum etiam libentius eos id opus adgredi uideo, de quo secum deliberatum et consilio ipso-
16 rum susceptum putant. nam illa sollemnia sunt omnibus circumspectis, ut ergastuli mancipia recognoscam, ut explorem, an diligenter uincti sint, an ipsae sedes custodiae satis tutae munitaeque sint, num quem uilicus aut adligauerit quempiam domino nesciente aut reuinxerit; nam utrumque maxime seruare debet, ut et quem pater familiae tali poena multauerit, uilicus nisi eiusdem permissu compedibus non eximat et quem ipse sua sponte uinxerit, ante
17 quam sciat dominus, non resoluat, tantoque curiosior inquisitio patris familiae debet esse pro tali genere seruorum, ne aut in uestiariis aut in ceteris praebitis iniuriose tractentur, quanto et pluribus subiecti, ut uilicis, ut operum magistris, ut ergastulariis, magis obnoxii perpetiendis iniuriis et rursus saeuitia atque auaritia laesi magis timendi
18 sunt. itaque diligens dominus cum et ab ipsis tum et ab solutis, quibus maior est fides, quaerit, an ex sua constitutione iusta percipiant, atque ipse panis potionisque probi-

1 intellegerem **SA** intelligerem **dä** intelligemur **ö** intelligere **R** num **S** (quam *ss. m. rec.*) **A** nunquam **R** 2 iocarer **SA** iocarier **R** permittere **Aδl** 4 quale quamque *uel* quanque sit **R** quale cũq; est **S** quale cunq; est **äö** quale quamque est **A** 6 aggredi **R** 7 putant **Sdgklptü** putat **AR** nam **AR** riã *ut uid.* (*in marg.* et *adscr.*) **S** sollemnia **S** solemnia (*alt.* l *ss. m. uet.*) **A** solemnia **R** sollennia **ö** 8 circumseptis **SAad¹** recognoscam *scripsi*: recognoscant **SAR** explorem *scripsi*: explorent **SAR** 9 uincti **SAsö** uincta **R** 10 num quem *scripsi praeeunte ex parte Schneidero*: numquam **SAδ** num **R** alligauerit **SAR** 11 reuincxerit **SA** 12 tanem (*an* tarem? *in* talem *postea corr.*) **A** 13 mulctauerit **R** *plerique* 14 uincxerit **S** uinserit (x *ss. m. rec.*) **A** 15 dominus *in textu om., in mg. add.* **A** 18 ut *ante* operum *om.* **R** 19 ut **SAad¹lpü** et **R** et ut **k** 20 timenda **A** 21 absis (*pr.* s *in ras.*) **S** (ip *ss. m. rec.*) **A** 23 iuxta **Aa** potioniq. **S** potionique (s *ss. m. rec.*) **A** probitatem **SAδ** bonitatem **R**

tatem gustu suo explorat, uestem, manicas pedumque tegumina recognoscit. saepe etiam querendi potestatem faciat de iis, qui aut crudeliter eos aut fraudulenter infestent. nos quidem aliquando iuste dolentis tam uindicamus, quam animaduertimus in eos, qui seditionibus familiam concitant, qui calumniantur magistros suos, ac rursus praemio prosequimur eos, qui strenue atque industrie se gerunt.
feminis quoque fecundioribus, quarum in subole certus 19
numerus honorari debet, otium, non numquam et libertatem dedimus, cum conplures natos educassent. nam cui tres erant filii, uacatio, cui plus, libertas quoque contingebat. haec et iustitia et cura patris familiae multum confert au-
gendo patrimonio. sed et illa meminerit, cum e ciuitate 20
remeauerit, deos penatis adorare, deinde, si tempestiuum erit, confestim, si minus, postero die fines oculis perlustrare, omnis partis agri reuisere atque aestimare, num quid absentia sua de disciplina et custodia remiserit, num aliqua uitis, num arbor, num fruges absint; tum etiam pecus et familiam recenseat fundique instrumentum et supellectilem. quae cuncta si per pluris annos facere instituerit, bene moratam disciplinam, cum senectus aduenerit, optinebit. nec erit ulla eius aetas annis ita confecta, ut spernatur a seruis.

Dicendum etiam est, quibus operibus quemque habitum 9 **Qualis cor-**

1 explorat **SAδa** exploret **R** manitas (t *exp. et* c *ss. m. rec.*) **A** 2 tegmina **R** *aliquot* recognoscit **SAd**[1] recognoscat **R** recognoscant **sö** recognoscunt **ä** 3 dei is **S** de his **A** de eis *uel* de his **R** quia ut *disting.* **AR** 4 iuste **Sd**[1] iusto **AR** 7 prosequimur **R** prosequamur **SAü** consequamur **stö** prosequiamur **g** 8 subole (*pr.* u *in* o *postea mut.*) **S** 9 nunnũquã (*pr.* u *in* o *postea corr.*) **S** numquam **A** nonnunquam **R** *plerique* 10 complures **R** plures **SAd**[1]**ä** 11 uacatio **Sd**[2]**ö** uocatio **AR** plus **SAd**[1] plures **R** plure **c** 14 tempestiuem (o *s. ult.* e *scr. m. uet.*) **A** 16 et *ante* omnis *inser.* **R** *aliquot* omnes partes **R** *aliquot* extimare **R** *plerique* nunquid **R** *plerique* 19 pecus **SAδ** pecudes **R** 21 optinebit **SAdü** obtinebit **R** 22 uilla **S** (i *postea exp.*) **A** 23 spernantur (*alt.* n *postea exp.*) **A**

VIIII. Qualis corporature mancipia cuique operi contribuenda sunt (VIIII° *add.* **m**) *rubr.* **gmq** *mainsc.* (*add.* C. VIIII) **t** *in marg.* **d**

poraturae mancipia cuique operi contribuenda sint

corporis aut animi contribuendum putemus. magistros pe-
coribus oportet praeponere sedulos ac frugalissimos. ea res
utraque plus quam corporis statura roburque confert huic
negotio, quoniam id ministerium custodiae diligentis et
2 artis officium est. bubulco quamuis necessaria non tamen
satis est indoles mentis, nisi eum uastitas uocis et habitus
metuendum pecudibus efficit. sed temperet uires cle-
mentia, quoniam terribilior debet esse quam saeuior, ut et
obsequantur eius imperiis et diutius perennent boues, non
confecti uexatione simul operum uerberumque. sed quae
sint magistrorum munia quaeque bubulcorum, suo loco repe-
3 tam; nunc admonuisse satis est nihil in his, in illis pluri-
mum referre uires et proceritatem. nam longissimum quem-
que aratorem, sicut dixi, faciemus, et propter id, quod
paulo ante rettuli, et quod in re rustica nullo minus opere
fatigatur prolixior, quia in arando stiuae pene rectus inni-
titur. mediastinus qualiscumque status potest esse, dum
4 modo perpetiendo labori sit idoneus. uineae non sic altos
quem ad modum latos et lacertosos uiros exigunt, nam hic
habitus fossuris et putationibus ceterisque earum culturis
magis aptus. minus in hoc officio quam in ceteris agrico-
latio frugalitatem requirit, quia et in turba et sub monitore
uinitor opus facere debet ac plerumque uelocior animus
est inproborum hominum, quem desiderat huius operis con-
ditio. non solum enim fortem, sed et acuminis strenui
ministrum postulat, ideoque uineta plurimum per adligatos

3 statura **R** statum **Ad**$^1$ statũ (∼ *in* s *postea corr.*) **S** qũo **SA** quom *uel* cum **R** 6 indolis **A** (is *in* es *corr. m. uet.*) **S** efficit **R** effecit **SA** sed et temperet **R** qũo **SA** cum **R** 8 sænior (*s. u. corr. et m. uet. et m. rec.*) **A** 13 quenque **R** 14 aratorem **bkmtüä** *in marg.* q maiorem **SAδacq** aratorem maiorem **l** minorem **g** 15 rettuli **SAδa** retuli **R** 16 quia in **R** quin in **SAd**$^1$ 17 qualisunq; **R** *plerique* 18 labori **alptüä** labore **SAbcdgkmq** labor **sö** 19 quemadmodum **Sbcgkmqü** quomodo **Aad**$^1$**t** admodum quomodo **l** qũo **sä** quam **d**$^2$ cum **ö** uiros *om.* (*s. u. add. m. rec.*) **A** 22 frugrlitatem (*alt.* r *in* a *corr. m. uet.*) **A** 23 plerunque **R** 24 improborum **R** hominum *post* improborum *inser.* **R** *om.* **SAd**$^1$**üä** condicio **A** *et* **R** *aliquot* 26 alligatos **SAR**

excoluntur. nihil tamen eiusdem agilitatis homo frugi non 5
melius quam nequam faciet. hoc interposui, ne quis exi-
stimet in ea me opinione uersari, qua malim per noxios
quam per innocentis rura colere. sed et illud censeo, ne
confundantur opera familiae, sic ut omnes omnia exsequan-
tur. nam id minime conducit agricolae, seu quia nemo 6
suum proprium aliquod esse opus credit, seu quia cum
enisus est, non suo, sed communi officio proficit ideoque
labori multum se subtrahit; nec tamen uiritim malefactum
deprehenditur, quod fit a multis. propter quod separandi
sunt aratores a uinitoribus et uinitores ab aratoribus iique
a mediastinis. classes etiam non maiores quam denum 7
hominum faciundae, quas decurias appellauerunt antiqui et
maxime probauerunt, quod is numeri modus in opere com-
modissime custodiretur nec praeeuntis monitoris diligen-
tiam multitudo confunderet. itaque si latior est ager, in 8
regiones deducendae sunt eae classes diuidundumque ita
opus, ut neque singuli biniue sint, quoniam dispersi non
facile custodiuntur, nec tamen supra decem, ne rursus, ubi
nimia turba sit, id opus ad se pertinere singuli non exi-
stiment. haec ordinatio non solum concitat aemulationem,
sed et deprehendit ignauos. nam cum certamine opus exci-
tetur, tum in cessantis animaduersio iusta et sine querela
uidetur adhiberi.

Sed nimirum, dum quae maxime prouidenda sunt 9
agricolae futuro praecipimus, de salubritate, de uia, de
uicino, de aqua, situ uillae, fundi modo, colonorum et
seruorum generibus, officiorum operumque distributione

4 illut (t *in* d *postea corr.*) **S** 5 exequantur **R** 8 enixus **R** *plerique* 11 aratores (a *ss. m. alt. in* **S**) uinitoribus ab aratoribus **SAd**[1] 12 et qua mediastinis **SA** eique *uel* iique *uel* hique (& que **d**[1] eque *m. alt. in mg.* **S**) a mediastinis **R** 14 quod is *om.* **SAd**[1]ö (ut *init. uers. ante* numeri *add. m. alt. in* **S**) 17 deducendae (*pr.* e *in* i *corr. m. alt.*) **S** diuidunde **R** *aliquot* eae **S** ea (h *ss. et* a *exp. m. rec.*) **A** ee *uel* he **R** 18 qũo **SA** quom *uel* cum **R** 23 querella **Aä** athiberi (t *in* d *corr. m. alt.*) **S** 26 futuro ü *ed. Ald.* futura **SAR**

L //// Iuni Moderati Columellae rei rusticae liber primus explicit *maiusc. rubr.* **S** L. Iuni Moderati Columellae rei rusticę liber primus ex-

tempestiue per haec ad ipsum iam terrae cultum peruenimus, de quo pluribus libro insequente mox disseremus.

plicit *rubr.* **A** Lutij Iuni Moderati Columelle Liber primus explicit **l** L Iunii Moderati Columelle R. R. L. I. explicit *maiusc.* **t** L. Iuni Moderati Columelle rustice rei liber primus explicit *maiusc. rubr.* **bm** Primi libri finis **d** Finis libri primi *rubr.* s subscriptionem *om.* **R** *plerique.*

L. IVNI MODERATI COLVMELLAE

# REI RVSTICAE

## LIBER SECVNDVS

### SEMENTIVVS

## LIBER SECVNDVS HAEC CONTINET


I. Terram nec senescere nec fatigari, si stercores.

II. Quot sint genera terreni.

III. Quot deinde species generibus subiungantur.

IIII. Quod solum maxime probetur.

V. Quem ad modum siluestris locus excolatur et aruum fiat.

VI. Quem ad modum pinguis et frumentarius ager dinoscatur.

VII. Quae sequenda quaeque uitanda sint in proscindendo solo.

VIII. Quem ad modum ab opere disiuncti boues curari debeant.

VIIII. Quibus temporibus quidque genus soli proscindendum et iterandum sit.

X. Quem ad modum frumentarius ager stercorandus sit.

XI. De seminum generibus.

XII. De temporibus sationum.

XIII. Quantum cuique seminis in iugerum adiciendum sit.


Incipit ·II· sementiuus · liber secundus haec continet *mai. rubr.* **S** liber secundus haec continent **A** liber secundus haec continet **b** *mai.* **s** incipit secundus *mai. rubr.* **m** secundus incipit in quo haec sunt **d** incipit secundus de re rustica **l** incipit l. II. de sementib. *mai.* **t** *inscriptionem om.* **R** *plerique*

*Argumentum libri om.* **cklä** *al.* *ceterum cfr app. crit. ad arg. lib. I* *numeros in plerisque codd. confuderunt librarii*

2 stercores **S** stercora (a *exp. et* etur *add. m. rec.*) **A** stercoretur **F** terre **b** terrae *arg. p. l. XI* 3 Quod **SA** 4 Quod **SA** 9 *post* dinoscatur *sequitur* et uliginosa terra *omissis* VIII quae sequenda — XIIII quem ad modum emendetur salsa **SAdμ** (*omissa add. in marg.* **d**$^2$) 17 XI. De seminum generibus *om. codd. praeter* **t** (*cfr autem arg. post lib. XI*) 19 cuiusque s sit *om. post. lib. XI*

XIIII. Quem ad modum emendetur salsa et uliginosa terra.

XV. Quem ad modum ad sementem frumenta sint eligenda.

XVI. Quem ad modum facta semente frumenta colenda sint.

XVII. De sartione.

XVIII. De runcatione.

XVIIII. Quod solum cuique legumini conueniat.

XX. Quem ad modum et quot operis iugerum quodque frumentorum et leguminum colatur.

XXI. Pro modo cuiusque agri quot operae desiderentur.

XXII. Quae legumina agris prosint quaeque noceant.

XXIII. De generibus stercoris.

XXIIII. Quibus temporibus agri stercorandi sint.

XXV. Quem ad modum ex aruo prata fiant.

XXVI. Quem ad modum facta prata colantur.

XXVII. Quem ad modum succisum faenum tractari et condi debeat.

XXVIII. De area constituenda.

XXVIIII. De messe facienda.

XXX. Quo modo araturae fieri debeant.

XXXI. Quae per ferias liceat agricolis et quae non liceat facere.

3 *pro* XV *sqq.* VII *sqq. pos.* **SAμ** (*numeros omnino om.* **d**) 4 eliganda **A** 5 sementi **ms** (*cfr arg. p. l. XI*) 7 satione **SAd**[1]**μ** 10 quod **SA** iugerum quodque *arg. post lib. XI*: unumquodq; **SR** unum quotque **A** 12 quod **SAs** 15 stercorandi **SAR** proscindendi *p. l. XI* sunt (*sed* u *ras. in* i *mut.*) **S** 22 area ternę araturę **d**[1]**q** aratura **g**[2]**ms** aritura **g**[1] area terrae **SAd**[1]**μ** debeant *p. l. XI*: debent **SAμs** debeat **m** debet **dgq** 24 fereas **S** feretis **A**

**Terram nec senescere nec fatigari si stercores**

1 Quaeris ex me, P. Siluine, quod ego sine cunctatione non recuso docere, cur priore libro ueterem opinionem fere omnium, qui de cultu agrorum locuti sunt, a principio confestim reppulerim falsamque sententiam repudiauerim censentium longo aeui situ longique iam temporis exercitatione fatigatam et effetam humum consenuisse. 2 nec te ignoro cum et aliorum inlustrium scriptorum tum praecipue Tremeli auctoritatem reuereri, qui, cum plurima rusticarum rerum praecepta simul eleganter et scite memoriae prodiderit, uidelicet inlectus nimio fauore priscorum de simili materia disserentium falso credidit, parentem omnium terram sicut muliebrem sexum aetate anili iam confectam progenerandis esse fetibus inhabilem. quod ipse quoque confiterer, si in totum nullae fruges prouenirent. 3 nam et hominis tum demum declaratur sterile senium, non cum desinit mulier trigeminos aut geminos parere, sed cum omnino nullum conceptum edere ualet. itaque transactis iuuentae temporibus, etiam si longa uita superest, partus tamen annis denegatus non restituitur. at e contrario seu sponte seu quolibet casu derelicta humus, cum est repetita cultu, magno faenore cessatorum colono respondet.

Incipit liber secundus Sementibus *rubr.* **A**μ Incipit liber secundus (feliciter *add.* **b**) *mai.* **bm** Liber secundus incipit *mai.* s 1 Quaeris — sine *maiusc.* **S** Quaeres (i *ss. m. uet.*) **A** 2 recusso **A** ueterem **SA**δ ueterum **R** ferre (*pr.* r *postea exp.*) **A** 4 reppulerim **SAacgqt** repulerim **R** 5 longaeui (o *s.* g *m. rec.*) **A** 6 effetam **Sdps** effertam **A** effectam **R** 7 et aliorum *bis scr., alt. postea exp.* **A** illustrium **R** tremeli **SA** tremelli **R** tremellii **gqt** 10 inlectus **Smqä** inelectus (*pr.* e *postea exp.*) **A** illectus **R** 12 aetati **R** *aliquot* 14 prouenirent **R** conuenirent **SAd**[1] 15 com (o *in* u *corr. m. alt.*) **S** 20 destituta **gltü** 21 repetitã cultũ agno (*sign. nas. postea eras.*; *deinde* m *post* cultu *inser. m. alt.*) **S** repetitam cultum ago (*pr.* m *postea exp.*; n *s.* g *adscr. m. uet.*) **A** faenore (re *in ras.*) **S** cessationis **t** responderet (re *ante* t *postea exp.*) **A**

4 non ergo est exiguarum frugum causa terrae uetustas, si modo, cum semel inuasit senectus, regressum non habet nec reuirescere aut repubescere potest, sed ne lassitudo quidem soli minuit agricolae fructum. neque enim prudentis est adduci tamquam in hominibus nimiae corporis exercitationi aut oneris alicuius ponderi, sic cultibus et 5 agitationibus agrorum fatigationem succedere. quid ergo est, inquis, quod adseuerat Tremelius, intacta et siluestria loca, cum primum ceperint cultum, exuberare, mox deinde non ita respondere labori colonorum? uidet sine dubio, quid eueniat, sed cur id accidat, non peruidet. neque enim idcirco rudis et modo ex siluestri habitu in aruum transducta fecundior haberi terra debet, quod sit requietior et iunior, sed quod multorum annorum frondibus et herbis, quas suapte natura progenerabat, uelut saginata largioribus pabulis facilius edendis educandisque frugibus 6 sufficit. at cum perruptae rastris et aratris radices herbarum ferroque succisa nemora frondibus suis desierunt alere matrem, quaeque temporibus autumni frutectis et arboribus delapsa folia superiaciebantur, mox conuersa uomeribus et inferiori solo, quod plerumque est exilius, permixta atque absumpta sunt, sequitur, ut destituta pri-7 stinis alimentis macrescat humus. non igitur fatigatione, quem ad modum plurimi crediderunt, nec senio, sed nostra scilicet inertia minus benigne nobis arua respondent. licet enim maiorem fructum percipere, si frequenti et tempestiua et modica sterceratione terra refoueatur. de cuius cultu

1 sicomodo (*sed* si *postea add. ut uid.*; *alt.* si *ss. m. rec.*) **A** 3 reuiuiscere **R** *aliquot* 5 nimia — exercitatione (-oni **m**) **bglmpt** 6 ponderi *Schneiderus*: ponderis **Sad**$^{1}$**m** (e *ss. m. rec.*) **A** pondere **R** 8 adseuerat **S** asseuerat **R** adsueret (ue *ss. m. rec.*) **A** tremelius **SAds** tremellius **R** 9 coeperint **SA** et **R** *aliquot* cultũ **S** cultum **p** cultu **AR** exsuberare **A** 11 accidet **A** preuidet **R** *aliquot* 13 terram (m *postea exp.*) **A** debet (t *in ras.*) ///// qđ sit **S** 17 perrupta e rastris *disting.* **Aa** prerupta e rastris **l** 19 frutectis **SAad**$^{2}$**q** fructectis **d**$^{1}$**m** fructetis **R** *plerique* frutetis **l** frustretis **s** moueribus (*corr. m. alt.*) **S** 22 atque *om.* **As** *uett. edd.* absumpta **Sbmpt** adsumpta **Alqs** assumpta **acdgkäö** 23 magrescat **A** 24 set **A** 25 benune (*in* beniçne *corr. m. alt.*) **S** 27 sterceratione **SAa** stercoratione **R**

dicturos nos priori uolumine polliciti iam nunc disseremus.

Callidissimi rusticarum rerum, Siluine, genera terreni 2 tria esse dixerunt, campestre, collinum, montanum. campum non aequissima situm planitie nec perlibrata, sed exigue prona, collem clementer et molliter adsurgentem, montem sublimem et asperum, sed nemorosum et herbidum, maxime probauerunt. his autem generibus singulis 2 senae species contribuuntur, soli pinguis uel macri, soluti uel spissi, umidi uel sicci, quae qualitates inter se mixtae uicibus et alternatae plurimas efficiunt agrorum uarietates. eas enumerare non est artificis agricolae; neque enim artis officium est per species, quae sunt innumerabiles, euagari et ingredi per genera, quae possunt et cogitatione mentis et ambitu uerborum facile copulari. recurrendum est igitur ad 3 qualitatium inter se dissidentium quasi quasdam coniunctiones, quas Graeci συζυγίας ἐναντιοτήτων, nos discordantium conparationes tolerabiliter dixerimus. atque etiam significandum est ex omnibus, quae terra progeneret, plura campo magis quam colle, plura pingui solo quam macro laetari. de siccaneis et riguis non conperimus, utra nu- 4 mero uincant, quoniam utrimque paene infinita sunt, quae

**Quot sint genera terreni**

**Quot deinde species generibus subiungantur**

**Quod solum maxime probetur**

1 priore (i *ss. m. uet.*) **A**

II. Quot sunt genera terreni (terræ ĩ q terre in g) quot deĩn speties generibus subiungantur quod solum maxime probetur *rubr.* **gq** Quot sunt gña terreni eorumq; spẽs & qđ solũ max^e probetur c. II *maiusc.* **t** Quot sint (sunt **l**) genera terreni cap^m II *rubr.* **lm** De generibus terrae *rubr.* s  Siluine *uel* S. **R** *om.* **SAd**[1]  5 perlibrata | & (*in* sed *mut. m. alt.*) **S** ꝑlibratas et **A** perlibratas sed **R** per liberata sed **ap** perlibata sed **ä**  6 assurgentem **R**  8 Quot deinde speties generibus subiungantur cap. III *post* probauerunt *rubr.* **m**  iis **S**  13 euagari et **SAad**[1]**ä** euagari sed **R**  15 Quod solum maxime probatur cap. IIII *post* copulari *rubr.* **m**  16 qualitatum **R** *aliquot*  17 CYZYΓIACЄNANTIOTHTON **S** CYZYΓIAcЄNaNTIOTIITωN **A** συζυγιασ ἐναντιοτήτων **dst** (*spir. et acc. om.*) **g** CυZυΓιac XNTIOTHTων **p** συζογίασ ἐναντιοτητῶν **k** *om. uac. sp. rel.* **R** *plerique*  18 comparationes **R**  20 quam agri (*corr. ex parte m. rec.*) **A**  21 comperimus **SAR**  22 qũo **SA** quoniam **p** quom *uel* cum **R** utrimque **SA** utrunque **R** utraque **gpt**  sint **R** *aliquot*

siccis quaeque umidis locis gaudent; sed ex his nihil non melius resoluta humo quam densa prouenit. quod noster quoque Vergilius, cum et alias fecundi arui laudes rettulisset, adiecit:

et cui putre solum, namque hoc imitamur arando.

neque enim aliud est colere quam resoluere et fermen- 5 tare terram, ideoque maximos quaestus ager praebet idem pinguis ac putris, quia cum plurimum reddat, minimum poscit, et quod postulat exiguo labore atque inpensa conficitur: praestantissimum igitur tale solum iure dicatur. proximum deinde huic pinguiter densum, quod inpensam 6 coloni laboremque magno fetu remuneratur. tertia est ratio loci rigui, quia sine inpensa fructum reddere potest. hanc primam Cato esse dicebat, qui maxime reditum pratorum ceteris anteponebat; sed nos de agitatione terrae nunc 7 loquimur, non de situ. nullum deterius habetur genus, quam quod est pariter siccum et densum et macrum, quia cum difficulter tractetur, tum ne tractatum quidem gratiam refert nec relictum pratis uel pascuis abunde sufficit. itaque hic ager siue exercetur seu cessat, colono est paenitendus ac tamquam pestilens refugiendus. nam ille mortem facit, hic taeterrimam comitem mortis famem, si tamen Graecis camenis habemus fidem clamitantibus:

λιμῷ δ' οἴκτιστον θανέειν.

8 Sed nunc potius uberioris soli meminerimus, cuius demonstranda est duplex tractatio, culti et siluestris. de

1 iis **S** 3 uirgilius **R** rettulisset **SAä** retulisset **R** 5 *Verg. Georg.* 2, 204 6 aliut (t *in* d *corr. m. alt.*) **S** & (& *exp. et* ac *ss. m. uet.*) **S** 8 redat (*alt.* d *ss. m. uet. ut uid.*) **S** 9 impensa **R** 11 huc (i *ss. m. pr. ut uid.*) **A** inpensam **S** impensam **R** inpensa **A** 13 impensa **R**
18 tractum s (ta *ss. m. uet.*) **A** 19 relictis **Aaδ** 21 tanquam **R**
24 λιμῷ δ' οἴκτιστον θανέειν *Hom. Od.* XII 342: ΛЄΙΑΛωΔΟΙΚΤΙC ΤΟΝΘΑΝЄCΙΝ **s** aeIaIωaOIKTICTONOaNeeIN **A** ἀεὶ λειμῶ οἴκτιϛον θανέειν **d** ἀεὶ λοιμῶ οἰκτιϛον κτανέειν (θανεῖν *in marg.*) **s** οὐ εἰ λὴ /// νῦν οἴκ///τι ἐτόη θανέειν **k** *om. uac. sp. rel.* **R** *plerique* 25 *post* clamitantibus *inser.* Quemadmodum siluestris locus excolatur et aruum fiat *rubr.* **gq** (*add.* C. III) *maiusc.* **t** tractatio **SAδ** ratio **R**

**Quem ad modum siluestris locus excolatur et aruum fiat**

siluestri regione in aruorum formam redigenda prius dice-
mus, quoniam est antiquius facere agrum quam colere.
incultum igitur locum consideremus, siccus an umidus,
nemorosus arboribus an lapidibus confragosus, iuncone sit
et gramine uestitus an felictis aliisue frutectis inpeditus.
si umidus erit, abundantia uliginis ante siccetur fossis. 9
earum duo genera cognouimus, caecarum et patentium.
spissis atque cretosis regionibus apertae relinquuntur; at
ubi solutior humus est, aliquae fiunt patentes, quaedam
etiam occaecantur, ita ut in eas ora hiantium fossarum
conpetant, sed latius apertas summa parte decliuesque et
ad solum coartatas imbricibus supinis similes facere conue-
niet. nam quarum recta sunt latera, celeriter aquis uitian-
tur et superioris soli lapsibus replentur. opertae rursus 10
occaecari debebunt sulcis in altitudinem tripedaneam de-
pressis; qui cum parte dimidia lapides minutos uel nudam
glaream receperint, aequentur superiecta terra, quae fuerat
effossa. uel si nec lapis erit nec glarea, sarmentis co-
nexus uelut funis informabitur in eam crassitudinem, quam
solum fossae possit angustae quasi adcommodatam coar-
tatamque capere. tum per imum contendetur, ut super 11
calcatis cupressinis uel pineis aut, si eae non erunt, aliis
frondibus terra contegatur, in principio atque exitu fossae

1 redigenda **cd$^{2}$glpqtüäö** derigenda **S** dirigenda **Aabd$^{1}$kms** 2 quõ **SA** quom *uel* cum **R** *post* colere *inser.* Quemadmodum siluestris locus excolatur et aruũ fiat. cap̃ V. *rubr.* **m** Quot species terrenorum. capl'm III. *rubr.* **l** 5 an gramine **d$^{2}$ls** de gramine **ak** an *ante* filictis **p** ac **SAR** a **c** felictis **SAd** felicibus **s** salictis **kp$^{2}$** (*idem uoluer.* falictis *scrib.* **ä** *et m. alt. in* **S**) silictis **c** filictis **R** alisue **Ad$^{1}$** (*alt.* i *ss. m. alt.*) **S** frutectis **SAadgmq** fructetis **cklptä** frutetis **b** fructis **s** impeditus **SAR** 6 si umidus **S** stumidus (it *ss. m. rec.*) **A** si humidus **R** 7 et **SAd$^{1}$s** atque **R** 8 at *in ras.* (at *ex* ad *corr. ut uid.*) **S** 9 solatior (u *s.* a *m. rec.*) **A** 10 in eas ora **R** in ea hora (h *postea exp.*) **S** in ea ora **As** 11 competant **SAR** et *om.* **R** *aliquot* 14 labsibus **S** 16 minotos (u *ss pr*o *m. alt.*) **S** 17 suptecta **S** (i *s.* t *m. rec.*) **A** 18 connexus **R** 20 accommodatam **SAR** 21 tum per imum *uel* tum per unum **R** tũ primũ **S** tum primum **kl** (e *s.* pr *scr. m. rec.*) **A** 22 si eæ (ee *s*) ñ **Ads** si æ æ non **S** si he *uel* hę non **R** aliis **SR** nisi **As**

more ponticulorum binis saxis tantum modo pilarum uice
constitutis et singulis superpositis, ut eius modi constructio
ripam sustineat, ne praecludatur umoris inlapsus atque
exitus. nemorosi frutectosique tractus duplex cura est uel
exstirpandis radicitus arboribus et remouendis uel, si rarae
12 sunt, tantum succidendis incendendisque et inarandis. ac
saxosum facile est expedire lectione lapidum, quorum si
magna est abundantia, uelut quibusdam substructionibus
partes agri sunt occupandae, ut reliquae emundentur, uel
in altitudinem sulco depresso lapides obruendi; quod ta-
13 men ita faciendum erit, si suadebit operarum uilitas. iunci
et graminis pernities repastinatio est, felicis frequens ex-
stirpatio, quae uel aratro fieri potest, quoniam intra bien-
nium saepius conuulsa emoritur, celerius etiam, si eodem
tempore stercores et lupino uel faba conseras, ut cum
aliquo reditu medearis agri uitio. namque constat felicem
sationibus et stercoratione facilius interemi. uerum et si
subinde nascentem falce decidas, quod uel puerile opus
14 est, intra praedictum tempus uiuacitas eius absumitur. sed
iam expediendi rudis agri rationem sequitur cultorum noua-
lium cura, de qua mox quid censeam profitebor, si quae
ante discenda sunt, aruorum studiosis praecepero.

2 et **R** ut **SAad**[1]**s** huiusmodi **R** *aliquot* 3 procecludatur (oce *exp. et* ae *ss. m. rec.*) **A** 4 frutectosique **SAd** fructectosiq; **b** fructetosiq; **agktü** fructetorosiq; **m** frutetoseq; **l** fructuosiq; **epqsäö** 5 extirpandis **R** radicibus **S** (t *s.* b *scr. m. rec.*) **A** et *om.* **S** (*s. u. add. m. rec.*) **A** si rare sunt **R** si rareta sunt **SA** 6 incendisque (den *postea ss.*) **A** ax saxosum **A** ac saxorum **R** *aliquot* 10 lapide (s *ss. m. uet.*) **A** 11 utilitas **R** *aliquot* 12 pernities **S** pernicies **A** *uacillant* **R** repastinatio est **SAat** repastinationem (-ne **lp**) **R** felicis **SAm** filicis **R** silicis **ä** extirpatio **R** 13 qũo **SA** quoniam **p** *in marg.* **d** quom *uel* cum **R** 14 conuulsa emoritur *distinxit Madvigius*: conuolsæ (v *s. alt.* o *m. alt.*) moritur **S** conuulsæ moritur **A** conuulse moriuntur **R** 15 stercoresed (d *ras. in* et *corr.*) **S** faua **A** 16 felicem **SAg**[1] filicem **R** 17 sationibus (t *s.* a *m. rec.*) **A** interemi **A** (*alt.* e *in* J *mut. m. alt.*) **S** interimi **R** 19 *post* absumitur *inser.* Quemadmodum pinguis (pinguis *om.* **q**) & frumentarius ager dinoscatur *rubr.* **gq** 20 rudis agri rationem **SAdgktü** ruris agricolationem **R** 22 praeceptorum **A**

**Quem ad modum pinguis et frumentarius ager dinoscatur**

Plurimos antiquorum, qui de rusticis rebus scripserunt, memoria repeto quasi confessa nec dubia signa pinguis ac frumentorum fertilis agri prodidisse dulcedinem soli propriam, herbarum et arborum prouentum, colorem nigrum uel cinereum. nihil de ceteris ambigo, de colore satis 15 admirari non possum cum alios tum etiam Cornelium Celsum, non solum agricolationis, sed uniuersae naturae prudentem uirum, sic et sententia et uisu deerrasse, ut oculis eius tot paludes, tot etiam campi salinarum non occurrerent, quibus fere contribuuntur praedicti colores. nullum enim temere uidemus locum, qui modo pigrum 16 contineat umorem, non eundem uel nigri uel cinerei coloris, nisi forte in eo fallor ipse, quod non putem aut in solo limosae paludis et uliginis amarae aut in maritimis areis salinarum gigni posse laeta frumenta. sed est manifestior hic antiquorum error, quam ut pluribus argumentis conuincendus sit. non ergo color tamquam certus auctor testis est bonitatis aruorum, et ideo frumentarius ager, id est 17 pinguis, magis aliis qualitatibus aestimandus est. nam ut fortissimae pecudes diuersos et paene innumerabiles, sic etiam robustissimae terrae plurimos et uarios colores sortitae sunt. itaque considerandum erit, ut solum, quod excolere destinamus, pingue sit. per se tamen id parum est, 18 si dulcedine caret, quod utrumque satis expedita nobis ratione contingit discere. nam perexigua conspargitur aqua glaeba manuque subigitur, ac si glutinosa est, quamuis leuissimo tactu pressa inhaerescit et

picis in morem ad digitos lentescit habendo,

ut ait Vergilius, eademque inlisa humo non dissipatur,

Quemadmodum pinguis et frumentarius ager dinoscitur cap. VI *rubr.* **m** Quod solum maxime probetur capl'm IIII *rubr.* **l** 1 plurimis (o *ss. m. rec.*) **A** scripserint **Sd** 4 herborum (he *exp. et* a *ss. m. uet.*) **A** colorem **S** *om.* **AR** *post* nigrum *pos.* **gt** 5 cinerem **Abd¹kmps** nihil **S** uel **AR** 6 etiam *om.* **R** 8 sententiæ **S** sententiam **a** 17 tanquam **R** 22 excolere **SAd²gt** ex colore **R** 24 expedit a nobis *dist.* **SAR** 25 conspergitur **R** *aliquot et m. alt. in* **S** 26 quanuis **R** *plerique* 28 *Verg. Georg.* 2, 250 29 uirgilius **R** illisa **R** *pauci*

quae res nos admonent inesse tali materiae naturalem
19 sucum et pinguitudinem. sed si uelis scrobibus egestam
humum recondere et recalcare, cum aliquo quasi fer-
mento abundauerit, certum erit esse eam pinguem, cum
defuerit, exilem, cum aequauerit, mediocrem. quamquam
ista, quae nunc rettuli, non tam uera possint uideri; si sit
pulla terra, quae melius prouentu frugum adprobatur.
20 saporem quoque sic dinoscemus: ex ea parte agri, quae
maxime displicebit, effossae glaebae et in fictili uaso made-
factae dulci aqua permisceantur ac more faeculenti uini
diligenter colatae gustu explorentur; nam qualem traditum
ab eis rettulerit humor saporem, talem esse dicemus eius
soli. sed et citra hoc experimentum multa sunt, quae et
dulcem terram et frumentis habilem significent, ut iuncus,
ut calamus, ut gramen, ut trifolium, hebulum, rubi, pruni
siluestres et alia conplura, quae etiam indagatoribus aqua-
21 rum nota non nisi dulcibus terrae uenis educantur. nec
contentos esse nos oportet prima specie summi soli, et
diligenter exploranda est inferioris materiae qualitas, ter-
rena necne sit. frumentis autem sat erit, si aeque bona
suberit bipedanea humus; arboribus altitudo quattuor pe-
dum abunde est. haec cum ita explorauerimus, agrum
sationibus faciundis expediemus. is autem non minimum
exuberat, si curiose et scite subigitur. quare antiquissimum
est formam huius operis conscribere, quam uelut sec-

2 succum **R** *plerique* pinguitudinem **SAadgkls**$^{2}$ pinguedinem **R** 3 aliquo quasi **R** quasi aliquo **S** aliquo quasi *transpos. sign. postea add.* **A** 4 habundauerit **R** *aliquot* quom *uel* cum **R** 5 quom *uel* cum **R** tum **SA** quanquam **R** *plerique* 6 rettuli **SAakä** retuli **R** 7 pulla **klp**$^{2}$**st** pulila **SAR** pullila **p**$^{1}$**ä** approbatur **R** *plerique* 8 saporem **Sd** sapore **R** 9 uaso **SAd**$^{1}$**ms** uase **R** 10 uino (i *ss. m. uet.*) **A** 12 retulerit **R** *aliquot* 13 circa **R** *aliquot* 16 conplura **A** cumplura (*pr.* u *in* o *corr. m. alt.*) **S** complura **R** 17 nota non nisi **S** non tamen nisi **AR** 20 siti **A** 22 habunde **R** *aliquot et m. rec. in* **A** *post* abunde est *inser.* Quæ sequenda quæque uitanda sint in proscindendo solo *rubr.* **gq** Que sequenda q;$^{e}$q; uitanda sũt in proscindendo agro (*ss.* solo) C. V. *mainsc.* **t** 23 faciendis **R** *plerique* 25 conscribere **Sd**$^{2}$**pst** conscripsere **AR** sectã **S** sectam **gstü** secta **Aabkqä** septa **cd**$^{2}$ septam **d**$^{1}$ scriptam **d**$^{3}$ scita **l** *om.* **p**

tam legemque in proscindendis agris sequantur agri-
colae.

**Quae sequenda quaeque uitanda sint in proscindendo solo**

Igitur in opere boues arte iunctos habere conuenit, quo 22
speciosius ingrediantur sublimes et elatis capitibus ac minus
colla eorum labefactentur iugumque melius aptum ceruici-
bus insidat. hoc enim genus iuncturae maxime probatum
est. nam illud, quod in quibusdam prouinciis usurpatur,
ut cornibus inligetur iugum, fere repudiatum est ab omni-
bus, qui praecepta rusticis conscripserunt, neque inmerito.
plus enim queunt pecudes collo et pectore conari quam 23
cornibus, atque hoc modo tota mole corporis totoque
pondere nituntur, at illo retractis et resupinis capitibus
excruciantur aegreque terrae summam partem leui admo-
dum uomere sauciant et ideo minoribus aratris moliuntur,
quia non ualent alte perfossa noualium terga rescindere;
quod cum fit, omnibus uirentibus plurimum confertur, nam
penitus aruis sulcatis maiore incremento segetum arborum-
que fetus grandescunt. et in hoc igitur a Celso dissentio, 24
qui reformidans inpensam, quae scilicet largior est in am-
plioribus armentis, censet et exiguis uomeribus et den-
talibus terram subigere, quo minoris formae bubus id ad-
ministrari possit, ignorans plus esse reditus in ubertate
frugum quam inpendii, si maiora mercemur armenta, prae-
sertim in Italia, ubi arbustis atque oleis consitus ager altius
resolui ac subigi desiderat, ut et summae radices uitium
olearumque uomeribus rescindantur, quae si maneant, fru-
gibus obsint, et inferiores penitus subacto solo facilius
capiant umoris alimentum. potest tamen illa Celsi ratio 25
Numidiae et Aegypto conuenire, ubi plerumque arboribus
uiduum solum frumentis seminatur, atque eius modi terram

1 Quęq. sequenda queq; uitanda sunt in prescindendo solo cp̄ VII *rubr.* **m** 7 illut (t *in* d *corr. m. alt.*) S p̄uinciis (c *in* t *mut. m. alt.*) S
8 illigetur **R** *plerique* 9 immerito **SAR** 10 plus enim queunt *bis scr. in* **A** 12 illo **Scdgpqtā** ille (o *ss. m. uet.*) **A** ille **abkms** illi **l**
15 quia **S** q̄ **A** q̄ *uel* qui **R** terga **S** terra **AR** 19 impensam **R** 20 armentis **t** *ed. Reg. a. 1496* argumentis **SAR** 21 formes **A** 23 impendii **R**
25 oleis *in ras.* **S** 29 numdiae (m *in* mj *corr. m. alt.*) **S** plerunque **R**

pinguibus harenis putrem uelut cinerem solutam quamuis leuissimo dente moueri satis est. bubulcum autem per proscissum ingredi oportet alternisque uersibus obliquum tenere aratrum et alternis recto plenoque sulcare, sed ita ne cubi crudum solum et inmotum relinquat, quod agricolae
26 scamnum uocant, boues, cum ad arborem uenerint, fortiter retinere ac retardare, ne in radicem maiore nisu uomis inpactus colla conmoueat neue aut cornu bos ad stipitem uehementius offendat aut extremo iugo truncum delibet ramumque deplantet. uoce potius quam uerberibus terreat, ultimaque sint opus recusantibus remedia plagae. numquam stimulo lacessat iuuencum, quae res taetratum calcitrosumque eum reddit, non numquam tamen admoneat fla-
27 gello. sed nec in media parte uersurae consistat detque requiem in summa, ut spe cessandi totum spatium bos agilius enitatur. sulcum autem ducere longiorem quam pedum centum uiginti contrarium pecori est, quoniam plus
28 aequo fatigatur, ubi hunc modum excessit. cum uentum erit ad uersuram, in priorem partem iugum propellat et boues inhibeat, ut colla eorum refrigescant, quae celeriter conflagrant, nisi adsidue stringantur, et ex eo tumor ac deinde ulcera inuadunt. nec minus dolabra quam uomere bubulcus utatur et praefractas stirpes summasque radices, quibus ager arbusto consitus inplicatur, omnis refodiat ac persequatur.

1 arenis **R** *plerique* 2 dentẽ moueri **A** (˜ *postea eras.*) **S** 3 procissum (s *ss. m. uet.*) **A** 4 et ‖ et (*pr.* et *in pag. fin. postea exp.*) **A** sulcare sed **R** sulcares et **SA** sulcares sed **a** 5 immotum **R** 6 scannum **R** *aliquot* 8 impactus **R** *plerique* commoueat **SAR** 11 ultum aquæ **A** ulti /// aquæ (ultum *s. dub. scr. m. pr.*; m *in ras. scr. m. alt.*) **S** ultuma quae s nunquam **R** 12 quae res taetratum *scripsi*: quæ rescae tratũ **S** quæ rescæ tratum **A** q; reste (*uel* recte) tractum **R** calcitrosumq; **Sbgklpstü** calcitrorumque (s *s. alt.* r *scr. m. uet.*) **A** caltrosumq; **acdmqäö** 13 nunquam **R** flagellos & **S** 16 plus aglius (bos *s.* plus *et* i *s.* g *scr. m. rec.*) **A** dulcere **A** qua pedum **As** 18 quõ **SA** quom *uel* cum **R** 21 assidue **R** 23 prȩfactas (r *s.* fa *scr. m. alt.*) **S** 24 implicatur **R**

**Quem ad modum ab opere disiuncti boues curari debeant**

Boues cum ab opere disiunxerit, substrictos confricet 3
manibusque conprimat dorsum et pellem reuellat nec pa-
tiatur corpori adhaerere, quia et genus morbi maxime est
armentis noxium. colla subigat merumque faucibus, si 2
aestuauerint, infundat; satis autem est singulis uini sexta-
rios praebere. sed ante ad praesaepia boues religari non
expedit, quam sudare atque anhelare desierint. cum deinde
tempestiue potuerint uesci, non multum nec uniuersum
cibum, sed partibus et paulatim praebere conuenit. quem
cum absumpserint, ad aquam duci oportet sibiloque adlectari,
quo libentius bibant, tum demum reductos largiore pabulo
satiari. hactenus de officio bubulci dixisse abunde est.
sequitur, ut tempora quoque subigendi arui praecipiamus.

**Quibus temporibus quidque genus soli proscindendum et iterandum sit**

Pingues campi, qui diutius continent aquam, proscin- 4
dendi sunt anni tempore iam incalescente, cum omnis her-
bas ediderint neque adhuc earum semina maturuerint. sed
tam frequentibus densisque sulcis arandi sunt, ut uix dinosca-
tur, in utram partem uomer actus sit, quoniam sic omnes
radices herbarum perruptae necantur. sed et conpluribus 2
iterationibus sic resoluatur ueruactum in puluerem, ut uel
nullam uel exiguam desideret occationem, cum seminaui-
mus. nam ueteres Romani dixerunt male subactum agrum,
qui satis frugibus occandus sit. eum porro an recte are- 3

III. Quemadmodum ab opere disiuncti boues curari debeant *rubr.* **gq** (*add.* C. VIII) **m** (*add.* c. VI) *atr. et init. maiusc.* **t** *in marg.* **d** Quemadmodum dicti boues curari debeant *rubr.* **c** 1 disiuncxerit **S** 2 comprimat **R** 3 et **SAR** id *ed. Ald.* 5 singulis **lp**² singuli **S** singula **ad**² ingula **k** inguli *uel* iuguli **Aδbcgmp¹q** iugo **t** 6 regari (li *ss. m. uet.*) **A** 7 deserint **A** 9 cybum **A** 10 absumserint **S** allectari **R** *aliquot* 11 largiori **R** 12 saciari (c *in* t *corr. m. alt.*) **S**

IV. Quibus temporibus quodque (quidque **cd**) genus soli (soli *om.* **c**) proscindendum et iterandum sit (sit *om.* **c**) *rubr.* **cgq** (*add.* C. VIIII) **m** (*add.* C. VII) *atr.* **t** *in marg.* **d** Quemadmodum siluestris locus excolatur Cpl'm V *rubr.* **l** Quo tempore subigenda sunt arua *m. alt. in marg.* **A** 15 qūo **SA** quom *uel* qum *uel* cum **R** 19 compluribus **R** 21 occationem **dm** occasionem **SAR** seminabimus **Ss** 22 subactum agrum **Sdgks²tü** subacto agrã (u *s. ult.* a *scr. m. rec.*) **A** subacto agrum **R** subacto agro **s¹**

tur frequenter explorare debet agricola nec tantum uisu, qui fallitur non numquam superfusa terra latentibus scamnis, uerum etiam tactu, qui minus decipitur, cum solidi rigoris admota pertica transuersis sulcis inseritur. ea si aequaliter ac sine offensatione penetrauit, manifestum est totum solum deinceps esse motum; sin autem subeunti durior aliqua pars obstitit, crudum ueruactum esse demonstrat. hoc cum saepius bubulci fieri uident, non conmittunt scamna facere. igitur uliginosi campi proscindi debent
4 post Idus mensis Aprilis. quo tempore cum arati fuerint, uiginti diebus interpositis circa solstitium, quod est nonum uel octauum Kalendas Iulias, iteratos esse oportebit ac deinde circa Septembris Kalendas tertiatos, quoniam in id tempus ab aestiuo solstitio conuenit inter peritos rei rusticae non esse arandum, nisi si magnis, ut fit non numquam, subitaneis imbribus quasi hibernis pluuiis terra per-
5 maduerit. quod cum accidit, nihil prohibet, quo minus mense Iulio ueruacta subigantur. sed quandoque arabitur, obseruabimus, ne lutosus ager tractetur neue exiguis nimbis semimadidus, quam terram rustici uariam cariosamque appellant. ea est, cum post longas siccitates leuis pluuia superiorem partem glaebarum madefecit, inferiorem non adtigit. nam quae limosa uersantur arua, toto anno desinunt posse tractari nec sunt habilia sementi aut occationi aut sationi; at rursus, quae uaria subacta sunt, continuo
6 triennio sterilitate adficiuntur. medium igitur temperamentum maxime sequamur in arandis agris, ut neque suco careant nec abundent uligine, quippe nimius umor, ut

2 nunquam **R** scannis **R** *aliquot* 6 silum **A** committunt **SAR** 9 scanna *uel* scamina **R** *aliquot* De uliginoso quando proscindi debeat *in marg. m. alt.* **A** *post* facere *uac. sp. in* **d** 11 uiginti **S** *om.* **AR** 12 kalendas *uel* kl̄as *uel* kl̄ **R** *ut fere semper* quoniam **S** quō̃ **A** quom *uel* cum **R** 15 fit *an* sit *scripserit m. pr. inc.* **A** nunquam **R** 18 uerua acta **S** (*pr.* a *postea exp.*) **A** 20 semimadidus **S** semimadibus **AR** cariosamque **Sad¹kptü** curiosam (u *in* a *uel* o *mut. m. rec.*; q; *adscr. m. uet*) **A** curiosamq; **bmäö** coriosamq; **cd²glq** caretosamque **s** 23 adtigit **p** attigit **SAR** 26 afficiuntur **R** *plerique* 27 succo **R** *aliquot*

dixi, limosos lutososque reddit, at qui siccitatibus arue-
runt, expediri probe non possunt. nam uel respuitur duri-
tia soli dens aratri, uel si qua parte penetrauit, non minute
diffundit humum, sed uastos caespites conuellit, quibus
obiacentibus inpeditum aruum minus recte potest iterari,
quia ponderibus glaebarum, sicut aliquis obstantibus funda-
mentis uomis a sulco repellitur, quo euenit, ut in iteratione
quoque scamna fiant et boues iniquitate operis maxime
mulcentur. accedit huc, quod omnis humus quamuis lae- 7
tissima tamen inferiorem partem ieiuniorem habet eamque
adtrahunt excitatae maiores glaebae, quo euenit, ut infe-
cundior materia mixta pinguiori segetem minus uberem
reddat, tum etiam ratio rustici adgrauatur exiguo profectu
operis. iusta enim fieri nequeunt, cum induruit ager. ita- 8
que siccitatibus censeo quod iam proscissum est iterare
pluuiamque opperiri, quae madefacta terra facilem nobis
culturam praebeat. sed iugerum talis agri quattuor operis
expeditur; nam commode proscinditur duabus, una ite-
ratur, tertiatur dodrante, in liram satum redigitur qua-
drante operae. liras autem rustici uocant easdem porcas,
cum sic aratum est, ut inter duos latius distantis sulcos
medius cumulus siccam sedem frumentis praebeat. colles 9
pinguis soli peracta satione trimestrium mense Martio, si
uero tepor caeli siccitasque regionis suadebit, Februario
statim proscindendi sunt, deinde ab Aprile medio usque
in solstitium iterandi tertiandique Septembri circa aequi-
noctium, ac totidem operis, quot uliginosi campi, excoli-

1 ad (d *postea in* t *corr.*) qui **S** atque **A** at quę **gt** atq; quę (*uel* que) **R** 3 soli **d**[2] *m. rec. in* **A** solis **SAR** 4 diffindit *m. rec. in* **A** caepites (s *s.* ae *m. alt.*) **S** 5 impeditum **SAR** iterare (*ult.* e *in* i *corr. m. alt.*) **S** 6 aliquibus **glst** 7 uomis /// sulco (a *iuxta ras. inser. m. alt.*) **S** 8 scanna *uel* scampna **R** *aliquot* 9 mulcentur **A** (c *in* t *corr. m. alt.*) **S** multentur **R** 11 attrahunt **R** *aliquot* 13 aggrauatur **R** *pauci* 14 induruit **SAabklmps** induruerit **cdgqtüäö** 15 procissum **R** *aliquot* 16 operiri **R** *plerique* 19 liram (ram *in ras.*) **S** satum **Sa** statum **R** statim **mps** *om.* **ct** regitur (di *ss. m. uet.*) **A** 20 li///ras **S** 21 distantes **R** *pauci* 23 trimenstrium **ðak** 24 febroario **A** 27 quot **R** quod **SAa**

10 tur iugerum talis agri. sed in arando maxime est obseruandum, semper ut transuersus mons sulcetur. nam hac ratione difficultas adcliuitatis infringitur, laborque pecudum et hominum commodissime sic minuitur. paulum tamen, quotiensque iterabitur, modo in elatiora, modo in depressiora cliui obliquum agi sulcum oportebit, ut in utramque partem rescindamus nec eodem uestigio terram moliamur.
11 exilis ager planus, qui aquis abundat, primum aretur ultima parte mensis Augusti, subinde Septembri sit iteratus paratusque ad sementim circa aequinoctium. expeditior autem labor eius modi solo est, eoque pauciores inpenduntur operae; nam tres uni iugero sufficiunt. item graciles cliui non sunt aestate arandi, sed circa Septembris Kalendas, quoniam si ante hoc tempus proscinditur, effeta et sine suco humus aestiuo sole peruritur nullasque uirium reliquias habet. itaque optime inter Kalendas et Idus Septembris aratur ac subinde iteratur, ut primis pluuiis aequinoctialibus conseri possit, neque in lira, sed sub sulco talis ager seminandus est.

**Quem ad modum frumentarius ager stercorandus sit**

5 Prius tamen quam exilem terram iteremus, stercorare conueniet, nam eo quasi pabulo gliscit. in campo rarius, in colle spissius, acerui stercoris instar quinque modiorum disponentur atque in plano pedes interualli quoquo uersus octo, in cliuo duobus minus relinqui sat erit. sed id nobis

1 obseruandam (u *ss. m. uet.*) **A** 2 hāc **A** 3 accliuitatis **R** *aliquot* 5 quotiesque **A** 6 oblicum **SA** utranque **R** *plerique* 7 terra **S** 8 aretur **Sd**[2] aruetur **AR** ultima parte **Sgtü** ultima in parte *in marg.* **d** ultimam partem **δclq** ultimum partem **Aabm** in ultimam partem **p** prima parte **k** 10 ad sementim *scripsi*: ac sementi **SAR** sementi **d** ad semen **gt** 11 solo (i *s. alt.* o *m. alt.*) **S** impenduntur **R** 14 qm̄ **S** qūo **Aa** quom *uel* cum **R** 15 succo **R** *aliquot* 16 septembris **A** (i *in* e *corr.*) **S** septembris *uel* septem̄br **R** 19 seminandus **Sagkltüä** eseminandus **Abcmpq** esse e seminandus **s** exeminandus *in marg.* **d** subseminandus **d**

V. Quemadmodum frumentarius ager stercorandus sit *rubr.* **gq** (*add.* cp̄ X) **m** (*add.* C. VIII) *atr.* **t** Quēadmodū frum̄tariū agrū stercorādū sit *in marg.* **d** 20 stercorare **d**[2]**ls** stercorari **p** stercore **SAR** 21 rarus **S** 22 quoquouersus **d**[2] quoq; uersus (o *s. alt.* q *scr. m. alt.*) **S** quoqueuersus **AR** 24 cliuo (cli *in ras. scr.*) **S**

decrescente luna fieri placet, nam ea res herbis liberat 2
segetis. iugerum autem desiderat, quod spissius stercoratur, uehes quattuor et uiginti, quod rarius, duodeuiginti. disiectum deinde protinus fimum inarari et adrui conuenit, ne solis halitu uires amittat et ut permixta humus praedicto alimento pinguescat. itaque, cum in agro disponentur acerui stercoris, non debet maior modus eorum dissupari, quam quem bubulci eodem die possint obruere.

**De seminum generibus**

Quoniam sementi terram docuimus praeparare, nunc 6
seminum genera persequamur. prima et utilissima sunt hominibus frumenta triticum et semen adoreum. tritici genera conplura cognouimus, uerum ex iis maxime serendum est, quod robus dicitur, quoniam et pondere et nitore
praestat. secunda conditio est habenda siliginis, cuius 2
species in pane praecipua pondere deficitur. tertium erit trimenstre, cuius usus agricolis gratissimus, nam ubi propter aquas aliamue causam matura satio est omissa, praesidium ab hoc petitur; id porro genus est siliginis. reliquae tritici species, nisi si quos multiplex uarietas frugum et ina-
nis delectat gloria, superuacuae sunt. adorei autem ple- 3
rumque uidemus in usu genera quattuor: far, quod appellatur Clusinum, candidi oris et nitidi, far, quod uocatur uennuculum, rutilum atque alterum candidum, sed utrum-

2 segetes **R** *aliquot* 3 quatuor *uel* IIII **R** *aliquot* quad (o *ss. m. alt.*) **S** 4 obrui **klt** *in marg.* **d** 5 halitu **Sap** habitu **AR** 7 dissupari **SA** dissipari **R** dispari **a** 8 possit **A**

VI. Quemadmodum ad sementem frumenta sint eligenda cap̃. XI *rubr.* **m** Quo pacto eliguntur semina ad serendum. Capitulum VII *rubr.* **l** De seminum generibus *rubr.* **gq** (*add.* C. VIIII) *atr.* **t** *in marg.* **d** (*tit. post* obruere *inser.* **t**, *post* preparare **gq**, *post* persequamur **dlm**) 9 quõ **SA** quom *uel* cum **R** 10 ulissima (ti *s.* u *scr. m. uet*) **A** 12 ↄplura **A** cũplura **S** complura **R** iis **Sp** his **AR** 13 rubus **R** *aliquot* qm̃ **Sd**$^{2}$ quõ **A** quom *uel* cum **R** 15 precipue *uel* -o **R** *aliquot* 16 trimestre **AR** propter aquas **Sd**$^{2}$**l** propterea quas **AR** propter quas **s** 18 porro *om.* **AR** 19 si *om.* **R** *aliquot* 20 plerunque **R** 21 quatuor *uel* IV **R** *aliquot* 22 candidi oris et nitidi *distinxi*: candidioris et nitidi **SR** candidoris (i *s.* o *m. uet.*) et nitidi **A** uocatur **SA**ꝺ**a** appellatur **R** 23 uenuculum *uel* uẽnũculum **R** alterũ **Sa** alter **AR** utrunque **R**

que maioris ponderis quam Clusinum, semen trimenstre, quod dicitur halicastrum, idque pondere et bonitate est
4 praecipuum. sed haec genera tritici et adorei propterea custodienda sunt agricolis, quoniam raro quisquam ager ita situs est, ut uno semine contenti esse possimus, interueniente parte aliqua uel uliginosa uel arida. triticum autem sicco loco melius coalescit, adoreum minus infestatur umore.

7 Leguminum genera cum sint conplura, maxime grata et in usu hominum uidentur faba, lenticula, pisum, phaselus, cicer, cannabis, milium, panicum, sesama, lupinum, linum etiam et hordeum, quia ex eo tisana est. item pabulorum optima sunt Medica et faenum Graecum nec
2 minus uicia, proxima deinde cicera et eruum et farrago, quae est ex hordeo. sed de his prius disseremus, quae nostra causa seminantur, memores antiquissimi praecepti, quo monemur, ut locis frigidis nouissime, tepidis celerius, calidis ocissime iaciamus. nunc autem proinde ac si temperatae regioni praecepta dabimus.

**De temporibus sationum**

8 Placet nostro poetae adoreum atque etiam triticum non ante seminare, quam occiderint Vergiliae. quod ipsum numeris sic edisserit:

at si triticeam in messem robustaque farra
exercebis humum solisque instabis aristis,
ante tibi Eoae Atlantides abscondantur.

1 trimestre **R** *aliquot* 2 ponitate (p *in* b *postea corr.*) **S** bonitati **A** 4 qũo **SA** quoniam **ps** quom **R** 6 uligi///nosa **A**

VII. 9 complura **R** 10 et *om.* **S** faua (u *in* b *corr. m. rec.*) **A** 11 gannabis **SA** panicium **SAgp** sesania **R** *plerique* 12 et *om.* **S** quia **SAds** qui **R** tisana **SR** tisanana **A** ptisana **ls** cisana **ä** (phtisana ex hordeo *in marg.* **S**) 14 uicia **d** uitia **SAR** 17 quo **AR** cõ **S** 18 calidis (is *in ras.*) **S** iaciamus *scripsi*: metamus **SAd¹p** metamur **ad²gkls** metemur **cm** metantur **ä** metam **q** sereremus **t** 19 dabimus (mus *in ras.*) **S**

VIII. De temporibus sationum *rubr.* **g** (*add.* cap̃ XII) **m** (*add* c. X) *atr.* **t** De temporibus sationum quantucũq; seminis in iugerum adiciendum *rubr.* **q** *in marg.* **d** 21 uerginię (n *exp. et* l *ss. m. alt.*) **S** uergine (n *exp. et* li *ss. m. rec.*) **A** 23 *Verg. Georg. 1, 219 sqq.* at **Sal** ac **AR** triticem (a *s.* e *scr. m uet.*) **A** 25 atlantides **abgl** athantides **S** (l *inter* h *et* a *ss. m. rec.*) **A** athlantides **cdkqstä** atlandites **m** athalantides **p**

absconduntur autem altero et tricensimo die post autum- 2
nale aequinoctium, quod fere conficitur VIIII Kal. Octobris; propter quod intellegi debet tritici satio dierum sex et quadraginta ab occasu Vergiliarum, qui fit ante diem nonum Kalendas Nouembris ad brumae tempora. sic enim seruant prudentes agricolae, ut quindecim diebus prius, quam conficiatur bruma, totidemque post eam confectam neque arent neque uitem aut arborem putent; nos quoque non abnuimus in agro temperato et minime umido
sementem sic fieri debere, ceterum locis uliginosis atque 3
exilibus aut frigidis aut etiam opacis plerumque citra Kalendas Octobris seminare conuenire,

dum sicca tellure licet, dum nubila pendent,

ut prius conualescant radices frumentorum, quam hibernis imbribus aut gelidis pruinisue infestentur. sed quamuis tempestiue sementis confecta erit, cauebitur tamen, ut patentis liras crebrosque sulcos aquarios, quos non nulli elices uocant, faciamus et omnem umorem in colliquias
atque inde extra segetes diriuemus. nec ignoro quosdam 4
ueteres auctores praecepisse, ne seminarentur agri, nisi cum terra pluuiis permaduisset; quod ego, si tempestiue conpetat, magis conducere agricolae non dubito. sed si, quod euenit non numquam, seri sunt imbres, quamuis sitienti solo recte semen conmittitur, idque etiam in quibus-

1 abscunduntur (*pr.* u *in* o *corr. m. alt.*) **S** *om.* **R** *aliquot* tricensimo **Am** (n *postea exp.*) **S** trigesimo *uel* tricesimo **R** 2 nono **ds** kł **S** kl **A** kł *uel* kl. *uel* kal. **R** 3 intelligi **R** 5 kł **S** kalendas **A** kalendas *uel* kł *uel* kl *uel* kalendarum **R** nouemƀr **S** brumę **Sd** bruma **AR** bruimę **l** 8 pute (˜ *s.* e *scr. m. uet. ut uid.*) **A** 11 plerunque **R** circa **R** *aliquot* kł **S** kalendas **A** kł *uel* kl. *uel* klendas **R** 12 octƀr **S** octobris **A** octobris *uel* octob **R** 13 *Verg. Georg. I, 214* 15 gelicidiis **gkmst** *uett. edd.* quanuis **R** *plerique* 17 patentis **AR** patentes **S** li///ras **S** 18 hominem (*in* humorem *corr. m. uet.*) omnem *transpos. signo* **A** colliquias **As** colli quias **S** colloquias **R** 19 atque /// Inde (*etiam* e *et* I *in ras.*) **S** segetas **A** diriuemus **aclmpqsäö** diruemus **SA** deriuemus **dgktü** nec *in ras.* **S** 21 pluuis (*alt* i *ss. m uet.*) **A** 22 competat **SAR** 23 nunquam **R** quanuis **R** *plerique* 24 committitur **SAR** itque (t *in* d *postea mut.*) **S** itaque (a *exp.*) **A**

dam prouinciis, ubi status talis caeli est, usurpatur. nam quod sicco solo ingestum et inoccatum est, proinde ac si repositum in horreo non corrumpitur, atque ubi uenit
5 imber, multorum dierum sementis uno die surgit. Tremelius quidem adseuerat, prius quam inpluuerit, ab auibus aut formicis sata non infestari, dum aestiuis serenitatibus ager aret, idque etiam saepius nos experti uerum adhuc esse conperimus. magis apte tamen in eius modi agris adoreum quam triticum seritur, quoniam folliculum, quo continetur, firmum et durabilem aduersus longioris temporis umorem habet.

**Quantum cuique seminis in iugerum adiciendum sit**

9 Iugerum agri pinguis plerumque modios tritici quattuor, mediocris quinque postulat; adori modios nouem, si est laetum solum, si mediocre, decem desiderat. nam quamuis de mensura minus auctoribus conuenit, hanc tamen uideri commodissimam docuit noster usus; quem si quis sequi recusat, utatur praeceptis eorum, qui uberem campum in singula iugera tritici, quibus et adori, octo modiis obserere praecipiunt atque hac portione mediocribus agris se-
2 mina praebenda censent. nobis ne istam quidem, quam praediximus, mensuram semper placet seruari, quod eam uariat aut loci aut temporis aut caeli conditio: loci, cum uel in campis uel collibus frumentum seritur atque iis uel pingui-

4 tremelius tremellius **SAR** 5 asseuerat **R** *aliquot* prius *om.*, *s. u. adscr. m. pr.* **S** inpluuerit **SAs** impluuerit **R** impluerit **d**[1] 6 sata non infestari dũ **S** sat aridu **Aa** sata ridu **R** sata rodi **p** sata edi ubi **g** nox (*corr. m. uet.*) **A** 8 comperimus **SR** comperibus (b *in* m *corr. m. uet.*) **A** apte *ed. Reg. 1496* alte **Slp** alter **AR** alitur **gt** 9 quã tritiũ **S** quam in triticum **AR** quõ **SA** quoniam **s** quom *uel* cum **R**

11 umorem **S** humorẽ **s** umorum **A** humorum **a** *m. rec. in* **A** humorum *uel* humores (-ris) **R**

IX. Quantum cuiusque seminis in iugerũ adiiciendum sit *rubr.* **g** (*add.* cp̃ XIII) **m** (*add.* C. XI) *atr* **t** De sationis m̃sura *in marg. maiusc. m. alt.* **S** 12 plerunque **R** quatuor *uel* IIII **R** *aliquot* 13 adori (*alt.* i *ss m. uet.*) **A** adorii (ii *in* ei *corr. m. alt.*) **S** adorei **R** si **Sb[2]dgkl[2]ps[2]tüä** sic **Aab[1]el[1]mqs[1]t** 14 quanuis **R** 18 adori **AR** (i *in* ei *corr. m. alt.*) **S** adorei **p** modis (*alt.* i *ss. m. alt.*) **S** (*alt.* i *ss. m uet.*) **A** 22 condicio **A** 23 iis **S** his **AR**

bus uel mediocribus uel macris; temporis, cum autumno aut
etiam ingruente hieme frumenta iacimus, nam prima semen-
tis rarius serere permittit, nouissima spissius postulat; caeli,
cum aut pluuium aut siccum est, nam illud idem quod
prima sementis, hoc quod ultima desiderat. omne autem fru- 3
mentum maxime campo patente et ad solem prono aprico-
que et soluto laetatur; collis enim quamuis granum ro-
bustius aliquanto, minus tamen tritici reddit. densa creto-
saque et uliginosa humus siliginem et far adoreum non
incommode alit. hordeum nisi solutum et siccum locum
non patitur. atque illa uicibus annorum requietum agita- 4
tumque alternis et quam laetissimum uolunt aruum; hoc
nullam mediocritatem postulat, nam uel pinguissima uel
macerrima humo iacitur. illa post continuos imbris, si
necessitas exigat, quamuis adhuc limoso et madente solo
sparseris, iniuriam sustinent; hoc si lutoso conmiseris,
emoritur. siliginis autem uel tritici, si mediocriter cretosus 5
uliginosusue ager est, etiam paulo plus quam, ut prius iam
dixi, quinque modiis ad sationem opus est. at si siccus
et resolutus locus idemque uel pinguis uel exilis est, quat-
tuor, quoniam et e contrario macer tantundem seminis po-
scit, nam nisi rare conseritur, uanam et minutam spicam 6
facit. at ubi ex uno semine pluribus culmis fructificauit,
etiam ex rara segete densam facit. inter cetera quoque
non ignorare debemus quinta parte seminis amplius occu-
pari agrum consitum arbusto quam uacuum et apertum.

1 aut (*in* cũ *corr. m. rec.*) **A** 3 De nouiss (*huc usque maiusc.*) ima & prima satione *in marg. m. alt.* **S** 4 illuṭ (t *in* d *mut. m. alt.*) **S** 6 aprico que (co *in ras.*) **S** 7 quanuis **R** *plerique* robostius **As** 13 uel **g** ut̄ **t** ut (*sed* ut̄ *ualde sim.*) **A** ut **SR** uel ut **q** in **p** 15 quanuis **R** *plerique* 16 sustinent **t** *ed. Ald.* sustinet **SA** (*uel* substinet) **R** commiseris **SR** commisseris **A** 17 medriocriter (*pr.* r *exp.*) **A** 19 modis (*alt* i *ss. m. alt.*) **Sd** modis (*alt.* i *ss. m. rec.*) **A** 20 quatuor *uel* IIII **R** *aliquot* 21 quõ **SA** quom *uel* cum **R** et *om.* **bd$^{1}$ms** *uett. edd.* tantumdem **A** 23 fructificauit (*pr.* c *et* fi *postea exp.*) **S** fructiuicauit (*pr.* c *et* ui *postea exp.*) **A** fructificauit **ðbglmqt** fructicauit **acd$^{1}$kp** 24 densem (*alt.* e *exp. et* a *ss. m. uet.*) **A** 25 quinta parte **S** quintam partem **AR** occupare **klt$^{2}$**

Atque adhuc de satione autumnali loquimur; hanc enim
7 potissimam ducimus. sed est altera, cum cogit necessitas:
semenstrem uocant agricolae. ea locis praegelidis ac niuo-
sis, ubi aestas est umida et sine uaporibus, recte conmit-
titur, ceteris admodum raro respondet. quam tamen ipsam
celeriter et utique ante aequinoctium uernum conueniet
peragere; si uero locorum et caeli conditio patietur, quanto
8 maturius seuerimus, commodius proueniet. neque enim
est ullum, sicut multi crediderunt, natura trimenstre semen,
quippe idem iactum autumno melius respondet. sed sunt
nihilo minus quaedam aliis potiora, quae sustinent ueris
tepores, ut siligo et hordeum Galaticum et halicastrum
granumque fabae Marsicae. nam cetera robusta frumenta
semper ante hiemem seri debent in regionibus temperatis.

**Quem ad modum emendetur salsa et uliginosa terra**

Solet autem salsam non numquam et amaram uligi-
nem uomere terra, quae quamuis matura iam sata manante
noxio umore corrumpit et locis calentibus sine ulla stirpe
9 seminum areas reddit. eam glaebam signis adhibitis notari
conuenit, ut suo tempore uitiis eius modi medeamur; nam
ubi uel uligo uel alia quae pestis segetem enecat, ibi co-
lumbinum stercus uel, si id non est, folia cupressi conuenit
spargi et inarari. sed antiquissimum est omnem inde
umorem facto sulco deducere; aliter uana erunt praedicta
remedia. nonnulli pelle hyaenae satoriam trimodiam uestiunt

2 et est **R** *aliquot* 3 semenstrem **Ad** semestrem **Sps** semenstre **m** triticum seme͠strem **abc** triticum semestrem **gq** triticum seme͠stre **k** triticum semestre **ltüä** 4 commititur **SAR** 5 ceteros **Ad**[1]**p** 9 trimenstre **R** trimestre **SAb**[2]**sä** tremestre **eq** 10 sed *om.* **SAd**[1]**s** 12 galatium (c *s.* i *m. uet.*) **A**

Quemadmodum emendatur salsa et uliginosa terra *rubr.* **eq** Quemadmodum emendetur falsa et uliginosa terra cp̄ XIIII° *rubr.* **m** Quemadmodum salsa et uliginosa terra emendetur C. XII *maiusc.* **t** Quemadmodum salsa et uliginosa terra emendatur *rubr.* **g** 15 nunquam **R** 16 quanuis **R** *plerique* satam ante (an *s. u. in interuallo scr. m. rec.*) **A** 17 glabrentibus **gktä**[2] *uett. edd.* 18 eam glaebam *scripsi*: eam glæba **SA** eam gleba **d** ea in gleba **a** eam glebas (ut glabreta *marg.*) **s** eam glabreta **bmä** ea in glabreta **k** eam glabretas **l** ea glabreta **ce̦pqt** athibitis **A** (at *in* ad *corr. m. alt.*) **S** 20 alia quae **S** aliquæ **A** aliquę **d**[1] aliqua **R** negat **SAd**[1]**ä** 24 hræne **A** hyeme **R** *aliquot*

atque ita ex ea, cum paulum inmorata sunt semina, iaciunt
non dubitantes prouentura, quae sic sata sint. quaedam 10
etiam subterraneae pestes adultas segetes radicibus subsectis enecant; id ne fiat, remedio est aquae mixtus sucus herbae, quam rustici sedum appellant, nam hoc medicamine una nocte semina macerata iaciuntur. quidam cucumeris anguinei umorem expressum et eiusdem tritam radicem diluunt aqua similique ratione madefacta semina terrae mandant. alii hac eadem aqua uel amurga insulsa, cum coepit infestari seges, perfundunt sulcos et ita noxia animalia submouent.

**Quem ad modum ad sementem frumenta sint eligenda**

Illud deinceps praecipiendum habeo, ut demessis sege-
tibus iam in area futuro semini consulamus. nam quod 11
ait Celsus, ubi mediocris est fructus, optimam quamque spicam legere oportet separatimque ex ea semen reponere; cum rursus amplior messis prouenerit, quicquid exteretur, caphisterio expurgandum erit, et semper, quod propter magnitudinem ac pondus in imo subsederit, ad semen reseruandum. nam id plurimum prodest, quia quamuis celerius locis umidis, tamen etiam siccis frumenta degenerant, nisi
cura talis adhibetur. neque enim dubium est ex robusto 12

1 immorata **R** 2 sic (*in* sit *mut. man. uet.*) **S** siccata **Aä** sic//ata (ṣ *s rasuram postea scr.*) **d** 4 enegant (c *s.* g *m. pr. ut uid.*) **S** fiant **Sas** est *om.* (*s. u.* ẽ *adscr. m. rec.*) **A** succus **R** *aliquot* 6 cucumeri sanguine (i *s.* e *scr. m. uet.*) **S** cucumeri sanguini (e *s. ult* i *scr. m rec.*) **A** 7 mitram (*exp.* et *in in. uers.* tritam *adi. m. rec.*) **A** 11 submouent **gt** summouent **SAR**

Quemadmodum ad semẽtem frumẽta sint eligenda & qd. solum cuiq. frumẽto conueniat C. XIII *maiusc.* **t** Quemadmodum facta sementi frumenta colenda sint. cp̃ XV *rubr.* **m** Quemadmodum ad sementem frumenta sint eligenda *rubr.* **gq** *in marg.* **d** 12 habeo **SAdklst** habeto **R**

13 futura (o *s* a *m. rec*) **A** consolamus (u *s. alt.* o *m. alt.*) **SA**

14 quanque **R** *plerique* 16 quicquit (t *in* d *mut. m. uet.*) **A** ex ore-tur **R** *aliquot* 17 capisterio **R** *aliquot* expurdum (gan *ss. m. uet.*) **A**

19 quanuis **R** *aliquot* 20 degnerant (e *s.* gn *scr. m. uet.*) **A**

21 adhibetur **S** (a *s.* et *adscr. m. rec.*) **A** adhibeatur **R** robosto (u *s. alt.* o *m. alt.*) **S**

semine posse fieri non robustum; quod uero protinus ex leui natum sit, numquam robur accipere manifestum est, ideoque Vergilius cum et alia tum et hoc de seminibus praeclare sic disseruit:

> uidi lecta diu et multo spectata labore
> degenerare tamen, ni uis humana quotannis
> maxima quaeque manu legeret, sic omnia fatis
> in peius ruere ac retro sublapsa referri.

**Quem ad modum facta sementi frumenta colenda sint**

13 granum autem rutilum si, cum est diffissum, eundem colorem interiorem habet, integrum esse non dubitamus; quod extrinsecus albidum, intus etiam candidum conspicitur, leue ac uanum intellegi debet. nec nos tamquam optabilis agricolis fallat siligo, nam hoc tritici uitium est et, quamuis candore praestet, pondere tamen uincitur. uerum in umido statu caeli recte prouenit et ideo locis manantibus magis apta est. nec tamen ea longe nobis aut magna difficultate requirenda est, nam omne triticum solo uligi-
14 noso post tertiam sationem conuertitur in siliginem. proximus est his frumentis usus hordei, quod rustici hexastichum, quidam etiam cantherinum appellant, quoniam et omnia animalia, quae ruri sunt, melius quam triticum pascit et hominem salubrius quam malum triticum, nec aliud in egenis rebus magis inopiam defendit. seritur soluta siccaque terra et uel praeualida uel exili, quia constat

1 protenus (e *in* j *mut. m. rec.*) **A** protenus **d**$^1$ ex leui **SAa** exile **R** 2 nunquam **R** 3 uirgilius **R** *m. rec. in* **A** 5 *Verg. Georg. 1, 197 sqq.* 6 quodannis **SA** 9 si cum **ks**$^2$**t** sic cum *uel* siccum **SAas**$^1$ sicc//um **d**$^1$ et si cum *uel* et sicum **mgq** et siccum **bcd**$^2$**lpä** diffissum **glt** diffisum **S** diffusum **AR** 12 intelligi **R** tanquam **R** stabilis **S** (optabilis *in marg. m. rec.*) **A** 13 agricollis **S** agricolli (s *s. u. add. m. uet.*) **A** quanuis **R** *plerique* 14 Quemadmodum iacta sementi frumenta colenda sunt *post* uincitur *inscr. rubr.* **cq** *in marg.* **d** 16 ea *om.* **SAd**$^1$**s** 18 uliginosa (o *s.* a *m. rec.*) **A** 19 hexastichum **S** hexasthicum **A** exastichum **d** hexasticum *uel* exasticum **R** 20 quõ **SA** quem *uel* cum **R** 22 *post* malum triticum *alterum* pascit *inser.* **R** (*exc.* **p**); pascit *s. u. adscr. m. uet., fort. m. pr. in* **S** *uerba* et hominem *usque ad* triticum *om.* **A**, *sed in inf. marg.* & hominem sabrius (lu *ss. m. rec.*) quam malum triticum pascit *adscr. m. uet.* 23 genis (e *s. u. ante* g *adscr. m. uet.*) **A**

arua segetibus eius marcescere; propter quod pinguissimo
agro, cuius nimis uiribus noceri non possit, aut macro,
cui nihil aliud, conmittitur. altero sulco seminari debet 15
post aequinoctium media fere sementi, si laeto solo, si
gracili, maturius. iugerum quinque modios occupabit, id-
que, ubi paulum maturuerit, festinantius quam ullum aliud
frumentum demetendum erit. nam et fragili culmo et nulla
uestitum palea granum eius celeriter decidit isdemque de
causis facilius teritur quam cetera. sed cum eius messem
sustuleris, optimum est noualia pati anno cessare, si mi-
nus, stercore saturare et omne uirus, quod adhuc inest
terrae, propulsare. alterum quoque genus hordei est, quod 16
alii distichum, Galaticum nonnulli uocant, ponderis et can-
doris eximii, adeo ut tritico mixtum egregia cibaria familiae
praebeat. seritur quam pinguissimis, sed frigidis locis
circa Martium mensem; melius tamen respondet, si cle-
mentia hiemis permittit, cum seminatur circa Idus Ianua-
rias. iugerum sex modios postulat. inter frumenta etiam 17
panicum ac milium ponenda sunt, quamuis iam legumini-
bus ea contribuerim, nam multis regionibus cibariis eorum
coloni sustinentur. leuem solutamque humum desiderant
nec in sabuloso solo, sed in harena quoque proueniunt,
modo umido caelo uel riguo solo, nam siccum cretosum-
que reformidant. ante uer seri non possunt, quoniam 18
teporibus maxime laetantur, ultima tamen parte Martii
mensis commodissime terrae conmittuntur. nec inpensa

1 marcescere **gp** *m. rec. in* **A** manascere **A** manescere **S** macescere **R** 2 nimis **SAaδ** nimiis **R** 3 committitur **SAR** 7 nullum (um *exp. et* a *ss. m. alt.*) **A** 8 isdemque **SA** iisdemq; **t** hisdem **s** hisdemque *uel* his denique **R** de *om.* **SAs** 13 disthicum *uel* disticum **R** *plerique* galathicum **R** *aliquot* 16 marciũ **S** 18 modias **A** 19 panicium **s** (*alt.* i *postea exp.*) **A** quanuis **R** *aliquot* 20 ea **Sadgltü** eam **AR** 21 sustinerentur **Aä** 22 area (n *s. u. inter* e *et* a *scr. m. uet.*) **A** 24 uer seri **Sst** uerseri (*alt.* e *exp. et* a *ss. m. rec.*) **A** uersari **R** quõ **SAa** quom *uel* cum **R** 25 teporibus **gls²tü** *in marg.* **d** tẽporibus (~ *postea del.*) **S** temporibus **AR** (*sed* m *postea exp.* s) mai *ut. uid. prius scr. in* **S** 26 committuntur **SAR** impensa **SAR**

graui rationem cultoris onerant, quippe sextariis fere quattuor iugerum inplent; frequentem tamen exigunt sartionem

**De sartione De runcatione**

et runcationem, ut herbis liberentur. ea cum spicas ediderunt, prius quam semina hient aestibus, manu carpuntur, et suspensa in sole cum adsiccuerunt, reconduntur atque

19 ita reposita perennant diutius quam cetera. panis ex milio conficitur, qui ante quam refrigescat, sine fastidio potest absumi. panicum pinsitum et euolutum furfure, sed milium quoque pultem quamuis in copia maxime cum lacte non fastidiendam praebet.

**Quod solum cuique legumini conueniat**

**10** Quoniam de frumentis abunde praecepimus, de leguminibus deinceps disseremus. lupini prima ratio est, quod et minimum operarum absumit et uilissime emitur et maxime ex iis, quae seruntur, iuuat agrum. nam uineis iam emaciatis et aruis optimum stercus praebet ac uel effeto solo prouenit uel repositum in granario patitur aeuum. boues per hiemem coctum maceratumque probe alit, famem quoque, si sterilitas annorum incessit, hominibus com-

2 mode propulsat. spargitur statim ex area, atque id solum omnium leguminum non desiderat requiem in horreo, siue Septembri mense ante aequinoctium seu protinus a Kalendis Octobribus crudis noualibus ingeras, et qualiter-

1 rationem **SAδ** sationem *uel* sartionem **R** 2 implent **AR** De sartione. De runcatione *post* implent *rubr. ins.* **m** rucationem (n *s.* uc *scr. m. rec.*) **A** 4 aestibus *om.* **SAd**[1] 5 adsiccuerunt **SAs** *in marg.* **d** adsiccauerunt **abd**[1]**m** adsiccauerint **d**[2]**ä** assiccauerunt **kp** assicauerint **cgqtü** iam sicca erunt **l** recunduntur (*pr.* u *in* o *corr. m. uet.*) **S** 8 panitium **R** *aliquot* pinsitum **SAd**[1]**s** pinsatum **R** 9 quanuis **R** maxime cum lacte *om.* **S** (*in marg. add. m. rec.*) **A**

X. De leguminibus *rubr.* **q** *in marg.* **d** De satione *rubr.* **g** De leguminibus et quod solum cuique legumini conueniat C. XIIII **t** Quod solum cuiq; legumini conueniat cp̃. XVII *post* disseramus *inser. rubr.* **m** 11 Qm̃ **S** quõ **A** Quom *uel* Cum **R** abunde (h *s.* u *praescr. m. rec.*) **A** 12 disseremus **S** disseramus **AR** 13 adsumit (b *s.* d *m. rec.*) **A** adsumit **m** assumit **abl** maxume (i *s.* u *m. rec.*) **A** 14 iis **Sd** his **AR** iam *om.* **SA** 15 emaciatis **Sp** et maceatis **A** emaceatis *uel* emaceratis **R** 16 pati ur *in ras. scr.*; *antea* positũ *fuisse uid* **S** 20 in horreo *om.* **SAd**[1] 21 kl̄ **S** kalendas **A** kl̄ *uel* kl. **R** 22 octobribus **SA** octobris *uel* octob̄ **R** qualitercunq; **R** *plerique*

cumque obruas, sustinet coloni neglegentiam. teporem
tamen autumni desiderat, ut celeriter confirmetur, nam si
non ante hiemem conualuit, frigoribus adfligitur. reliquum 3
quod semini superest, in tabulatum, quo fumus peruenit,
optime reponas, quoniam si umor inuasit, uermes gignit;
qui simul atque oscilla lupinorum adederunt, reliqua pars
enasci non potest. id, ut dixi, exilem amat terram et ru-
bricam praecipue, nam cretam reformidat limosoque non 4
exit agro. iugerum decem modiis occupat. ab hoc recte
phaselus terrae mandabitur uel in uetereto uel melius pin-
gui et restibili agro, nec amplius quattuor modiis iugerum
obseretur. similis quoque ratio est pisi, quod tamen faci-
lem et solutam terram desiderat tepidumque locum et
caelum frequentis umoris. eadem mensura iugerum uel
modio minus quam phaselum licet obserere primo tempore
sementis ab aequinoctio autumnali.

Fabae pinguissimus locus uel stercoratus destinetur et 5
si ueteretum erit in ualle situm, quod a superiore parte
sucum accipit. prius autem iaciemus semina, deinde pro-
scindemus terram proscissamque in liram reuocabimus occa-
bimusque, quo altius largiore humo contegatur; nam id
plurimum refert, ut radices enatorum seminum penitus de-
mersae sint. sin autem proximae messis occupandum erit 6

1 negligentiam **R** 3 conualuit **SAad**[1]s conualuerit **R** affligitur **R** *aliquot* 4 quod (*in fine uersus; exp. et* quo *adscr m. rec.*) **A** 5 quõ **SA** quom *uel* cum **R** 6 adederunt **Sqt** ædiderunt **A** edederunt *uel* ediderunt **R** ederunt **ck** corroderunt **l** 7 id *om.* (*s u add. m. rec*) **A** elem (xi *s. u. scr. m uet.*) **A** 9 modiis **R** modis **A** (*alt.* i *ss. m. uet.*) **S** modios **cd**[2]**q** 10 terra **Aad**[1] uetereto **R** ueterio **SA**δ uetero **a** 11 quatuor *uel* IIII[or] **R** *plerique* modis (*alt.* i *ss. m. uet.*) **A** 12 obseretur **S** obseruetur **Ad**[1] obseritur **R** 13 desolutam **As** dessolutam **d**[1] 14 iugerem (*alt.* e *exp et* u *ss. m. rec.*) **A** 15 modo **S** (i *s. alt.* o *m. rec.*) **A** 16 æquinoctium (um *exp. et* o *ss. m. rec.*) **A** autumni **S** (al *ss m. rec.*) **Al** 17 Fauę **A** destinetur **S** destinatur **AR** 18 siue **SA** 19 succum **R** *aliquot* iaciemus **t** iactemus **R** alemus **SAd**[1] 20 procissamque (s *s.* oc *scr. m. rec.*) **A** in librã (b *postea eras.*) **S** 21 quo **S** quod **AR** largiore *om.* (*in marg. adscr. m rec.*) **A**

restibile, desectis stramentis quattuor et uiginti uehes ster-
coris in iugerum disponemus dissipabimusque et similiter,
cum semen crudo solo ingesserimus, inarabimus inporci-
tumque occabimus; quamuis sint, qui negent locis frigidis
oportere occari fabam, quia exstantes glaebae a gelicidiis
adhuc eam teneram uindicent et aliquem teporem frigore
7 laboranti praebeant. sunt etiam, qui putent in aruis hanc
eandem uice stercoris fungi; quod sic ego interpretor, ut
existimem non sationibus eius pinguescere humum, sed
minus hanc quam cetera semina uim terrae consumere.
nam certum habeo frumentis utiliorem agrum esse, qui
8 nihil quam qui istam spicam proximo anno tulerit. iuge-
rum agri, ut Tremelio quattuor, ut nobis uidetur, fabae sex
occupant modii, si solum pingue sit, si mediocre, paulo
amplius, eaque nec macrum nec nebulosum locum patitur,
densa tamen humo saepe commode respondet. media se-
menti pars seri et pars ultima debet, quae septimontialis
satio dicitur; tempestiua frequentius, non numquam tamen
9 sera melior est. post brumam parum recte seritur, pessime
uere; quamuis sit etiam trimestris faba, quae mense Fe-
bruario seratur, quinta parte amplius quam matura, sed
exiguas paleas nec multam siliquam facit. ueteres itaque
rusticos plerumque dicentis audio malle se maturae fabalia
10 quam fructum trimestris. sed quocumque tempore anni
seretur, opera danda erit, ut quantum destinauerimus in

1 restibite (*alt.* t *in* l *postea corr.*) **S** (*alt.* t *exp. et* l *ss. m. rec.*) **A** quatuor **R** *aliquot* 2 disperemus (er *exp. et* on *ss. m. rec.*) **A** dissipauimusque **SAam** 3 solo crudo (*transpos. sign. postea pos.*) **A** imporci- tũq; **S** inporcitumque (*alt.* i *exp. et* a *ss. m. rec.*) **A** inporcatumq; **dm** imporcatumq; *uel* importatumq; **R** 4 occupabimus **A** quanuis **R** 5 occari (up *s.* ca *scr. m. rec.*) **A** extantes **SR** 8 uicem **R** *plerique* si **R** *aliquot* 13 tremelio **SAp** tremellio **R** quatuor *uel* IIII *uel* IIII^or **R** *plerique* fauę **A** 14 modii si **gt** modiis **SAd^1ä** modiis si **cq** modios **abd^2ms** modios si **kl** 17 sultuma (i *s. alt.* u *m. rec*) **A** 18 nunquam **R** 20 quanuis **R** *plerique* faua **A** febroario **A** 23 plerunque **R** dicentes **R** *aliquot* maturae **S** (a *s.* ae *scr. m. rec*) **A** matura **R** *uett. edd.* 24 trimenstris **bdksq** trimestrem *uett. edd.* quocunque **R**

sationem, tantum quinta decima luna, si tamen ea non transcurret eo die solis radios, quod Graeci ἀπόκρουσιν uocant, si minus, quarta decima utique adhuc lunae crescente lumine spargatur, etiam si confestim totum semen operiri non poterit. nihil enim nocebitur ei nocturnis roribus aliisue ex causis, dum a pecore et auibus uindicetur.
priscis autem rusticis nec minus Vergilio prius amurga uel 11
nitro macerari eam et ita seri placuit,

laetior ut fetus siliquis fallacibus esset
et quamuis igni exiguo properata maderent.

nos quoque sic medicatam conperimus, cum ad maturitatem perducta sit, minus a curculione infestari. sed et illud, quod deinceps dicturi sumus, experti praecipimus.
silente luna fabam uellito ante lucem, deinde cum in area 12
exaruerit, confestim, prius quam luna incrementum capiat, excussam refrigeratamque in granarium conferto; sic condita a curculionibus erit innoxia, maximeque ex leguminibus ea sine iumentis teri, sine uento purgari expeditissime
sic poterit. modicus fasciculorum numerus resolutus in 13
extrema parte areae conligetur, quem per longissimum eius mediumque spatium tres uel quattuor homines promoueant pedibus et baculis furcisue contundant; deinde cum ad alteram partem areae peruenerint, in aceruum cul-

1 deci//ma **A** 2 transcurrat (*alt.* a *in* e *postea mut.*) **S** ΑΠΟΚΡΟΥCΙΝ **S** aΠΟΚΡΟΥCΙΝ **A** ἀπόκρουσιν **d** ἀποκρουσιν **s** αποκρούσιν **k** *om uac. sp. rel.* **R** *plerique* 3 deci//ma **A** luna·*post* quarta decima *inser.* **R** (*exc.* **d**[1]s) 7 uirgilio **R** amurca **R** *aliquot* 8 intro **Aä** 9 *Verg. Georg. 1, 195 sq.* laetior **SAR** grandior *codd. Verg.* siquis (li *ss. m. rec.*) **A** 10 *inter* igni *et* exiguo *ras.* **S** mader& **S** 11 comperim; **S** comperibus **A** comperimus **R** 12 curculione (*in* gurg- *mut. m. alt.*) **S** 13 praecepimus *uel* praecipiemus **R** *plerique* 14 fauã (b *s.* u *scr. m. rec.*) **A** 16 excusam **A** 17 curculionibus (*in* gurg- *mut. m. alt.*) **S** ex **SR** et **A** 18 siue (u *exp. et* n *ss. m. rec.*) **A** 19 modius **SA** 20 conligetur **SA** colligetur **acdqsä** conlocetur **m** collocetur **bgklptü** 21 quatuor **R** *aliquot* 22 furcisue **SAcgqstü** furcisq; **ä** furcillisue **abkmp** furcillis **l** contundant **R** contundat **SAk** dein **S** 23 culmo **S** (s *ss. m. rec.*) **A**

14 mos regerant. nam semina excussa in area iacebunt, superque ea paulatim eodem modo reliqui fasciculi excutientur, ac durissimae quidem acus reiectae separataeque erunt a cudentibus, minutae uero, quae de siliquis cum faba resederint, aliter secernentur. nam cum aceruos paleis granisque mixtus in unum fuerit congestus, paulatim ex eo uentilabris per longius spatium iactetur, quo pacto palea, quae leuior est, citra decidet, faba, quae longius emittitur, pura eo perueniet, quo uentilator eam iaculabitur.

15 Lentim modo semediata luna usque in duodecimam solo tenui et resoluto uel pingui, sed sicco maxime loco seri conuenit; nam in flore facile luxuria et umore corrumpitur. quae ut celeriter prodeat et ingrandescat, ante quam seritur, fimo arido permisceri debet, et cum ita quatriduo aut quinque diebus requieuerit, spargi. sationes eius duas seruamus, alteram maturam per mediam sementim,
16 seriorem alteram mense Februario. iugerum agri paulo plus quam modius occupat. ea ne curculionibus absumatur — nam etiam dum est in siliqua, exestur — curandum erit, ut cum extrita sit, in aquam dimittatur et ab inani, quae protinus innatat, separetur solida; tum in sole siccetur et radice silphi trita cum aceto adspargatur defriceturque atque ita rursus in sole siccata et mox refrigerata recondatur, si maior est modus, in horreo, si minor, in uasis oleariis salsamentariis-

1 iacebunt **R** iacebant **SAd**$^1$ 4 faua **A** resederint **SAt** reseder*u*nt **R** 5 acerbos **SA** aceruos **R** aceruus **d**$^2$ 7 longius **SAds** longum **R** iactetur **SAdqs** iacietur **t** iactentur **R** 8 est *om* (ẽ *s. u. add. m. rec.*) **A** decidet **SA** decidit **R** qu//ę **S** 10 Lentim modo semediata *scripsi* (Lentim modo a dimidiata *Schneiderus*): lenti modo semediata **SA** lentẽ modo semediata **ad**$^1$ Lentem semente media crescente **R** duodecima **SA** 11 pingius & **SAd**$^1$**s**$^1$ pinguis sed a pingui et **R** 15 quatriduo **SA**ᵹ**a** quattuor *uel* quatuor *uel* IIII **R** 17 men///e (s *s. ras. scr. m. uet.*) **A** 18 curculionibus (*in* gurg- *mut. m. alt*) **S** 19 exestur cuıãdũ **S** exestur|curam dum (*in* exstercorandum *mut. m. rec.*) **A** extercorandum **R** 21 ꝑtinus (i *in* e *postea mut.*) **S** proıenus **A** silphi **R** silpi **SAs**ä silphii *uett. edd.* 22 adspargatur **SAb** aspargatur **d**$^1$**k** aspargitur **d**$^2$ spargatur **a** adspergatur **lm** aspergatur **pst** asꝑgitur **eqä** defrıgeturque **S** atque **R** æque **SAs** aque **a** 23 recundatur (*pr.* u *in* o *postea mut.*) **S**

que; quae repleta cum confestim gypsata sunt, quandoque in usus prompserimus, integram lentim repperiemus. potest tamen etiam citra istam medicationem cineri mixta commode seruari.

Lini semen, nisi si magnus est eius in ea regione, quam 17
colis, prouentus et pretium proritat, serendum non est; agris enim praecipue noxium est. itaque pinguissimum locum et modice umidum poscit. seritur a Kalendis Octobribus in ortum Aquilae, qui est VII Idus Decembris. iugerum agri octo modiis obseritur. non nullis placet macro solo et quam spississimum semen eius conmitti, quo tenuius linum proueniat. idem etiam, si laeto solo seratur mense Februario, decem modios in iugerum iaci oportere dicunt.

Sesama, quae rigantur, maturius, quae carent umore, 18
ab aequinoctio autumnali serenda sunt in Idus Octobres. putre solum, quod Campani pullum uocant, plerumque desiderant; non deterius tamen etiam pinguibus harenis uel congesticia humo proueniunt, tantumque seminis quantum milium panicumque, interdum etiam duobus sextariis amplius in iugerum spargitur. sed hoc idem semen Ciliciae Syriaeque regionibus ipse uidi mense Iunio Iulioque conseri et per autumnum, cum permaturuit, tolli.

Cicer aut cicercula, quae piso est similis, mense Ianuario 19
aut Februario seri debet laeto loco caelo umido; quibusdam

1 gypta (sa *s.* pt *m. rec.*) **A** quandoque **S** (cũ *s. u. adscr. m. rec.*) **A** quandocunq; **R** 2 lentem **R** *aliquot* reperiemus **S** *et* **R** *aliquot* 5 si *om.* **R** (*exc.* **p**) 7 præcipue enĩ *transpos. signo* **S** 8 kalendis octobribus **SA** kt̃ (*uel* kl.) octobris (*uel* octobr.) **R** 9 id. **R** *plerique* deceƀ **S** decembris **A** decembris *uel* decenƀr **R** 10 modis (*alt.* i *s. u*) **S** (*alt.* i *ss. m. rec.*) **A** opseritur **SA** 11 spissimum **Sa** committi **SAR** tenuius *Schneiderus*: tenui ut linũ **S** tenui (e *adscr. m. rec. in fine u*) ut (*postea exp.*) linum **A** tenue linum **R** 12 seruatur **Ads** 14 sesama **bs** sesema **SAaiä** sesania **R** 15 octobres **SA** octobris *uel* octoƀr **R** 16 pullium **S** (i *exp. m. rec.*) **A** 18 congesticia **A** congestitia **SR** 21 iulioqu///e **S** 22 *uerba* et per autumnum cum permaturuit tolli *om.* **SAd$^1$s** permaturuit **gpt** permaturiunt **abm** permaturuerit **cklq** *uett. edd.* maturuerit **ä** 23 Cicer aut cicercula **SAd$^1$s** Cicercula **R**

tamen Italiae locis ante Kalendas Nouembris seritur. tres modii iugerum inplent. nec ullum legumen minus agro nocet, sed raro respondet, quoniam nec siccitates nec austros in flore sustinet; quae utraque incommoda fere
20 eo tempore anni sunt, quo deflorescit. cicer, quod arietillum uocatur, itemque alterius generis, quod Punicum, seri mense Martio toto potest caelo humido loco quam laetissimo, nam etiam id terram laedit atque ideo inprobatur a callidioribus agricolis; quod tamen si seri debeat, pridie macerandum erit, ut celerius enascatur. iugero modii tres abunde sunt.

21 Cannabis solum pingue stercoratumque et riguum uel planum atque umidum et alte subactum deposcit. in quadratum pedem seruntur grana sex eius seminis Arcturo exoriente, quod est ultimo mense Februario, circa sextum aut quintum Kalendas Martias, nec tamen usque in aequinoctium uernum, si sit pluuius caeli status, inprobe seretur.

22 Ab his leguminibus ratio est habenda napi raparumque, nam utraque rusticos inplent. magis tamen utilia rapa sunt, quia et maiore incremento proueniunt et non hominem solum, uerum etiam boues pascunt, praecipue in Gallia, ubi hiberna cibaria praedictis pecudibus id holus praebet. solum putre et solutum res utraque desiderat
23 nec densa nascitur humo. sed rapa campis et locis umidis laetantur, napus deuexam amat et siccam tenuique propiorem terram; itaque glareosis sabulosisque aruis melior

1 tamen *om.* **SA** kł nouemƀr **S** kalendas nouembris **A** kł (*uel* kl.) nouembris (*uel* nouembr.) **R** 2 modi **S** implent **SAR** 3 qũo **SA** quom *uel* cum **R** 4 incommodo (o *in* a *corr. m. pr. ut uid.*) **S** 8 inꝑbatur **S** improbatur **AR** 11 abunde (h *praescr. s. u. m. rec.*) **A** 12 stercoratũq; triguum **A** 14 *ante* grana *ras.* **S** 16 VI aut V **R** *plerique* kł martias **S** kl martias **A** kł (*uel* k. *uel* kal.) martii (*uel* mar. *uel* mart.) **R** 17 improbe **R** 19 napi **S** (or; *s.* i *m. rec.*) **A** naporum **R** raporumq **bgklpt** 20 rosticos **A** implent **AR** 23 olus **R** *plerique* 26 laetatur **S** propriorem **Asä** 27 terram itaque **SR** terramque **Ad¹s** terram atq; **cd²qt** çlariosis **S** glariosis **A**

exit, locique proprietas utriusque semen conmutat; nam-
que in alio solo rapa biennio sata conuertuntur in napum,
in alio napus raporum accipit speciem. riguis locis ut-
rumque recte ab solstitio seritur, siccis ultima parte mensis
Augusti uel prima Septembris. subactum solum pluribus
iterationibus aratri uel rastri largoque stercore satiatum
postulant; nam id plurimum refert, non solum quod me- 24
lius ea proueniunt, sed quod etiam post fructum eorum
sic tractatum etiam solum segetes opimas facit. iugerum
agri non amplius quattuor sextariis raporum seminis obse-
rendum est; quarta parte amplius napi spargendum, quia
non in uentrem latescit, sed tenuem radicem deorsum agit.

Atque haec hominum causa serenda censemus, illa
deinde pecudum pabulorum genera conplura, sicut Medi-
cam, uiciam, farraginem quoque hordeaciam et auenam,
faenum Graecum nec minus eruum et ciceram; nam cetera
neque enumerare et minus serere dignamur, excepta tamen
cytiso, de qua dicemus in iis libris, quos de generibus surcu-
lorum conscripsimus. sed ex iis, quae placent, eximia est 25
herba Medica, quod semel seritur, decem annis omnibus deinde
recte quater, interdum etiam sexiens demetitur, quod agrum
stercorat, quod omne emaciatum armentum ex ea pin-
guescit, quod aegrotanti pecori remedium est, quod iuge-
rum eius toto anno tribus equis abunde sufficit; seritur, 26
ut deinceps praecipiemus. locum, in quo Medicam pro-
ximo uere saturus es, proscindito circa Kalendas Octobris

1 commutat **SAR** 3 utrunque **R** 6 rasti **S** a *in in. u. scr. et exp. ante lac. membr., sequitur* rastri **A** saciatum (c *in* t *mut. m. pr. ut uid.*) **S** 10 quatuor **R** *aliquot* 11 napi **S** napis **AR** quia **S** q **A** qui **R** 14 complura **R** 15 uictam **Ad**[1] uitiam **R** *aliquot* hordeaceam **R** *plerique* 16 ciceram **SA** cicerculam *uel* cicerclam *uel* cicerdam **R** 17 et **SAd**[1]**s** nec **R** *om.* **bm** dignamur **SAd**[1]**s** dedignamur **R** 18 iis **d** his **SAR** 19 sulculorum (*pr.* l *in* r *mut. m. uet.*) **A** sex (x *in* d *mut.*) **S** (x *exp. et* d *ss. m. rec.*) **A** 19 iis **A** is **S** his **R** 20 seritur **R** seruntur **SA** decem **S** X **AR** 21 quattuor *uel* quatuor **R** *aliquot*

24 ius to (e *s. u. ante* i *et* to *s. u. post* to *scr. m. uet.*) **A** 25 ꝑxime (e *exp. et* o *ss. m. uet.*) **A** 26 kł octobr **S** kl̄ oc̆tob **A** kł (*uel* kl.) octobris (*uel* octobr.) **R**

et eum tota hieme putrescere sinito, deinde Kalendis Februariis diligenter iterato et lapides omnes elegito glaebasque obfringito, postea circa Martium mensem tertiato et occato. cum sic terram subegeris, in morem horti areas latas pedum denum, longas pedum quinquagenum facito, ut per semitas aqua ministrari possit aditusque utraque parte runcantibus pateat. deinde uetus stercus inicito
27 atque ita mense ultimo Aprili serito tantum, quantum ut singuli cyathi seminis locum occupent decem pedum longum et quinque latum. quod ubi feceris, ligneis rastris — id enim multum confert — statim iacta semina obruantur; nam celerrime sole aduruntur. post sationem ferro tangi locus non debet atque, ut dixi, ligneis rastris sariendus et identidem runcandus est, ne alterius generis herba inuali-
28 dam Medicam peremat. tardius messim primam eius facere oportebit, cum iam seminum aliquam partem eiecerit. postea quam uoles teneram, cum prosiluerit, deseces licet et iumentis praebeas, sed inter initia parcius, dum consuescant, ne nouitas pabuli noceat; inflat enim et multum creat sanguinem. cum secueris autem, saepius eam rigato, paucos deinde post dies, ubi coeperit fruticare, omnis alterius generis herbas eruncato. sic culta sexiens anno demeti poterit et permanebit annis decem.

29 Viciae autem duae sationes sunt: prima, qua pabuli causa circa aequinoctium autumnale serimus septem modios eius in unum iugerum, secunda, qua sex modios mense Ianuario uel etiam serius iacimus semini progenerando.

1 toto **S** kł februariis **S** kl̃ fẽb **A** kl̃ (*uel* kl) febr. (*uel* februa.) **R** 2 eligito **SAR** 3 obfringito **d** offringito **SAR** maȓt **A** 8 aprili **SAp** apri:is *uel* apri. **R** 9 decem **S** X (em *ss. m. uet.*) **A** X **R** 13 sarciendus **R** *aliquot* 14 runcundus (*alt.* u *in* a *corr. m. uet.*) **S** rucandus (n *s.* uc *scr. m. rec.*) **A** herbã **A** 15 ꝑemat **A** peremat (*alt.* e *in* ı *mut. m. alt.*) **S** perimat **R** messem **blmtä** 16 aliquam partem *post* prosiluerit *repet.* **R** (*exc.* **d**[1]s) 17 et *om.* **Ap** 18 parcius **Aklst** partius **SR** 20 rogato (*pr.* o *exp. et* i *ss. m rec.*) **A** 21 fructificare **AR** 22 sexies in anno **R** *aliquot* 23 decem **S** X^em^ **A** X **R**

24 uitiae **A** qua *Ursinus:* quã **SA** quam **R** *plerique* 25 seram; **A** septem **S** VII^em^ **A** VII **R** 27 serus (i *s.* ru *scr. m. uet.*) **A**

utraque satio potest cruda terra fieri, sed melius proscissa,
idque genus praecipue non amat rores, cum seritur. ita- 30
que post secundam diei horam uel tertiam spargendum
est, cum iam omnis umor sole uentoue detersus est, neque
amplius proici debet, quam quod eodem die possit operiri;
nam si nox incessit, quantulocumque umore, prius quam
obruatur, corrumpitur. obseruandum erit, ne ante quintam
et uicesimam lunam terrae mandetur; aliter satae fere
limacem nocere conperimus.

Farraginem in restibili stercoratissimo loco et altero 31
sulco serere conuenit. ea fit optima, cum cantherini hordei
decem modiis iugerum obseritur circa aequinoctium autum-
nale, sed inpendentibus pluuiis, ut consita rigataque imbri-
bus celeriter prodeat et confirmetur ante hiemis uiolentiam.
nam frigoribus cum alia pabula defecerunt, ea bubus cete-
risque pecudibus optime desecta praebetur, et si depascere
saepius uoles, usque in mensem Maium sufficit. quod si 32
etiam semen uoles ex ea percipere, a Kalendis Martiis
pecora depellenda et ab omni noxa defendenda est, ut
sit idonea frugibus. similis ratio auenae est, quae autumno
sata partim caeditur in faenum uel pabulum, dum adhuc
uiret, partim semini custoditur.

Faenum Graecum, quod siliquam uocant rustici, duo 33
tempora sationum habet, quorum alterum est Septembris

1 terre (*alt* e *in* a *mut.* *m.* *alt.*) **S** 2 eius *post* genus *inser.* **R** (*exc.* **d**[1]s *uett* *edd.*) 4 solo (*alt.* o *exp.* *et* e *ss.* *m.* *rec.* **A** 6 quantulocunq; **R** qua tũ locũ quę **S** quantũ locũq (n *postea exp*) **A** 8 uicesimam (c *in* ç *mut* *m.* *alt.*) **S** 9 comperimus **AR** 10 restibilis **SA** 11 sulso **SA** 12 decem **S** X^em **A** X **R** 13 impendentibus **R** 15 bobus **R** *plerique* 17 uolens (n *postea exp.*) **A** 18 kł mã· **S** kł martiis **A** kł (*uel* kl.) martiis (*uel* martii *uel* mart.) **R** 20 ratio **SA** satio **R** est **SA** *om* **R** *post* satio *ins.* **ä** quae autumno sata partim *post* est *om.* **SA** (*sed in marg* *cod.* **A** *m.* *alt.* *adscr.* qua autumno sata partim ceditur in fenum uel pabulum dũ adhuc uiret partim custoditur) quę *uel* q̃ **kmt** qua **R** 21 pabulo cum **A** 22 quae autumno sata partim (partim *in ras.* **S**) *post* uiret *inser.* **SA** partim semini cuſtoditur *om.* **SAd**[1] 23 siliqua **A** 24 quarum **Ad**[1]

mensis, cum pabuli causa seritur, isdem diebus, quibus uicia circa aequinoctium, alterum autem mensis Ianuarii ultimi uel primi Februarii, cum in semen seminatur; sed hac satione iugerum sex modiis, illa septem occupamus. utraque cruda terra non incommode fit, daturque opera, ut spisse aretur, nec tamen alte, nam si plus quattuor digitis adobrutum est semen eius, non facile prodit; propter quod non nulli prius quam serant, minimis aratris proscindunt atque ita iaciunt semina et sarculis adruunt.

34 Eruum autem laetatur loco macro nec umido, quia luxuria plerumque corrumpitur. potest autumno seri nec minus post brumam Ianuarii parte nouissima uel toto Februario, dum ante Kalendas Martias, quem mensem uniuersum negant agricolae huic legumini conuenire, quod eo tempore satum pecori sit noxium et praecipue bubus, quos pabulo suo cerebrosos reddat. quinque modiis iugerum obseritur.

35 Cicera bubus erui loco fresa datur in Hispania Baetica; quae cum suspensa mola diuisa est, paulum aqua maceratur, dum inlentescat, atque ita mixta paleis succretis pecori praebetur. sed erui duodecim librae satisfaciunt uni iugo, ciccrae sedecim. eadem hominibus non inutilis neque iniucunda est; sapori certe nihilo differt a cicercula, colore tantum discernitur, nam est obsoletior et nigro

1 isdem **S** iisdem **Ad** hisdem *uel* hiisdem **R** quibus *omissum s. u. add. m. pr. ut uid.* **S** 2 uitia **S** *et* **R** *plerique* mensis ianuarii **Aabdklmsö** mensis ianuari **S** mense ianuario **cpqt** mẽse ianuarii **ä** 3 ultimi uel primi **Asä** ultimo uel primo **d** ultimi aut primi **a** ultimo aut primo **R** *om.* **S** (*sed* ultimi uel primi *in marg. adscr. m. uet.*) februario **cpq** sem̃ **S** semen **AR** messem **d²ä** *uett. edd.* 4 hãc **A** ratione **R** *plerique et uett. edd.* sex **S** VI **AR** septem **S** VII **AR** 6 alte nam **AR** alienã **S** quatuor *uel* IIII **R** *plerique* 7 eius **SAt** enim (*uel* ·N·) **R** 8 quã erant **SA** 9 adruunt **S** adfruunt **A** adobruunt **R** 10 locro matro (t *exp. et* c *ss. m. rec.*) **A** 11 plerunq; **R** 13 kł martias **Sd** kł mařt **A** kł (*uel* kl.) martii (*uel* mart.) **R** 14 necant **A** 15 pecore **A** bobus **R** *plerique*; *item mox infra* 18 bubu | serui (*post alt.* u *in f. u. scr. et* s *in in. u. exp. m. uet.*) **A** 22 cicercle **R** *aliquot* 23 iniocunda **R** *aliquot* sapore **t** 24 est **R** et **SAä** obsolentior **Aδ**

propior. seritur primo uel altero sulco mense Martio, ita ut postulat soli laetitia, quod eadem quattuor modiis, non numquam et tribus, interdum etiam duobus ac semodio iugerum occupat.

**Quem ad modum et quot operis unumquodque frumentorum et leguminum colatur**

11 Quoniam quando quidque serendum sit persecuti sumus, nunc quem ad modum quotque operis singula eorum, quae rettulimus, colenda sint demonstrabimus. peracta sementi sequens cura est sartionis; de qua non conuenit inter auctores. quidam negant eam quicquam proficere, quod frumenti radices sarculo detegantur, aliquae etiam succidantur ac, si frigora incesserint post sartionem, gelu frumenta enecentur; satius autem esse ea tempestiue runcari et purgari. pluribus tamen sariri placet, sed neque 2 eodem modo neque isdem temporibus usque quaque fieri; nam in agris siccis et apricis, simul ac primum sartionem pati queant segetes, debere eas permota terra adobrui, ut fruticare possint. quod ipsum ante hiemem fieri oportere, deinde post hiemem iterari; in locis autem frigidis et palustribus plerumque transacta hieme sariri nec adobrui, sed plana sartione terram permoueri. multis tamen nos 3 regionibus aptam esse hiemalem sartionem conperimus, dum taxat ubi et siccitas caeli et tepores permittunt, sed nec istud ubique fieri censemus, uerum incolarum consuetudine uti. sunt enim regionum propria munera, sicut

1 uel *om.* **A** 2 quatuor *uel* IIII **R** *plerique* modiis **d²l²** modis **SAR** 3 nunquam **R**

XI. De sartione *rubr.* **cgq** *in marg.* **d** De sartione c. XV *maiusc.* **t** *post* demonstrabimus *titulum inser.*: De sarcione Capitulũ VIII *rubr.* **l** Quemadmodum et quot opis unumquodq; frumentorũ et leguminũ colatur **a** **c** XVIII *rubr.* **m** 5 quõ **SA** Quoniam **blmps** Quom *uel* Cum **R** 6 q̇dẽ admodũ **A** qđq; **S** singula eorum *omiss. s. u. adscr. m. uet.* **S** 7 rettulimus **SAä** retulimus **R** 8 rationis (*in* sationis *corr. m. alt.*, *in* sartionis *m. rec.*) **A** 9 negauit **A** eam *om.* **SA** 10 alia quae **S** 11 frigore (a *s.* e *m. rec.*) **A** incesserit (n *s.* it *m. rec.*) **A** sarcionẽ **S** 12 negentur **A** necent˜ **d¹** 14 isdem **Sa** iisdem **Ad** eisdem **ä** hisdem *uel* hiisdem **R** 17 fruticare **S** fructificare **AR** fructicare **m** fructitare **b** 20 & (*in* sed *mut. m. alt.*) **S** permoueri **S** ꝑmoueri **Ad¹s** promoueri **R** remoueri **bm** 21 comperimus **SAR** 22 duntaxat **R** *aliquot*

Aegypti et Africae, quibus agricola post sementim ante messem segetem non adtingit, quoniam caeli conditio et terrae bonitas ea est, ut uix ulla herba exeat nisi ex semine iacto, siue quia rari sunt imbres seu quia qualitas
4 humi sic se cultoribus praebet. in iis autem locis, ubi desideratur sartio, non ante sunt adtingendae segetes, etiam si caeli status permittat, quam cum sata sulcos contexerint. triticumque et adorium, cum quattuor fibras habere coeperint, hordeum, cum quinque, faba et cetera legumina, cum quattuor digitis a terra exstiterint, recte sarientur, excepto tamen lupino, cuius semini contraria est sartio, quoniam unam radicem habet, quae siue ferro succisa est seu uulnerata, totus frutex emoritur.
5 quod etiam si non fieret, superuacuus tamen erat cultus, cum sola haec res adeo non infestetur herbis, ut ipsa herbas peremat. at quae aliae segetes uel umidae moueri possunt, melius tamen siccae sariuntur, quia sic tractatae non infestantur rubigine; hordeum uero nisi siccissimum
6 tangi non debet. fabam multi ne sariendam quidem putant, quod et manibus, cum maturuerit, ducta secernatur a cetera runca et internatae herbae faeno reseruentur. cuius opinionis etiam Cornelius Celsus est, qui inter ceteras dotes eius leguminis hanc quoque enumerat, quod sublata faba faenum ex eodem loco secari posse dicat. sed mihi

1 agricola **SAd¹s** agricolatio **R** sementim **SAabms** sementem **R** 2 messem **R** messe **SA** messim **d¹** adtingit **A** attingit **SR** 5 iis **d¹** is **S** his **R** 6 sarcio **A** attingendae **SR** attingenda **A** 7 permittat **Sp** permittit **AR** 8 adoreum **R** *plerique* quatuor *uel* IIII **R** *aliquot hic et mox infra* 10 extiterint **AR** 12 sarcia (o *s. alt.* a *m. rec.*) **A** quō **S** qm̃ **A** quom *uel* cum **R** 13 ferre (o *s. alt.* e *m. rec.*) **A** seuulnerata (v *s. u. inter* e *et* u *scr. m. alt.*) **S** 14 & si **S** superuacuis **S** erat **SA** erit **R** esset **ac** 16 peremat (e *in* ı *mut. m. alt.*) **S** perebat (b *exp. et* m *ss. m. rec.*) **A** at quae *distinxi*: atque *uel* atq; **SAR** alie *uel* alię **R** alia **S** alias **Aa** emoueri **R** *plerique* quia **S** q **A** quoniam *uel* qm̃ *uel* quom **R** 18 robigine (u *s.* o *m. rec.*) **A** sicissimum **A** 21 runca **S** (tione *ss. m. rec.*) **A** runcatione **R** in (*in fine u.* ter *adscr. m. rec.*) **A** 23 totes (*pr.* t *exp. et* d *ss. m. uet.*) **A** eius *om.* **R** 24 faua **A** messe *uel* inesse *post* faba *inser.* **R** *om.* **SAs**

uidetur pessimi agricolae conmittere, ut satis herba proue-
niat; frugibus enim plurimum detrahitur, si relinquitur
runca. neque est rustici prudentis magis pabulis studere 7
pecudum quam cibis hominum, cum praesertim liceat illa
quoque cultu pratorum consequi; adeoque fabam sariendam
censeo, ut existimem debere etiam ter sariri. nam sic
cultam conperimus non solum multiplicare fructum, sed
et exiguam portionem in ualuulis habere fresaeque eius et
expurgatae modium paene tam plenum esse quam integrae,
quoniam uix minuatur mensura detractis putaminibus. at- 8
que in totum, sicut ante iam diximus, hiberna sartio plu-
rimum iuuat diebus serenis ac siccis post brumam con-
fectam mense Ianuario, si gelicidia non sint. ea porro sic
debet fieri, ne radices satorum laedantur et ut potius ado-
bruantur cumulisque exaggerentur, ut latius se frutex culmi
diffundat. id prima sartione fecisse proderit, secunda
oberit, quia cum pullulare desit frumentum, putrescit, si
adrutum est. nihil itaque amplius in iteratione quam 9
remoliri terra debet aequaliter, eamque transacto aequinoctio
uerno statim peragi oportet intra dies uiginti, ante quam
seges in articulum eat, quoniam serius sarta corrumpitur
insequentibus aestiuis siccitatibus et caloribus. subiungenda
deinde est sartioni runcatio curandumque, ne florentem
segetem tangamus, sed aut ante aut mox cum defloruerit.
omne autem frumentum et hordeum, quicquid denique non 10
duplici semine est, spicam a tertio ad quartum nodum
emittit et, cum totam edidit, octo diebus deflorescit ac
deinde grandescit diebus quadraginta, quibus post florem

1 pessimi agricolę R pessime agricola SAsä committere SAR 3 runca SA runcatio R enim *post* neque *inser.* R 5 fauā A 6 sari S 7 cōperimus A comperimus SR 8 et *om.* AR partionem (a *postea in* o *mut.*) A inuualuulis A fressęque S 10 quō SA quoniam **ap** quom *uel* cum R 11 sarcio Ad 12 iuuet A 15 exagerentur ä[1] exaggerantur SAR culmi SAd[1] humi R 17 obierit A pullulare t pululare R populare s paululū SA paulum a desiit R 18 adobrutum R 20 uiginti Sd xxti A XX R 21 eant R *aliquot* 22 *post* caloribus *tit.* Runcandi ratio *rubr. inser.* I De runcatione c. XVI *maiusc.* t subiugenda A 24 antea R *plerique* 25 quidquid S

ad maturitatem uenit. rursus quae duplici semine sunt, ut faba, pisum, lenticula, diebus quadraginta florent simulque grandescunt.

**Pro modo cuiusque agri quot operae desiderentur**

12 Et ut iam percenseamus, quot operis in aream perducantur ea, quae terrae credidimus, tritici modii quattuor uel quinque bubulcorum operas occupant quattuor, occatoris unam, sartoris duas primum et unam cum iterum sariuntur, runcatoris unam, messoris unam et dimidiam; in totum summam operarum decem et dimidiam. siliginis modii quinque totidem operas desiderant. seminis modii nouem uel decem totidem operas quot tritici modii quinque postu-
2 lant. hordei modii quinque bubulci operas tres exigunt, occatoriam unam, sartoriam unam et dimidiam, messoriam unam: summam operarum sex et dimidiam. fabae modii quattuor uel sex in uetereto duas operas bubulcorum detinent, at in restibili unam, occantur sesquiopera, sariuntur sesquiopera et una opera iterum, tertium sariuntur una opera,
3 metuntur una: summa fit operarum octo uel septem. uiciae modii sex uel septem in uetereto bubulcorum duas operas uolunt, in restibili unam, item occantur una opera, metuntur una: summa fit operarum quattuor. erui modii quinque totidem operis conseruntur, occantur una, item singulis sariuntur, runcantur, metuntur; quae cuncta sex operas

2 faua **A** XL ta **A**

XII Quemadmodum quot opis iugerum quotq; frumentorum et leguminum colatur pro modo cuiusq; agri (apte **d**) quot per ea desiderentur (dederent **d**) *rubr.* **gq** *in marg.* **d** Quemadmodũ & quot op̄is unũ quodq; frumentor; (*huc usque maiusc.*) & leguminum colatur C. XVII **t** Pro modo cuiusq; agri quod op̄e desiderentur cp̄ XVIIII° *rubr. mox infra post* credidimus *inser.* **m** 4 qđ **SA** 5 quatuor *uel* IIII **R** *plerique h. l. et sequ.*
6 eperas (*pr.* e *exp. et* o *ss. m. rec.*) **A** 9 m̊ **S** modii **A** modii *uel* M̊ **R** nouem quinque **A** 10 Seminis **Sp** si seminis **AR** sesamii *uett. edd.*
11 quot **R** qđ **SA** m̄ **S** mo (dii *ss. m. rec.*) **A** modii **R** 14 fauae **A** 15 ueteretos (s *postea exp.*) **A** 16 at **SAds** ac **R** sesq; opera **SAp** sesquiop̄a **dt** sex qui opera **R** sex una opera **s** 17 sariuntur sesquiopera et una opera *scripsi*: sariuntur sex una opera **R** *om.* **SAds** sariuntur sesquiopera **t** tertium *addidi*: *om.* **SAR** 19 modi **S** (i *adscr. s. u. m. rec.*) **A** VII **A** *et* **R** *aliquot* 21 modi **S** (*ult.* i *adscr. m. uet.*) **A** 23 satiuntur **A**

occupant. siliquae modii sex uel septem totidem operis
obruuntur, metuntur una. phaseoli modii quattuor obruun-
tur totidem operis, occantur una, metuntur una. cicerae 4
uel cicerculae modii quattuor operas bubulcorum tres
postulant, occantur una opera, runcantur una, uelluntur
una: summa fit sex operarum. lentis sesquimodius totidem
operis obruitur, occatur una, saritur duabus, runcatur una,
uellitur una: summa fit operarum octo. lupini modii decem
obruuntur una, occantur una, metuntur una. milii sextarii
quattuor totidemque panici bubulcorum operas occupant
quattuor, occantur operis tribus, sariuntur tribus; quot operis
carpantur, incertum est. ciceris modii tres operis totidem se- 5
minantur, occantur duabus, sariuntur una, runcantur una, uel-
luntur tribus: summa fit undecim operarum. lini decem modii
uel octo quattuor iugis conseruntur, occantur tribus, run-
cantur una, uelluntur tribus: summa fit undecim operarum.
sesami sextarii sex tribus iugis a proscissione tolluntur,
occantur operis quattuor, sariuntur quattuor et sariuntur
iterum duabus, metuntur duabus: summa fit operarum
quindecim. cannabis seritur, ut supra docuimus, sed in- 6
certum est, quantam inpensam curamque desideret. at Me-
dica obruitur non aratro, sed, ut dixi, ligneis rastellis.
Iugerum agri eius occant duo, sarit unus, metit unus.
hac consummatione operarum conligitur posse agrum ducen- 7

1 *post* occupant *uerba* desiderant totidem *inser.* **R** modi **S** VII **A** *et* **R** *aliquot* 2 phasseoli **d** passeoli **A** (h *s.* pa *scr. m. uet.*) **S** phaseli *uel* phasseli *uel* faseli **R** modi **S** 4 modi **S** 5 occantur una opa runcantur una **dā** occantur opera una runcantur una **R** occantur opera runcantur una **A** occantur una **S** una a 6 VI **A** 7 operis **SAd**[1]**ā** operas **R** obruitur *add. Maduigius: om.* **SAd**[1] desiderat *inculc.* **R**

11 qđ **SA** 17 sesam///isextarii **A** tolluntur **SAd** colluntur q coluntur **R** 18 *post* occantur *uerba* tribus runcantur una uelluntur tribus sūma fit *c. uu.* 15 *sq. repetita inculc.* **SAds** 20 XV **S** sup (ra *ss. m. rec.*) **A** 21 impensam **R** 22 atro **S** (ra *ss. m. rec.*) **A** set (d *s.* t *m. rec.*) **A** 23 iuge reum age//is (is *in ras.*) **S** iugereum agenis (i *s.* g *scr. m. rec.*) **A** occant duo **SA** occantur duabus **R** sarit unus **SAd**[1] sarit una **R** metit unus **SAd** metit una **R** 24 hæc **SA** colligitur **SAR**

torum iugerum subigi duobus iugis bouum totidemque bubulcis et sex mediastinis, si tamen uacet arboribus. at ubi sit arbustum, tamen eundem modum Saserna tribus hominibus adiectis adseuerat probe satis excoli. quae nos ratio docet sufficere posse iugum bouum tritici centum uiginti quinque modiis totidemque leguminum, ut sit in assem autumnalis satio modiorum ducentorum quinquaginta et posthac nihilo minus conserantur trimenstrium
8 modii quinque et septuaginta. hoc deinde sic probatur. semina, quae quarto sulco seruntur in iugeribus uiginti quinque, desiderant bubulcorum operas centum decem et quinque; nam proscinditur is agri modus, quamuis durissimi, quinquaginta operis, iteratur quinque et uiginti, tertiatur et conseritur quadraginta. cetera legumina occupant operas sexaginta, id est menses duos. pluuiales quoque et feriarum conputantur, quibus non aratur, dies quinque et quadraginta, item peracta sementi, quibus requiescunt, dies triginta. sic in asse fiunt octo menses et dies decem. supersunt tamen de anno tres reliqui menses et dies quinque et uiginti, quos absumamus aut in satione trimenstrium aut in uecturis faeni et pabulorum et stercoris aliorumque utensilium.

13 Sed ex iis, quae rettuli, seminibus idem Saserna putat

1 bouum **SAq** boum **R** 2 arborius **S** at **bt** aut **SAR** 3 tamen *om.* **SAd**[1]**s** spaserna **SA** 4 asseuerat **R** *aliquot* 5 bouũ **S** bouum **qs** bouom **A** boum **R** triti **SA** 6 sil **A** 7 satiq; **SA** 8 posthac **S** posthāc **A** post hęc (*uel* hec) **R** conserantur **p** conseran **S** conserant **AR** trimens trium **S** trimenstrium **ds** trimeastriũ **ä** trimestrium **A** trimestrium *uel* trimestrum **R** 10 quanto **S** (r *s.* n *m. rec.*) **A** serantur **SA** 11 desirant (de *ss. m. alt.*) **S** (de *ss. m. rec.*) **A** centum decẽ & quinq. **S** CX & quinque **AR** 12 modis **A** quanuis **R** *plerique* 15 opes **S** (ra *ss. m. rec.*) **A** 16 computantur **R** quibus non aratur *om.* **SAd** (*in marg. add.* **d** *et m. rec. in* **A**) 17 XL ta **A** 18 triginta **A** XXX **S** XXX^ta **a** XXX *uel* triginta **R** octo menses fiunt *transpos. sign. postea pos.* **A** 19 relique (*alt.* e *postea in* ȷ *mut.*) **S** 20 absumimus **R** *plerique* satine (o *ut uid. ss.*) **S** trimenstrium **Sacdqs** trimestrium (n *s.* es *scr. m. rec.*) **A** trimestrium **R** 21 fentet (i *s. pr.* t *m. rec.*) **A**

XIII. Que legumina agris prosint quęq; noceant cp̃ XX *rubr.* **m** Quę legumina prosint agris (*transpos. sign.*) q̃q; noceāt *rubr.* **q** que legumina agris prosint queq; noceant C. XVIII *mai.* **t** Que legumina agris prosĩt *in marg.* **d** 22 his **A** his *uel* hijs **R** retuli **R** *plerique* sementibus **Al** putet **A**

**Quae legumina agris prosint quaeque noceant**

aliis stercorari et iuuari agros, aliis rursus peruri et emaciari; stercorari lupino, faba, uicia, eruilia, lenti, cicercula, piso. de lupino nihil dubito atque etiam de pabulari uicia, si tamen eam uiridem desectam confestim aratrum subsequatur et, quod falx reliquerit, prius quam inarescat, uomis rescindat atque obruat; id enim cedit pro stercore.
nam si radices eius desecto pabulo relictae inaruerunt, 2
sucum omnem solo auferent uimque terrae absument, quod etiam in faba ceterisque leguminibus, quibus terra gliscere uidetur, ueri simile est accidere, ut nisi protinus sublata messe eorum proscinditur, nihil iis segetibus, quae deinceps
in eo loco seminari debent. profuturum sit. ac de iis quo- 3
que leguminibus, quae uelluntur, Tremelius obesse ait maxime solo uirus ciceris et lini, alterum quia sit salsae, alterum quia sit feruidae naturae, quod etiam Vergilius significat dicendo:

> urit enim lini campum seges, urit auenae,
> urunt Lethaeo perfusa papauera somno.

neque enim dubium, quin et his seminibus infestetur ager sicut et milio et panico. sed omni solo, quod praedictorum leguminum segetibus fatiscit, una praesens medicina est, ut stercore adiuues et absumptas uires hoc uelut pabulo
refoueas, nec tantum propter semina, quae sulcis aratri 4

1 aliis stercorari **SA** alii (*uel* ali) et stercorari (*uel* exstercorari) **R** ali *uel* alii **R** *aliquot* 2 uitia **St** eruilia **SA** eruo **R** et uolia s eruo eruilia **ä** lente **clpt** 4 despectã (p *exp.*) **A** 5 falae (*s.* ae *primum* r, *deinde* x *scr. m. rec.*) **A** macrescat *uel* marcescat **R** *plerique* 7 nisi **As** relicta|et (et *exp. et* e *s.* ta *scr. m. uet.*) **A** inaruerint **R** 8 adsument **A** assument **R** *aliquot* 9 faua **A** 10 uel simile **SA** 11 messes **SA** iis **Sd** is **A** his *uel* hiis **R** segetis **A** 12 iis **S** his **A** his *uel* hiis **R** 13 belluntur **A** (b *in* v *corr. m. alt.*) **S** tremelius **Sp** tremellius **AR** obes ne **A** 14 maxime ait **R** uirtus **A** salse **R** densae **S** dens (e *ss. m. rec.*) **A** 15 *uerba* alterum quia — auenae urunt *om.* **A** *duorum uersuum spat. uac. rel.* sit *om.* **S** uirgilius **R** 17 *Verg. Georg. 1, 77 sq.* 18 u///runt **S** letiteo (it *in* h *corr. m. alt.*) **S** (eti *exp. et* æ *ss. m. rec.*) **A** praeapac (*exp. et* papauera *postea ss.*) **SA** 22 adsumptas **SA** 23 rebeas **S** (b *exp. et* fou *ss. m. rec.*) **A**

committuntur, uerum etiam propter arbores ac uirgulta, quae maiorem in modum laetantur eius modi alimento. quare si est, ut uidetur, agricolis utilissimum, diligentius de eo dicendum existimo, cum priscis auctoribus quamuis non omissa res leui tamen admodum cura sit prodita.

**De generibus stercoris**

14 Tria igitur genera stercoris sunt praecipue, quod ex auibus, quod ex hominibus, quod ex pecudibus confit. auium primum habetur, quod ex columbariis egeritur, deinde, quod gallinae ceteraeque uolucres edunt, exceptis tamen palustribus aut nantibus, ut anetis et anseris; nam id noxium quoque est. maxime tamen columbinum probamus, quod modice sparsum terram fermentare conperimus,
2 secundum deinde, quod homines faciunt, si et aliis uillae purgamentis inmisceatur, quoniam per se naturae est feruentioris et idcirco terram perurit. aptior est tamen surculis hominis urina, quam sex mensibus passus ueterescere si uitibus aut pomorum arboribus adhibeas, nullo alio magis fructus exuberat, nec solum ea res maiorem faciet prouentum, sed etiam saporem et odorem uini pomorumque reddit meliorem.
3 potest et uetus amurga, quae salem non habet, permixta huic commode frugiferas arbores et

1 committuntur **SAR** ag (g *exp. et* c *ss. m. pr.*) **S** 3 utilissimũ s utilissimã **SA** utilissimam (m *postea del.*) **d** utilissima **R** 4 quanuis **R** *plerique* 5 non omnes sares **SA** cũ sit **SA**

XIV. De generibus stercoris *rubr.* **q** (*add.* cp̄ XXI) *rubr.* **m** (*praemisso* XXI) *in marg. rubr.* s Stercorum gña & stercorandi modos *rubr.* **l**

6 stercoris genera **R** pręcipua **cd²q** 7 auimus (m *exp. et* b *ss. m. rec.*) **A** omnibus (h *ante* o *et* i *inter* m *et* n *ss. m. rec.*) **A** 8 auitin **A** 10 plaustribus (*corr. m. rec.*) **A** ut **SR** aut **Aa** anetis **A** //netis (*in ras. antea* i *scr. ut uid.*; *post in ras. m. alt. scr.* A) **S** anatis **R** nam ///id **S** namdid (*pr.* d *exp.*) **A** 11 tñ **A** tamen **R** au ẽ **Sp** 12 terrem (a *s. alt.* e *m. rec.*) **A** cõperimus **SA** comperimus **R** 14 immisceatur **R** quõ **SA** quom *uel* cum **R** per se *om.* **SAR** feruenti///naturae est (us *in ras. scr. m. alt.*) **S** feruentio nature ÷ **A** 15 iccirco **R** *aliquot* 16 passas **cdq**[1] passam **ks** 17 bitib; (b *eras. et* u *in ras. scr. m. alt.*) **S** (b *exp. et* u *ss. m. rec.*) **A** 18 facit **cd²kqä** 19 adorem **A** uini **R** uitis **SA** 20 uetus//// (*etiam* s *in ras.*) **S** ueter **A** qua (a *in* æ *corr.*) **S** 21 no auet **S**

praecipue oleas rigare, nam per se quoque adhibita multum iuuat. sed usus utriusque maxime per hiemem est et adhuc uere ante aestiuos uapores, dum etiam uites et arbores ablaqueatae sunt. tertium locum optinet pecudum 4
stercus, atque in eo quoque discrimen est, nam optimum existimatur, quod asinus facit, quia id animal lentissime mandit ideoque facilius concoquit et bene confectum atque idoneum protinus aruo fimum reddit. post haec, quae diximus, ouillum et ab hoc caprinum est, mox ceterorum iumentorum armentorumque, deterrimum ex omnibus suillum habetur; quin etiam satis proficit cineris et fauillae. 5
frutex uero lupini succisus optimi sterceris uim praebet. nec ignoro quoddam esse ruris genus, in quo neque pecora neque auis haberi possint; at tamen inertis est rustici eo quoque loco defici stercore. licet enim quamlibet frondem, 6
licet e uepribus et e uiis conpitisque congesta conligere, licet felicem sine iniuria uicini, etiam cum officio decidere et permiscere cum purgamentis cohortis, licet depressa fossa, qualem stercori reponendo primo uolumine fieri praecepimus, cinerem caenumque cloacarum et culmos

1 adibita (h *s.* di *scr. m. alt.*) S 3 æstiuus (*alt.* u *in* o *mut. m. alt.*) pores S aestiuus tempores A uites (e *in ras.*) est (s *exp.*) S est (s *exp.*) S 4 ablaquaeatæ (*alt.* a *del. et* æ *in ras.*) S ablaquæta (a *s.* æt *ss. m. uet.*) A ablaq; ate ä oblaqueatę R obtinet R 5 optumum R *aliquot* 6 quia S q̄ A q̃ c q̃m **bklmä** quoniam **adpqs** it (t *in* d *postea corr.*) S 7 mandidit (*pr.* di *postea exp.*) S mandat A id ideoque A & pæne Sp 8 *uerba* quae diximus ouillum et ab hoc caprinum *om.* SA quae *uel* que R quidem **cqä** 9 ceterũ dũ in iumtorũ S ceterũ dum In iumentorum A 10 uillum (s *ss. m. rec.*) A 11 habetur R (a *s.* et *scr. m. rec.*) A habeat͂ (*s.* e *ras.*) S proficit *scripsi*: profuit R ꝑdicit[2] S ꝑdicit A fabillę S 12 sterceris (*ante* s *ras.*) S stercoris AR 13 pecura (o *s.* u *scr. m. rec.*) A 14 habes (h *exp. et* b *in* v *mut. m. alt.*) S aberi (h *ss. m. alt.*) S possint R possent SAd[1] at R ac SA 15 eo stercore (eo *exp.*) A /// stercore S 16 uerprib; (r *exp. et s.* p *ras.*) S uerpribus A et e uiis *om.* R compitisq; *ed. Ald.*: conpitiq. A (i *in* e *mut. m. alt.*) S compitibusq; R colligere SAR 17 felicē (*pr.* e *in* i *mut. m. alt.*) S felicem Aap[1]ä filicem R 19 fossa *om.* SA (*in marg. add. m. rec. in* A) primo lumine S (uo *inter duo uerba ss. m. rec.*) A 20 praecipimus A

ceteraque, quae euerruntur, in unum congerere. sed eodem medio loco robustam materiem defigere conuenit, namque
7 ea res serpentem noxiam latere in stercore prohibet. haec ubi uiduus pecudibus ager. nam ubi greges quadrupedum uersantur, quaedam cottidie, ut culina et caprile, quaedam pluuiis diebus, ut bubilia et ouilia, debent emundari. ac si tantum frumentarius ager est, nihil refert genera sterceris separare; sin autem surculo et segetibus atque etiam pratis fundus est dispositus, generatim quoque reponendum est, sicut caprarum et auium. reliqua deinde in praedictum locum concauom egerenda et adsiduo humore satianda sunt, ut herbarum semina culmis ceterisque rebus inmixta
8 putrescant. aestiuis deinde mensibus non aliter ac si repastines, totum stercilinum rastris permisceri oportet, quo facilius putrescat et sit aruis idoneum. parum autem diligentis existimo esse agricolas, apud quos minores singulae pecudes trigenis diebus minus quam singulas itemque maiores denas uehes stercoris efficiunt totidemque singuli homines, qui non solum ea purgamenta, quae ipsi corporibus edunt, sed et quae colluuies cohortis et aedificii cotidie gignit, contrahere et congerere possunt. illud quoque praecipien-

1 euerrunt **SA** congere **SAs** 2 deficere **A** (c *in* ç *mut. m. alt.*) **S** 3 latere *om.* **A** 4 quadripedum **SA** 5 quotidie **R** caprile **klp** *in marg.* **d** cȩrilȩ **S** cærile **A** cȩsale *uel* cesale **R** 6 diebus ut **R** salentibus **SA** diebus **d**$^{1}$ obilia **A** (b *in* v *corr. m. alt.*) **S** debet **SA** 7 stereeris **S** (o *s. alt.* e *postea scr.*) **A** stercoris **R** 8 separari **R** 9 prætis **S** (a *s.* æ *scr. m. rec.*) **A** 10 & sit ut **S** et sit ut (s *s.* et *et* c *s.* it *m. rec.*) **A** 11 concabom **SA** concaboum **d**$^{1}$ concauum **R** egerenda **R** erigenda **SAd**$^{1}$**s**$^{1}$ eriganda **ä** assiduo humore **R** adsiboum mores **S** adsiboum (duo *s.* ib *scr. m. rec.*) more **A** 12 inmixta **R** 13 alter (i *ss. m. alt.*) **S** *om.* **A** 14 stercilinum **bmq** sterquilinum **l** stercilini nũ **S** istercilinum **A** stercilinium **R** arstris **A** (ar *in* ra *corr. m. alt.*) **S** quod **A** 15 arus **S** 16 aput (t *in* d *postea mut.*) **S** 17 tricenis **R** 18 dena **SA** *post* dena *uerba* repositum annum requieuerit (requiuerit *postea* e *ss.* **S**) segetibus esse *inculc.* **SA** (*cfr infra p. 95 u. 1*) uestercori **S** uerstercori **A** 19 illi **SA** 20 colliopes **S** (uuies *ss. m. rec.*) **A** cotidie **A** cotidie cotidie **S** quotidie **R** *plerique* 21 contraitere **SA** Quibus temporibus agri proscindendi sunt *post* possunt *inser. rubr.* **q** *in marg.* **d** illut (t *in* d *postea mut.*) **S**

dum habeo, stercus omne, quod tempestiue repositum anno requieuerit, segetibus esse maxime utile, nam et uires adhuc solidas habet et herbas non creat; quanto autem uetustius sit, minus prodesse, quoniam minus ualeat. itaque pratis quam recentissimum debere inici, quod plus herbarum progeneret, idque mense Februario luna crescente fieri oportere, nam ea quoque res aliquantum faeni fructum adiuuat. de cetero usu sterceris, qualis in quaque re debeat esse, tum dicemus, cum singula persequemur.

**15** **Quibus temporibus agri stercorandi sint**

Interim qui frumentis arua praeparare uolet, si autumno sementem facturus est, mense Septembri, si uere, qualibet hiemis parte modicos aceruos luna decrescente disponat, ita ut plani loci iugerum duodeuiginti, cliuosi quattuor et uiginti uehes stercoris teneant, et ut paulo prius dixi, non antea dissupet cumulos, quam erit saturus. si tamen aliqua 2 causa eum tempestiuam stercorationem facere prohibuerit, secunda ratio est, ante quam sariat, more seminantis ex auiariis puluerem stercoris per segetem spargere, si et is non erit, caprinum manu iacere atque ita terram sarculis permiscere; ea res laetas segetes reddit. nec ignorare colonos oportere reor, sicuti refrigescere agrum, qui non ster-

1 habeo **R** ueo **SA** *uerba* repositum — esse *om.* **SA** (*cfr supra ad pag. 94 u. 18*) 2 est **R** *aliquot* et *om.* **SA** 3 sotidas **SA** itabet **A** (it *eras. et* h *in ras. scr. m. alt.*) **S** 4 sit **R** sed **SA** quō̃ **SA** quam **d**[1] quo **a** quom *uel* cum **R** 6 crescene (t *s.* ne *man. rec.*) **A** 7 ea **R** & **S** et (a *s.* t *scr. m. rec.*) **A** res *om.* **SA** 8 usus **R** *plerique* stercoris **AR** 9 cū̃ **A** (c *in* t *corr. m. uet.*) **S**

XV. Quibus temporibus agri stercorandi sint. cp̄ XXII *rubr.* **m** XXII. Quib; temporib; agri stercorādi sunt *in marg. rubr.* **s** 11 septembrii **A** uero **R** *aliquot* q²libet s qlibet **A** 12 disputat **SA** 13 duodeuiginti **SAaä** duo et uiginti **R** 15 dissupes (i *s.* u *et* t *s. ult.* s *scr. m. rec.*) **A** dissipet **SR** arturus **SA** 16 eū̃ **SA** eum **p** *om.* **R** tempestiua ///stercorationem **S** tempestiua astercorationem **A** 17 sariat **SA** sariant **d** sarias **R** minatis **S** (se *s. u. add. m. rec.*) **A** 18 sfarcere (f *in* p *et* c *in* ç *postea mut.*) **S** si et is *uett. edd.*: si et his **R** spetis **SA** 19 nouerit **A** manu iacere **SR** nū̃ tangere **A** ae. res (h *s. u. ante* ae *scr. m. alt.; supra* r *ras.*) **S** æ res (h *ss. m. rec.*) **A** 21 oportere **AR** (reor *s.* re *scr. m. alt.*) **S** oportet *uett. edd.*

coretur, ita peruri, si nimium sterceretur, magisque conducere agricolae frequenter id potius quam inmodice facere.
3 nec dubium, quin aquosus ager maiorem eius copiam, siccus minorem desideret, alter quod adsiduis umoribus rigens hoc adhibito regelatur, alter quod per se tepens siccitatibus hoc adsumpto largioribus torretur, propter quod
4 nec deesse ei talem materiem nec superesse oportet. si tamen nullum genus stercoris suppetet, et multum proderit fecisse, quod Marcum Columellam patruum meum, doctissimum et diligentissimum agricolam, saepe numero usurpasse memoria repeto, ut sabulosis locis cretam ingereret, cretosis ac nimium densis sabulum atque ita non solum segetes laetas excitaret, uerum etiam pulcherrimas uineas
5 efficeret. nam idem negabat stercus uitibus ingerendum, quod saporem uini corrumperet, melioremque censebat esse materiam uindemiis exuberandis congesticiam uel de uepribus uel denique aliam quamlibet arcessitam et aduectam humum. iam uero et ego reor, si deficiatur omnibus rebus agricola, lupini certe praesidium expeditissimum non deesse; quod cum exili loco circa Idus Septembris sparserit et inarauerit idque tempestiue uomere uel ligone succi-
6 derit, uim optimae stercorationis exhibebit. succidi autem lupinum sabulosis locis oportet, cum secundum florem,

1 stergeretur **A** (ge *exp. et* co *ss. m. alt.*) **S** stercoretur **R** 2 adgricolę (d *exp. m. alt.*) **S** adgricolae (d *postea exp.*) **A** inmodice **SAR** 3 nubium **A** niuium (*an* nuuem? *in* dubium *mut. m. alt.*) **S** 4 asuis **SA** assiduis **R** 5 adibito **A** 6 ad hoc **SA** assumpto **R** *plerique* largiore **R** tolleretur **SA** 7 materiam **R** *plerique* 8 genus *in. ras. scr.* **S** et *om.* **SAcq** 9 marcũ **SA** M. **R** colomella **S** columella **A** 10 et diligentissimum *om.* **A** agricola **A** 11 pabulosis **SA** cretotis **A** (t *in* s *mut. m. alt.*) **S** 12 agnimiũ (g *exp. et* c *ss. m. uet.*) **S** 13 pulcerrimas (h *s.* c *scr. m. alt.*) **S** 14 negat **Sä** (ba *ss. m. rec.*) **A** ingere du (*lin. nasal. ss. alt.* e *ss. m. rec.*) **A** 15 censerat (r *exp.*) **A** censeat (r *s.* ea *scr. m. rec.*) **A** 16 congestigiam **SA** 17 ueprius (*sub. pr.* u *ras.*; b *s.* u *scr. m. alt.*) **S** uæprius **A** aliquãlibet **SA** aduecta **A** 18 et **aä** ut **SAR** deficiat **R** 20 exilii sola **SA** arserit **S** (sp *adscr. m. rec.*) **A** 21 inarauerĩt **q** inarauit **SAacd²kl** inaruerit **bmp** inaruĩt **ä** inaruauit **d¹** ĩarauĩ **s** succederit **A** (*pr.* e *in* i *mut. m. alt.*) **S**

lubricosis, cum tertium egerit. illic, dum tenerum est, conuertitur, ut celeriter ipsum putrescat permisceaturque gracili solo, hic iam robustius, quod solidioris glaebas diutius sustineat et suspendat, ut eae solibus aestiuis uaporatae resoluantur.

Atque haec arator exsequi poterit, si non solum, quae 16 **Quem ad modum ex aruo prata fiant**
rettuli genera pabulorum prouiderit, uerum etiam copiam
faeni, quo melius armenta tueatur, sine quibus terram
commode moliri difficile est, et ideo necessarius ei cultus
est etiam prati, cui ueteres Romani primas in agricolatione
tribuerunt, nomen quoque indiderunt ab eo, quod proti- 2
nus esset paratum nec magnum laborem desideraret. Mar-
cus quidem Porcius et illa conmemorauit, quod nec tempe-
statibus adfligeretur ut aliae partes ruris minimeque sumptus
egens per omnis annos praeberet reditum neque eum
simplicem, cum etiam in pabulo non minus redderet quam
in faeno. eius igitur animaduertimus duo genera, quorum 3
alterum est siccaneum, alterum riguum. laeto pinguique
campo non desideratur influens riuos, meliusque habetur
faenum, quod suapte natura sucoso gignitur solo, quam
quod inrigatum aquis elicitur; quae tamen sunt necessariae,
si macies terrae postulat. nam et in densa et resoluta
humo, quamuis exili, pratum fieri potest, cum facultas
inrigandi datur, ac nec campus concauae positionis esse

1 rubricosis **R** egerit florem **R** 2 permisceatur (q; *ss. m. rec.*) **A** 3 quo **Sp** 4 eae **d** ae **S** æ **A** ee *uel* ea e *uel* he **R** uapora atere soluant? **A** XVI. Quem ad modum ex aruo prata fiunt cp̄ XXIII *rubr.* **m** Quemadmodum ex aruo prata fiant *rubr.* **q** (*add.* XXIII) *in marg. rubr.* **s** *in marg.* **d** 6 orator (pr. o *in* a *postea mut.*) **S** exsequi **al** exequi **SAR** 7 retuli **R** *plerique* 8 tuaetu (*in* tueatur *mut. m. alt.*) **S** (a *s.* e *et* r *s.* u *scr. m. rec.*) **A** 9 cōmodeliri **A** 10 romiani (*pr.* i *postea exp.*) **A** primas *om.* **A** 12 marcus **SA** M. **R** 13 commemorauit **SAR** 14 affligeretur **R** *plerique* minimique **l** *uett. edd.* 15 egens **R** eroris **SA** 18 sincanteum **SA** ////lterũ (a *in ras. scr. m. alt.*) **S** 19 desideretur **SA** riuus **R** melius **SA** 20 suapte (suate **A**) natur aquis et eligitur *om. cett.* **SA** succoso *ed. Ald.*: suco (*uel* succo) suo **R** 21 irrigatum **l** irrigatur **R** 22 inde et resolata **S** (nsa *s.* de *et* u *s. pr.* a *scr. m. rec.*) **A** 23 quanuis **R** *plerique* exili **S** exilii **A** exile **R** patu **SA** 24 irrigandi **R** neae **SA** concaba (b *in* v *postea mut.*) **S** concaua **A**

neque collis praeruptae debet: ille ne conlectam diutius contineat aquam, hic ne statim praecipitem fundat. potest tamen mediocriter adcliuis, si aut pinguis est aut riguus
5 ager, pratum fieri. at planities maxime talis probatur, quae exigue prona non patitur diutius imbres aut influentis riuos inmorari, sed ut quis eam superuenit umor, lente proripit. itaque si palus in aliqua parte subsidens restagnat, sulcis deriuanda est, quippe aquarum abundantia atque penuria graminibus aeque est exitio.

**Quem ad modum facta prata colantur**

17 Cultus autem pratorum magis curae quam laboris est. primum ne stirpes aut spinas ualidiorisue incrementi herbas inesse patiamur, atque alias ante hiemem per autumnum exstirpemus, ut rubos, uirgulta, iuncos, alias sic uellamus, ut intuba ac solstitialis spinas; ac neque suem uelimus inpasci, quoniam rostro suffodiat et cespites excitet, neque pecora maiora, nisi cum siccissimum solum est, quia udo demerguntur ungulae et adterunt scindunt-
2 que radices herbarum. tum deinde aspriora et pendula

1 debent **SA** collectam **SAR** 2 hic ne **R** igne **A** (ig *exp. et* hic *ss. m. alt.*) **S** fundant **Sa** fundent (e *exp. et* a *ss. m. rec.*) **S** 3 acliuis **SAs** adcliuis *uel* accliuis **R** si *om.* **A** 4 at **R** ad **SA** ac **a** *om.* **p** 5 exigua **A** ꝓno (o *in* a *corr. m. alt.*) **S** 6 immorari **SAR** s& (d *adscr. m. alt.*) ut **S** s et ut **A** aut si **R** supuenerit **A** 7 ꝓrepit (epit *in ras.*) **A** proripiat **ä** prorumpit **s** //////// Itaque (Ita *in ras.*) **S** im **A** restagnant **SA** 8 deriuanda **R** erituanda **SA** dirimenda **cq** *in marg.* **ä** quippe **R** qui et **SA** abundantiaq; penuria **SA** XVII. Quemadmodum facta prata colantur *rubr.* **q** (*add.* cp̃ XXIIII) **m** (*praemisso* XXIIII) *in marg. rubr.* **s** *in marg.* **d** 10 pretorũ (e *exp. et* a *ss. m. alt.*) **S** prætorũ (a *s.* æ *scr. m. rec.*) **A** 11 spinas **R** cineras **SA** ualidiorisq; **R** 12 haer **S** (h *exp. et* v *ss. m. rec.*) **A** alias per **R** 13 extirpemus **R** *plerique* rubus **A** uirgultas **SA** iunccos **S** iuncus **A** 14 sic uellamus ut *scripsi:* sigilla///|mus u (t *ss. m. rec.*) **S** sigillã usu **A** si uellamus ut **R** ac *om.* **SA** spinas *om.* **SA** nequem **SA** 15 suuen (*in* suem *corr. m. alt.*) **S** suuem (*pr.* u *exp. et* r *ss. m. rec.*) **A** inparci **A** quõ **SA** qm̃ *uel* quom *uel* cum **R** suofodiat **SA** cespitem **SA** 16 solum est *om.* **A** 17 est *om.* **S** quiaudo **SA** quando **A** demergunt ungulas **R** adterunt **qsä** atterunt **SAR** scindunt neque **SA** 18 iter|erbarũ (iter *exp.; in marg.* h *scr. ante* e *m. alt.*) **S** it herbarũ **A** aspriora **SA** asperiora **clq** *in marg.* **d** macriora **ad¹ps** *nett. edd.* maiora **ä** pedula **A**

loca mense Februario luna crescente fimo iuuanda sunt,
omnesque lapides et si qua obiacent falcibus obnoxia conligi
debent ac longius exportari submittique pro natura loco-
rum aut temperius aut serius. sunt etiam quaedam prata
situ uetustatis obducta, quibus mederi solent agricolae
ueteres uel eraso musco seminibusque de tabulato superiec-
tis uel ingesto stercore, quorum neutrum tantum prodest,
quantum si cinerem saepius ingeras; ea res muscum ene-
cat. at tamen pigriora sunt ista remedia, cum sit effica- 3
cissimum de integro locum exarare. sed haec, si prata
adcessimus, facere debemus; sin autem noua fuerint in-
stituenda uel antiqua renouanda — nam multa sunt, ut
dixi, quae neglegentia exolescant et fiant sterilia, eaque
expedit interdum etiam frumenti causa exarare, quia talis
ager post longam desidiam laetas segetes adfert — igitur 4
eum locum, quem prato destinauerimus, aestate proscissum
subactumque protinus per autumnum rapis uel napo uel
etiam faba conseremus, insequente deinde anno frumento,
tertio diligenter arabimus omnesque ualidiores herbas et
rubos et arbores, quae interueniunt, radicitus exstirpabi-
mus, nisi si fructus arbusti id facere nos prohibuerit.
deinde uiciam permixtam seminibus faeni seremus, tum
glaebas sarculis resoluemus et inducta crate coaequabimus

1 iuuandae (ae *in* a *corr.*) **S** 2 noxia **S** ñ iam **A** colli (gi *add. m. rec.*) **A** colligi **SR** 3 summittiq; **AR** (*pr.* m *in ras.*) **S** 4 autẽperius (*alt.* t *ss. m. alt.*) **S** aut̃ perius **A** 6 ueteres *scripsi:* ueteri **SAR** *om.* s musto **R** *aliquot* 9 ac **SAd²ä** pigridiora **A** sunt *om.* **SA** 11 adcessimus **SA** accessimus **k** arcessimus *in marg.* **b** accepimus **l** cepimus **R** si **A** 13 negligentia **R** isterilia **S** 14 infrumenti **SA** 15 ager **R** ag̃ **S** ac **A** affert **R** *plerique* 16 patro (*in* prato *corr. m. alt.*) **S** (*in* prato *corr. m. rec.*) **A** pratum **R** 17 protinus **SA** sepius **R** auctus **SA** 18 faua **A** 19 ambimus **S** (ra *s.* m *scr. m. rec.*) **A** itherbas **A** ///herbas (h *in ras.*) **S** 20 radicitus **R** radicib; **SAa¹** exstirpauimus **A** extirpauimus **S** extirpabimus **R** 21 si *om.* **SA** id *post* arbusti *om., post* nos *inculc.* **SA** prohi (ƀ *s.* u. *add. m. alt.*) **S** ꝑhi (buerit *add. m. rec.*) **A** 22 permiatam (*pr.* a *in* x *mut.*) **S** (x *s. pr.* a *m. rec.*) **A** cum **SAp** 23 industa grate **S** (c *s.* s *et s.* g *scr. m. rec.*) **A** coiaquauimus **S** (ae *s.* ia *scr. m. rec.*) **A**

grumosque, quos ad uersuram plerumque tractae faciunt crates, disiciamus ita, ne cubi ferramentum faenisecis
5 possit offendere. sed eam uiciam non conuenit ante desecare, quam permaturuerit et aliqua semina subiacenti solo iecerit. tum faenisecas eam oportet recidere ac deinde rigari, si fuerit facultas aquae et si tamen terra densior est; nam in resoluta hmuo non expedit inducere maiorem uim riuorum, prius quam conspissatum fuerit et herbis conligatum solum, quoniam impetus aquarum proluit terram
6 nudatisque radicibus gramina non patitur coalescere. propter quod ne pecora quidem oportet teneris adhuc et subsidentibus pratis inmittere, sed quotiens herba prosiluerit, falcibus desecare; nam pecudes, ut ante iam dixi, molli solo infigunt ungulas atque interruptas non sinunt herbarum radices serpere et condensari. altero tamen anno minora pecora post faenisicia permittemus admitti, si modo siccitas et conditio loci patietur. tertio deinde cum pratum solidius ac durius erit, poterit etiam maiores recipere pecudes. sed in totum curandum est, ut secundum Fauonii exortum mense Februario circa Idus inmixtis seminibus

1 plerunque **R** tracie **SA** 2 gratas **S** (c *s.* g *m. rec.*) **A** disiciamus *scripsi praeeunte Pontedera:* assicamus **SAcq** adsiccamus **abdmäö** dispiciemus **ps** addespiciemus **l** fęnisecis *uel* fenisecis **R** feni (fęni **S**) sepes **SAp** 3 ea uicinã **A** 5 faenisecas eam oportet recidere ac deinde rigari *scripsi:* fenisece (*alt.* e *in* ) *mut. m. alt.*) as oport& inducere ac recidere rigari deinde /// **S** faniseceas oportet inducere ac recidere rigari deinde **A** foenisecum (*uel* fenisecum; *sed* foenicerum **d¹** feniseccas **k** fenisecas **l**) messorem oportet inducere ac deinde religare rigari deinde **R** *post* inducere *uerba* maiorem uim riuorum *add.* **qä** 6 et *om.* **A**ꝭ 7 est *om.* **SA** 8 fuerit *om.* **SAd¹s** 9 conligatum **Sa** conligatu **A** colligatum **R** quõ **SA** cum **R** 11 ne **SA** nec **R** subsidientibus (i *post* d *exp.*) **A** 12 inmittere sed (sed *in ras. scr. m. alt.*) **S** inmitteres et **A** immittere sed **R** 14 infigunt **R** infingunt **ab** infugunt (*ut uid.;* infligunt *m. alt.*) **S** infunt (ind *ss. m. rec.*) **A** herbarum *om.* **SA** 15 alte **S** (ro *s. u. add. m. rec.*) **A** 16 faenisi//cia **S** fænisicia **A** foenisticia **d¹** fenisicia *uel* fenisitia **R** 17 conducio **S** conductio **A** paciet˜ **S** tertio (t *in ras. scr.: antea* n *ut uid.*) **S** 18 poterit *om.* **SA** 19 fauunt (*in* fauoni *mut. m. alt.*) **S** fauont (i *s.* t *m. rec.*) **A** faonii **d** 20 exorsũ **S** (t *s.* s *m. rec.*) **A** fruario (ru *in* eb *mut. m. alt.*) **S** immixtis **R** *plerique*

faeni macriora loca et utique celsiora stercorentur. nam editior cliuus praebet etiam subiectis alimentum, cum superueniens imber aut manu riuos perductus sucum stercoris in inferiorem partem secum trahit. atque ideo fere prudentes agricolae etiam in aratis collem magis quam uallem stercorant, quoniam, ut dixi, pluuiae semper omnem pinguiorem materiam in ima deducunt.

**Quemadmodum succisum faenum tractari et condi debeat**

Faenum autem demetitur optime ante quam inarescat; 18
nam et largius percipitur et iucundiorem cibum pecudibus praebet. est autem modus in siccando, ut neque peraridum neque rursus uiride conligatur, alterum quod omnem sucum si amisit, stramenti uicem optinet, alterum si nimium retinuit, in tabulato putrescit ac saepe, cum concaluit, ignem creat et incendium. non numquam etiam, cum faenum cecidimus, imber oppressit; quod si permaduit, inutile est udum mouere, meliusque patiemur superiorem partem sole siccari. tunc demum conuertemus et utrimque siccatum 2
coartabimus in strigam atque ita maniplos uinciemus. nec omnino cunctabimur, quo minus sub tectum congeratur, uel si non conpetet, ut aut in uillam faenum portetur aut in

1 faen (i *s. u. add. m. alt.*) **A** fen (r *s.* e *m. rec. ut uid.*) **A** 3 riuos **SAR** riuo **dlp** riuus **t** perductus **SAt** perducto **R** 4 interiorẽ **S** 5 aratis (n *s. alt.* a *m. uet.*) **S** 6 stercorant (r *ex* l *fact. ut uid.*) **S** quõ **SA** cum *uel* quã **R**

argitis etiam in sublimibus fertilis uastis materiis et uuis exuberat. *22* humillimis tabulatis aptior uisulla breuem materiam, durum folium et latum exigit, cuius amplitudine fructus suos optime aduersus grandinem tuetur. qui tamen nisi primo quoque tempore maturi legantur, ad terram decidunt; umoribus etiam, priusquam defluant, putrescunt.

*23* Sunt et heluolae, quas nonnulli uarias appellant, neque purpureae neque nigrae, ab heluo, nisi fallor, colore uocitatae. melior est nigrior abundantia uini, sed haec sapore pretio⟨sio⟩r; color acinorum in neutra conspicitur aequalis atque utraque candidi musti. alterna uice annorum plus aut minus adferunt; melius arborem sed et iugum commode uestiunt, mediocri quoque solo fecundae sicut Preciae minor et maior; sed hae[c] generositate uini magis commendantur et frequentibus materiis frondent et cito maturescunt.

*24* Albuelis utilior his, ut ait Celsus, in colle quam in campo, in arbore quam in iugo, in summa arbore quam in ima ferax et materiae frequentis et uuae. nam ⟨quae⟩ Graeculae uites sunt, ut Mareoticae, Thasiae, p⟨s⟩ithiae, Sophortiae, sicut habent probabilem gustum, ita nostris regionibus et raritate uuarum et acinorum exiguitate minus fluunt; inerticula tamen nigra, quam quidam Graeci amargion appellant, potest in secunda quasi tribu esse, quod et boni uini est et innoxia, quoniam nomen traxit, quod iners habetur in tentandis neruis, quamuis gustu non sit hebes.

---

– 105 tabulantis **A**$^1$ – brembem **S**$^1$**A** – 106 et latum *ante* folium *trp.* **A**$^2$**R** – amplitudine **Sç** altitudinem **Ahjρ** (*ante add.* ati **h**$^1$) amplitudinem **λfr**$^2$**yø** – 108 etiam *om.* **SA**$^1$ – 109 defluxant **A** – 110 herbolae **hσ** bolae **λ** – uarias **hlpy** barias **SAR** – 111 ab heluo **S**$^2$ ab *rasura* **S**$^1$ albo **A**$^1$ ab albo **A**$^2$**jb**$^1$**fρy**$^2$ ab herbo **b**$^2$**r**$^2$**ç** ab herbi (herbi *del.* **h**$^2$) albo **h** ab herbio **y**$^1$**ø** ab herbo albo **m** – 112 sed **SR** sae **A** – pretiosior **γ** pretior **SA** pretio **R** – color acinorum in neutra **j** color ora cinerum in neutra **S** coloro facine rumine utra **A** colore acinorum in neutra **hλσ** – 113 atque utraque **A**$^2$**R** aque **S** *om. u. sp. r.* **A**$^1$ *uide diss. pp. 150 sq.* – candi **SA** – 114 aut **S** alit **Ahρyçø** aliae **jλf** – auferunt **SA** – 115 sola **SA** – 116 hae *scripsi* haec **SA** et haec **R** – 117 commendatur **SA** – 119 albuelis **u**$^2$ aldiuelis **SA** alius uel his **R** – utiliur **S**$^1$ – his *om.* **R** – 120 ardore **S**$^1$**A**$^1$ – ardore **S**$^1$**A**$^1$ – *ante* in ima *uerba* in iugo in summa arbore (ardore **S**$^1$**A**$^1$) quam *iterum* **SA** – in ima **S**$^2$ in anima **S**$^1$**A** in minima **R** – 121 nam quae **γ** nam **SAR** – credule **S**$^1$ – 122 psithiae *Ald.* pithiae **SAλρ** pythiae **hjfyçø** – sophorsisiae **S** sophorstsiae **A** sophortice **ρ** – sicut **R** ut **SA** – probarilem **SA** – gestum **SA** – 123 aginorum **A** – etexiguitate **SA** – 124 flunt **S** – amargion *Thes. s. v.* amarcion **SAfç** amaricion **jρø** amariciem **h** amariotion **λ** amarecion **y** – 125 quod ... innoxia *om.* **SA** – 126 tentam **SA** – 127 quamuis **SR** quam sit **A** – gustu **λfyçø** gustus **Shj** custus **A**

*25* Tertium gradum facit earum Celsus, quae fecunditate sola commendantur, ut tres heluennacae, quarum duae maiores nequiquam minori bonitate et abundantia musti pares habentur — earum altera, quam Galliarum incolae marcum uocant, mediocris uini est, et altera, quam longam appellant, eandemque canam, sordidi uini nec tam largi quam ex numero uuarum prima specie promittit; *26* minima et optima e tribus facillime folio dinoscitur: nam rotundissimum omnium id gerit atque est laudabilis, quod siccitates maxime perfert, quod frigora sustinet dum tamen sine imbribus, quod nonnullis locis etiam uinum eius in uetustatem diffunditur, quod praecipue sola macerrimum quoque solum fertilitate sua commendat —, *27* ut spionia, dapsilis musto sed amplitudine[m] magis uuarum quam numero fertilis, ut Holconia, ut Murgentina eademque Pompeiana, ut Numisiana, u⟨t⟩ uennucula[e] eademque scirpicula atque rabucula, ut nigra Fregellana et Mettica, ut Rhaetica, ut omnium, quas cognouimus, copiosissima arcelaca maior, a multis argitis falso existimata.

*28* Nam has nuper mihi cognitas, pergulanam dico et hirtiolam ferreolamque, non facile adseuerem, quo gradu habendae sint, quod, etsi satis fecundas scio, nondum tamen de bonitate uini, quod adferunt, iudicare potui. unam etiam praecoquem uitem nobis ante hoc tempus incognitam Graeca consuetudine dracontion uocitari comperimus, quae fecunditate uel arcelacae baliscaeque et Bituricae comparari possit, generositate uini Aminneae.

– hebes **λr$^{2}$yçø** habilis **SAhjfρ** – 128 earum ... fecunditate *bis* **SA** – facunditate *primum* **SA** – 129 heluenacae **jλ** hennacae **SAhf** heluennacie **ρ** heluenacie **yç** heluecanie **ø** – nequicquam **AR** – 130 usti **S$^{1}$** – 131 uini est **λρyçø** uineis **SAhjf** – 132 alteram **hλσ** – longa **A** – eademque **SAj** – canam *Sobel p. 48* cauam **SAhfρ** cauaram **jr$^{2}$yçø** caueram **λ** – sordidi uini **R** sordidimi **SA** – 133 uuarum **Shfρ** earum quarum **A** uuarum quarum **jλyçø** – 134 rutundissimum **S$^{1}$** – 136 sustinent **SA** – 139 spionia **jλyçø** scipionia **SAhfy** spionisa **ρ** – musto **jyç** mustos **SAhλfρø** – amplitudine **oucqγlpç** amplitudinem **SAR** – magis **R** alicui **S** alii cui **A** – 140 Holconia **S** Holcani **A** Holcania *uel* Holcama **hmfρy$^{1}$ç** Holcana **b** Holcam **jy$^{2}$** Holeam **ø** – ut **Shjbfç** aut **Ay$^{2}$** et **mρy$^{1}$** – Murcentina **S$^{1}$A** – Pompeiana ... atque **R** hastque **SA** – 141 Numisiana *ed.pr.* numerus **R** – ut uennucula *Ald.* auenunculae **R** – scirpicula *scripsi* scuritula **hλσ** sarritula **j** *cfr 12,45,1* – 142 rabucula **SAλç** rabicula **hjyø** rubicula **ρ** rabitula **f** *post add.* rabucula **hfyø** – Flagellana **A** – et **SAj** ut **hλσ** – Mettica **SAhfr$^{1}$** Mectica **j** in Attica **λ** Attica **ρyçø** – ut Rhaetica *om.* **S$^{1}$** – 143 argelaca **S$^{2}$** arcelaga **R** – argillis **SA** – 145 mihi cognitas per *om.* **SA** – 146 gladu **S$^{1}$A** – 148 adfert **hjσ** – praecoquem uitem **R** praequoque uitem **S** praecoqutaem **A** – 149 Graecam consuetudinem **SA** – 150 *post* fecunditate *add.* iucunditate (ioc- **j**) **R** *uide diss. p. 125* – alcelacae **SA** – basiliscaeque **hjmfryçø** basilicaeque **bń** – 151 compari **S$^{1}$** com-

*29* Multa praeterea genera sunt uitium, quarum nec numerum nec adpellationes cum certa fide referre possumus. neque, ut ait poeta, numerum comprehendere refert,

quem qui scire uelit, Libyci uelit aequoris idem
dicere, quam multae Zephyro turbentur harenae.

*30* quippe universae regiones regionumque paene singulae partes habent propria uitium genera, quae consuetudine sua denominant; quaedam etiam stirpes cum locis uocabula mutauerunt, quaedam propter mutationem locorum, sicut supra diximus, etiam a qualitate sua decesserunt, ita ut dinosci non possint, ideoque in hac ipsa Italia, ne[c] dicam in tam diffuso terrarum orbe, uicinae nationes nominibus earum discrepant uariantque uocabula. *31* quare prudentis magistri est eiusmodi nomenclationis aucupio, quo potiri nequea⟨n⟩t, studiosos non demorari, sed illud in totum praecipere, quod et Celsus ait et ante eum Marcus Cato, nullum genus uitium conserendum esse, nisi fama, nullum diutius conseruandum, nisi experimento probatum. Atque ubi multa inuitabunt regionis commoda, ut nobilem uitem conseramus, generosam requiremus, inquit Iulius Graecinus; ubi nihil erit aut non multum, quod proritet, feracitatem potius sequemur, quae non eadem portione uincitur pretio quam uincit abundantia.

*32* Sed de hac sententia quamquam et ipse paulo ante idem censuerim, quid tamen arcanius iudicem, suo loco mox dicam. Propositum est enim docere, qua ratione uineae pariter feraces et pretiosae fluxurae possint constitui.

**3** *1* Nunc, priusquam de satione uitium disseram, non alienum puto uelut quoddam fundamentum iacere disputationi futurae, ut

---

pararari **A** – gerositate **S**¹**A**¹ – 153 *post* neque *add.* enim **R** *Verg.* – 154 numero **hλσ** *Verg.* – comprehende **SA** – 156 turbentur **S** *Verg.* turbem **A** uersentur **R** – 157 uniuersi **SA**¹ – 158 consuetudinem **SA** – 160 a **hjλfr**²**çø** et **ρy** *om.* **SA** – 161 decesserint **hλfρyø** – ideo quo **A** – 162 Italiam **SA** – ne **γç** nec **SAR** – orbem **S** – 163 didiscrepant **S**¹**A**¹ – 164 nomenclationis **ewo**²**uc** namenclationis **SA** nomenelationis (mom- **j**) **hjr** nomenolationis **mfńyø** nomenoblationis **b** nomendationis **ç** – potiori **hjλfρy** – 165 nequeant **zär**¹ nequeat **SAR** – demerari **A**¹ – demoraris et **S**¹ – 167 nisi fama *post* conseruandum *trp.* **R** – 168 experimendo **SA** – uitabunt **A**¹ – 169 nomen uilem **A**¹ nouilem **A**² – 170 requieremus **S**¹ – inquit **R** in quo **SA** – 171 quo **SA** – semur **SA**¹ – 172 portione **R** tionem **SA**¹ portionem **A**² – 175 quit **S**¹ – arganius **SA** – positum **S** – 177 fluxorae **Ahmfyçø** fluxere **ρ**

ante perpensum et exploratum habeamus, an locupletet patrem familiae uinearum cultus. est enim paene adhuc superuacuum de his conserendis praecipere, dum, quod prius est, nondum concedatur, an omnino sint habendae, idque adeo plurimi dubitent, ut multi refugiant et reformident talem positionem ruris atque optabiliorem pratorum possessionem pascuorumque uel siluae caeduae iudicent. *2* nam de arbusto etiam inter auctores non exigua pugna fuit abnuente Saserna genus id ruris, Tremelio maxime probante. sed et hanc sententiam suo loco aestimabimus.

Interim studiosi agricolationis hoc primum docendi sunt uberrimum esse reditum uinearum. atque, ut omittam ueterem illam felicitatem aruorum, quibus et ante iam Cato Marcus et mox Varro Terentius prodidit singula iugera uinearum sescenas urnas uini praebuisse — id enim maxime adseuerat in primo libro rerum rusticarum Varro — nec una regione prouenire solitum, uerum et in Fauentino agro et in Gallico, qui nunc Piceno contribuitur, *3* his certe temporibus Nomentana regio celeberrima fama est inlustris et praecipue quam possidet Seneca, uir excellentis ingenii atque doctrinae, cuius in praediis uinearum iugera singula culleos octonos reddidisse plerumque conpertum est.

Nam illa uidentur prodigialiter in nostris Caeretanis accidisse, ut aliqua uitis apud te excederet uuarum numerum duorum milium, ut apud me octingenae stirpes insitae intra biennium septenos culleos peraequarent, ut primae uineae centenas amphoras iugeratim praeberent, cum prata et pascua et siluae, si centenos sestertios singula iugera efficiant, optime domino consulere uideantur. *4* nam frumenta maiorem quidem partem Italiae quando cum quarto responderint, uix meminisse possimus.

Cur ergo res infamis est? Non quidem suo, sed hominum

---

3: 12–22 *Plin. nat. 14,51–52* – 14–17 *Varro rust. 1,2,7* – 90–92 *Plin. nat. 17,172*

---

3: 4 est **SAh** et **jλσ** – 6 an **SA** an non **R** – 7 optauiliorem **A** – 8 cadue **SA**$^1$ – 10 Tremellio **R** – 11 hac **S** – sentiam **SA** – aestimabimus **Abyç** estimauimus **S** extimabimus **hjmfńø** existimabimus **r** – 14 arborum **SA**$^1$ – -rum quibus ... Varro *bis* **SA** – 15 sexcenas **AR** – 17 prouenire **AR** probent re **S** – 18 Fauentino **A**$^2$**R** Florentino **SA**$^1$ *cfr Varro rust. 1,2,7* – 19 leberrima **S**$^1$ liberrima **A**$^1$ – est *om.* **hjλfyçø** – 20 Seneca uir ex- **SA**$^2$**R** sine caui rex **A**$^1$ – 23 Celeretanis **SA**$^1$ – 24 aput **S**$^1$ – ubarum **S**$^1$**A**$^1$ – 25 me octingenae **SA**$^2$**R** meo cum gene **A**$^1$ – uiennium **S** – 27 sexternos **A**$^1$ sexterno **A**$^2$ – singula **A**$^2$**j** ingula **SA**$^1$ in singula **hλσ** – 28 optume **A**$^2$**hjmfø** – 29 maiore **jλf**$^2$**r**$^2$**ø** – parte **jλø** – 30 possumus **A**$^2$**R** –

inquit uitio Graecinus, primum quod in explorandis seminibus nemo adhibet diligentiam et ideo pessimi generis plerique uineta conserunt, deinde sata non ita nutriunt, ut ante conualescant ac prosiliant, quam retorrescant, sed et si forte adoleuerint, neglegenter colunt. *5* iam illud a principio nihil referre censent, quem locum conserant, immo etiam sedi ⟨e⟩ligunt deterrimam partem agrorum, tamquam sola sit huic stirpi maxime terra idonea, quae nihil aliud ferre possit. sed ne ponendi quidem rationem aut perspiciunt aut perspectam exequuntur; tum etiam dotem, id est instrumentum, raro uineis praeparant, cum ea res, si omissa sit, plurimas operas nec minus arcam patris familiae semper exhauriat. *6* fructum uero plerique quam uberrime praesentem consectantur nec prouident futuro tempori, sed quasi plane in diem uiuant, sic inperant uitibus et eas ita multis palmitibus onerant, ut posteritati non consulant. haec omnia uel certe plurima ex his cum commiserunt, quiduis malunt quam suam culpam confiteri queruntur que non respondere sibi uineta, quae uel per auaritiam uel inscientia uel per neglegentiam perdiderunt.

*7* At si quis cum scientia sociauerit diligentiam, non, ut ego existimem, ⟨amphoras percipiet⟩ trecenas uel certe ducenas. sed Graecinus, minimum conputans, licet inquit amphoras uicenas percipiant ex singulis iugeribus, omnis istos, qui faenum suum et holera amplexantur, incremento patrimonii facile superabunt; nec in hoc errat, quippe, ut diligens ratiocinator calculo posito uidet, id genus agricolationis maxime rei familiari conducere.

---

32 Crecinus **S$^1$A$^1$** – 33 homo **A$^1$** – adibet **S$^1$** – 34 enutriunt **AR** – 35 adoluerunt **SA$^1$** *post rasura* **S** – neglenter **A$^1$** – 37 sedi eligunt *scripsi* sediligunt **S$^1$A$^1$** sedeligunt **S$^2$** seligunt **A$^2$R** *uide diss. pp. 151 sq.* – 40 perspecta me **A$^1$** – ex(s)equuntur **Ajç** exequantur **S** exsecuntur **hbf** executuntur **mρyø** – tum **R** cum **SA** – 41 rara **A$^1$** – 43 uberrimum **A$^2$R** – 44 temporis et **SA$^1$** – uiuat **SA$^1$** – 45 inperat **SA$^1$** – *post* onerant *add.* ut hibeaeas ita multis palmitibus onerantur **A$^1$** – ut *om.* **A$^1$** – posteritate **S$^1$A$^1$** – 46 cum *om.* **S** – commisserunt **A$^1$** commisserint **A$^2$** commiserint **R** – 48 sibi **A$^2$R** si **S** si uel **A$^1$** – quae *om.* **A$^1$** – per **SA$^2$R** parapar **A$^1$** – auaritiem **S** auariciem **A$^1$** auariciam **A$^2$** – inscientiam **r$^1$ńø** – uel per negligentiam **A$^2$R** quae **SA$^1$** – 50 ad **A$^1$** – inscientia **SA$^1$** – 51 existimem *Dahllöf p. 134* existiment **SA$^1$** existimo **A$^2$R** – amphoras percipiet *addidi*, *om.* **SAR** – trecenas **op** tricenas **SAR** – certe ducenas **SA$^1$** decenas certe **A$^2$R** – *post* sed *add.* ut **A$^2$R** – 52 inquit amphoras **A$^2$R** in quidam operas **SA$^1$** *uide diss. pp. 152 sq.* – 53 percipient **A$^2$R** – ferum **SA$^1$** – 55 errat **eγl** erat **SA$^1$** errant **A$^2$R** – diligenter **SA$^1$** – 56 ratiocinatior **SA** – proposito **A$^1$** – uidet **λσ** uidere et **SA** uidet et **hj** – 57 familiaris **SA$^1$** – condure **S** – 59 *post* excedunt *add.* tam **S** – que mulgus

*8* Nam ut amplissimas inpensas uineae poscant, non tamen excedunt septem iugera unius operam uinitoris, quem uulgus quidem parui aeris uel de lapide noxium posse conparari putat. sed ego plurimorum opinioni dissentiens pretiosum uinitorem in primis esse censeo, isque sit licet emptus sex uel potius sestertiis octo milibus; tum ipsum solum septem iugerum totidem milibus nummorum partum uineasque cum sua dote, id est cum pedamentis et uiminibus, binis milibus in singula iugera positas duco. fit tamen in assem consummatum pretium sestertiorum uiginti nouem milium. *9* huc accedunt semisses usurarum sestertia tria milia et quadringenti octoginta nummi biennii temporis, quo uelut infantia uinearum cessat a fructu. fit in assem summa sortis et usurarum triginta duorum milium quadringentorum octoginta nummorum.

Quod quasi nomen si, ut fenerator cum debitore, ita rusticus cum uineis suis fecerit, eius summae ut in perpetuum praedictam usuram semissium dominus constituat, percipere debet in annos singulos mille nongentos quinquaginta sestertios nummos, qua conputatione uincet tamen reditus septem iugerum, secundum opinionem Graecini, usuram triginta duorum milium quadringentorum octoginta nummorum; *10* quippe, ut deterrimi generis sint uineae, tamen, si cultae, singulos utique culleos uini singula earum iugera peraequabunt, utque trecentis nummis quadragenae urnae ueneant, quod minimum pretium est annonae, consummant tamen septeni cullei sestertia duo milia et centum nummos. ea porro summa excedit usuram semissium.

*11* Atque hic calculus, quem posuimus, Graecini rationem continet. sed nos extirpanda uineta censemus, quorum singula iugera minus quam ternos culleos praebent. et adhuc tamen sic conputauimus, quasi nullae sint uiuiradices, quae de pastinato eximantur, cum

---

**SA**$^{1}$ – 60 putant **A**$^{2}$**R** – 61 *post* ego *add.* a **SA**$^{1}$ – dissenties **S**$^{1}$**A**$^{1}$ – 62 hisque **A**$^{1}$ – 63 tum **SA**$^{1}$ cum **A**$^{2}$**R** – septem **b** octo **SAR** – melius **SA**$^{1}$ – 64 -que *om.* **A**$^{1}$ – 65 uinibus **A**$^{1}$ – uinis **SA**$^{1}$ – posita **SA**$^{1}$ – 68 octoginta **Shç** octingenta **A**$^{1}$ octuaginta **A**$^{2}$**jλσ** – quod **A**$^{1}$ – 69 cessat a *om.* **A**$^{1}$ – fuit **A** – 70 quadragintorum **Ahfø** – 71 quod quasi ... nummorum (*lin.* 77) *bis* **SA**$^{1}$ *alterum del.* **A**$^{2}$ $^{A}$ = *primum*, $^{B}$ = *alterum* – quot **A**$^{B}$ – 72 pertuum **S**$^{A}$ – 73 constuat **S**$^{B}$ – 74 nungentos **S**$^{A1}$**S**$^{B1}$ – 75 uincit **A**$^{A2}$**R** – *post* tamen *add.* de **S**$^{A}$**A**$^{A1}$ – 76 quadragintorum **A**$^{A1}$ quadrigintorum **A**$^{B}$ – 77 generi **SA**$^{1}$ – 78 sic **SR** – eorum **A**$^{1}$ – paraequabunt **S**$^{1}$**A**$^{1}$ – 79 trecenis **S** – 81 summo **SA**$^{1}$ – 82 semissum **SA**$^{1}$ – 83 calculos **SA**$^{1}$ – 84 exstirpanda **A** – iugera *om.* **A**$^{1}$ – 85 minos **S** – 86 uiniradices

sola ea res omnem inpensam terreni pretio suo liberet, si modo non prouincialis sed Italicus ager est.

*12* Neque id cuiquam dubium esse debet, cum et nostram et Iuli Attici rationem dispexerit. nos enim uicena milia malleolum per uineae iugerum inter ordines pangimus, ille minus quattuor milibus deponit. cuius ut uincat ratio, nullus tamen uel iniquissimus locus non maiorem quaestum reddet quam acceperit inpensam: *13* siquidem, ut cultoris neglegentia sex milia seminum intereant, reliqua tamen decem milia tribus milibus nummorum libenter et cum lucro redemptore⟨s⟩ mer⟨c⟩ant⟨ur⟩, quae summa tertia parte superat duo milia sestertiorum, quanti constare iugerum uinearum praediximus. quamquam nostra cura in tantum iam processit, ut non inuiti sestertiis sescenis nummis singula milia uiuiradicis a me rustici mercentur, *14* sed uix istud alius praestiterit: nam nec quisquam nobis facile crediderit tantam in agellis esse nostris abundantiam uini, quantam tu, Siluine, nouisti. mediocre itaque uulgatumque pretium uiuiradicis posui, quo celerius, nullo dissentiente, perduci possent in nostram sententiam, qui propter ignorantiam genus hoc agricolationis reformidant.

*15* Siue ergo pastinationis reditus seu futurarum spes uindemiarum cohortari nos debet ad positionem uinearum; quas quoniam docuimus rationis esse conserere, nunc institutionis earum praecepta dabimus.

**4** *1* Cui uineta facere cordi est, praecipue caueat, ne alienae potius curae quam suae credere uelit, neue mercetur uiuiradicem sed genus surculi probatissimum domi conserat faciatque uitiarium, ex quo possit agrum uineis uestire. nam quae peregrina ex diuersa regione semina transferuntur, minus sunt familiaria nostro solo quam uernacula, eoque uelut alienigena reformidant mutatam caeli locique

---

**4:** 3–7 *Colum. arb. 1,3* – 9–11 *Plin. nat. 17,172*

---

**Ahλfρø** – 89 cuiquam *om.* **SA**$^1$ – 90 *post* nos *add.* iam **A**$^2$**R** – mollcolum **A** – 94 intereunt **A**$^1$ ingerunt **A**$^2$**R** – 96 redemptores mercantur *scripsi* redemptorum erunt **SA**$^1$ redemptor emerit **A**$^2$**R** *uide diss. pp. 153 sq.* – 98 inuitis **A**$^1$**ρ** – 99 sexcenis **AR** – singula **γø** singulis **SAhλf**$^1$**ç** singuli **jf**$^2$**ρy** – 100 istut **S** – 101 tantam **S**$^2$**R** tam **S**$^1$**A**$^1$ tamtam **A**$^2$ – 102 quamtan **A**$^1$ quamtam **A**$^2$ – 103 uiuiradicis **jrç** uiniradicis **SAhλfńyø** – quod **AR** – 107 coitortari **SA**$^1$ – 108 consere **A**$^1$

**4:** 1 caue **A**$^1$ – 2 mertcetur **S**$^1$ – uiniradicem **hbfρyø** – 3 surculis **SA**$^1$ – crobatissimum **A**$^1$ – domi **A**$^2$**R** boni **SA**$^1$ – uitiarum **SA**$^1$**mb**$^1$**r** – 4 uastare **A**$^1$ – perenna **SA**$^1$ – 5 familia **A**$^1$ – solo *om.* **A**$^1$ – 6 eoque **SA**$^1$**jmç** et quae (eoque **yø**) **A**$^2$**hbσ** – alienigenae **SA**$^1$ – 8 an is **SA**$^2$**R** ans **A**$^1$ – que **A**$^1$ – 9 biennii **R** –

positionem; *2* sed nec certam generositatis fidem pollicentur, cum sit incertum, an is, qui conseruerit ea, diligenter exploratum probatumque genus surculi deposuerit. quam ob rem bienni spatium longum esse minime existimandum est, intra quod utique tempestiuitas seminum respondet, cum semper, ut dixi, plurimum retulerit exquisiti generis stirpem deposuisse.

*3* Post hoc deinde meminerit accurate locum uineis eligere, de quo cum iudicauerit, maximam diligentiam sciat adhibendam pastinationi, quam cum peregerit, non minore cura uitem conserat, et cum posuerit, summa sedulitate culturae seruiat. id enim quasi caput et columen est inpensarum, quoniam in eo consistit, melius an sequius terrae mandauerit paterfamilias pecuniam in otio tractare. igitur unumquodque eorum, quae proposui, suo iam persequar ordine.

## 5 De nouellatione et de insitione plantarum

*1* Vitiarium neque ieiuna terra neque uliginosa faciendum est, sucosa tamen ac mediocri potius quam pingui, tametsi fere omnes auctores huic rei laetissimum locum destinauerunt, quod ego minime reor esse pro agricola. nam depositae stirpes ualido solo quamuis celeriter conprehendant atque prosiliant, tamen, cum sunt uiuiradices factae, si in peius transferantur, retorrescunt nec adolescere queunt.

*2* Prudentis autem coloni est ex deteriore terra potius in meliorem quam ex meliore in deteriorem transferre; propter quod mediocritas in electione loci maxime probatur, quoniam in confinio boni malique posita est. siue enim postmodum necessitas postulat tempestiua semina ieiuno solo conmittere, non magnam sentiunt differentiam, cum ex mediocri materia in exilem translata sunt; siue

---

**5:** *Colum. arb. 1,4–5* – 9–10 *Plin. nat. 17,79; Pallad. 3,9,5; Gp. 2,17,2* – 16–23 *Plin. nat. 17,159–160*

---

12 rettulerit **Abfø** – 13 haec $\mathbf{A^2R}$ – 16 posuerit $\mathbf{SA^1}$ seruerit $\mathbf{A^2R}$ – sedutilitate **S** – 18 pateriamilias **S** – 19 quod **S**

**5:** 1 *pr.* **SAhbfyç** – 2 liginosa $\mathbf{S^1}$ – 5 stirpes $\mathbf{A^2R}$ spines $\mathbf{S^1A^1}$ spinae $\mathbf{S^2}$ – 6 sint **AR** – 7 factae $\mathbf{SA^1}$**λρyø** et factae **jç** et fractae $\mathbf{A^2h}$ et **f** – si $\mathbf{SA^1}$ sint $\mathbf{A^2j}$ *om.* **hλσ** – in peius $\mathbf{h^2}$ impetus $\mathbf{SA^1}$ priusquam $\mathbf{A^2R}$ – 9 prudentes $\mathbf{S^1}$ – ex **AR** et **S** – deteriore $\mathbf{A^1}$ exteriore **S** deteriori $\mathbf{A^2R}$ – 10 meliore $\mathbf{SA^2R}$ meliosem $\mathbf{A^1}$ – deteriore $\mathbf{SA^1}$ – 11 protur $\mathbf{S^1}$ – 12 postularit $\mathbf{A^2R}$ – 13 seiuno $\mathbf{S^1}$ sed uno $\mathbf{A^1}$ – 14

laetior ager conserendus est, longe celerius in ubertate coalescunt. *3* rursus tenuissimo solo uitiarium facere minime rationis est, cum malleolorum pars maior deperit, et, quae superest, tarde fit idonea translationi. ergo mediocris et modice siccus ager uitiario est aptissimus. isque bipalio prius subigi debet, quae est altitudo pastinationis, cum in duos pedes et semissem conuertitur humus, ac deinde tripedaneis relictis spatiis, per quae semina excolantur, in singulis ordinibus, ⟨qui⟩ ducenos quadragenos pedes optinent, sesceni malleoli pangendi sunt. *4* is numerus consummat per totum iugerum seminum milia quattuor et uiginti.

Verum hanc curam praeuenit inquisitio et electio malleolorum; nam ut saepe iam rettuli, quasi fundamentum est praedictae rei probatissimum genus stirpis deponere.

**6** *1* Sed electio dupliciter facienda est. non enim solum fecundam esse matrem satis est, ex qua semina petuntur, sed adhibenda ratio est subtilior, ut ex is partibus trunci sumantur, quae et genitales sunt et maxime fertiles. *2* uitis autem fecunda, cuius progeniem studemus summittere, non tantum debet eo aestimari, quod uuas conpluris exigit: potest enim trunci uastitate id accidere et frequentia palmitum; nec tamen eam feracem dixerim, cuius singulae uuae in singulis sarmentis conspiciuntur, sed si per unumquemque pampinum maior numerus uuarum dependet, si ex singulis gemmis conpluribus materiis cum fructu germinat, si denique etiam e duro uirgam cum aliquis racemis citat, si etiam nepotum fructu grauida est, ea sine dubitatione ferax destinari debet legendo malleolo.

*3* Malleolus autem nouellus est palmes, innatus prioris anni flagello, cognominatusque a similitudine rei, quod in ea parte, qua deciditur ex uetere sarmento, prominens utrimque mallei speciem praebet. hunc ex fecundissima stirpe legendum censemus omni

6: *Gp. 4,3* – 4–12 *Pallad. 3,9,6* – 13–23 *Plin. nat. 17,156–158* – 24–28 *Colum. arb. 2,1* – 28–33 *Pallad. 11,3*

siue **A$^2$R** se **SA$^1$** – 17 et **AR** ei **S** – 18 uitiario **A$^2$R** seminari **SA$^1$** – 19 pastionis **S** – 20 semisses **S** – 21 tripedantis **S** – 22 qui **p** *om.* **SAR** – optinent **A$^2$R** optime **SA$^1$** – sexceni **A$^2$R** septeni **SA$^1$** – 24 millia **S** – 25 praeuenit **AR** praebenti **S$^1$** praebent **S$^2$** – quisitio **S$^1$A$^1$** – malleorum **SA** – 26 *ante* rei *add.* et **A$^1$**

**6:** 3 his **AR** – 5 uua **SA$^1$** – 6 uastate **S** – et frequentia **A$^2$R** frequentis **SA$^1$** – 10 e duro **jλσ** me dura **SA** in e dura **h** – 11 uirgo **SA** – aliquibus **R** – nepotum **R** nunc totum **SA** – fructum **SA** – 12 ferans **SA$^1$** – 13 inantus **S$^1$A** natus **S$^2$** – 14 cognominatisque **SA** – a **R** ad **SA** – similitudinem **S** – rei *om.* **SA** – qua **S** quae **AR** – 15 dicitur **Afr** – malleoli **jλσ** – spaetiem **S** spatiem **A** – 16

tempore, quo uineae putantur, ac super terram gemmis tribus uel quattuor extantibus diligenter obruendum loco modice umido, non uliginoso; dum tamen antiquissimum sit considerare, ne uitis, ex qua is sumitur, ancipitem floris habeat euentum, ne difficulter acinus ingrandescat, ne aut praecoquis aut serae maturitatis fructum adferat; nam illa uolucribus, haec etiam tempestatibus hiemis infestatur.

*4* Tale porro genus non una conprobatur uindemia; potest enim uel anni prouentu uel aliis de causis etiam naturaliter infecunda uitis semel exuberare. sed ubi plurimis uelut emeritis annorum stipendiis fides surculo constitit, nihil dubitandum est de fecunditate, nec tamen ultra quadriennium talis extenditur inquisitio. id enim tempus fere uirentium generositatem declarat, quo sol in eandem partem signifer⟨i per⟩ eosdem numeros redit, per quos cursus sui principium ceperat. quem circuitum meatus dierum integrorum mille quadringentorum sexaginta unius ἀποκατάστασιν uocant studiosi rerum caelestium.

**7** *1* Sed certum habeo, Siluine, iam dudum te tacitum requirere, cuius generis sit ista fecunda uitis, quam nos tam adcurate describimus, anne de is aliqua significetur, quae uulgo nunc habentur feracissimae. plurimi namque Bituricam, multi spioniam, quidam baliscam, nonnulli arcelacam laudibus efferunt. *2* nos quoque haec genera testimonio nostro non fraudamus: sunt enim largissimi uini; sed proposuimus docere uineas eiusmodi conserere, quae nec minus uberes fructus praedictis generibus adferant et sint pretiosi saporis, uel Amin⟨n⟩ei uel certe non procul ab eo gustu; cui nostrae sententiae scio paene omnium agricolarum diuersam esse opinionem,

---

stirpe **hjfr** statione **SAλńyçø** – 17 terra **SA** – 18 locu **S**$^1$ locum **A** – modice *om. u. sp. r.* **A**$^1$ – 20 is **S** his **A** id **R** – ancipite **S** – 21 acinus γ acinis **SAR** – aut (*ante* serae) *om.* **A**$^1$ – 22 uoluoribus **A** – 24 non una **R** naturae **SA** – 25 anno uentu **SA** – alis **S**$^1$**A** – 26 exubere **S**$^1$ exuberere **A** – uel uite meritis **A** – 27 stupendiis **SA** – 30 signiferi per *ed.pr.* signifer **SA** signi per **R** – 31 circumitus **SA** – 32 quadrigintorum **A** – αποκαταστασιν **A**$^2$**hç** ΑΠΟΚΑCΤΑCΙΝ **SA**$^1$ *om. u. sp. r.* **R**

7: 1 abeo **S**$^1$ aueo **A**$^1$ – *ante* Siluine *add.* P **AR** – ian **S** – tactum **SA**$^1$ – 2 isa **SA** – 3 anne **Shjρyçø** ac ne **Aλf** – his **AR** – uoli **SA** – nunc **SA** non **R** – 4 Bituriuitam **SA** – multis **A** – spioniam **ρçø** sponigan **S** punicam **Ahjλf** sproniam **y** – 5 basilicam **h**$^1$**mρ** basiliscam **h**$^2$**jbfyçø** – efferunt nos quoque *om.* **SA** – 6 non fraudamus *om.* **SA** – 8 praetiosis **SA** – 9 Aminnei *scripsi* Aminei **Sh**$^2$**jρçø** Amine **Ah**$^1$**λfr**$^1$**y** – 10 agricularum **Ahfy** – 11 Aminneis **λ** mineis **SA** Amineis

quae de Aminneis inueterata longo iam tempore conualuit tamquam natali et ingenita sterilitate laborantibus.

*3* Quo magis nobis ex alto repetita conpluribus exemplis firmanda ratio est, quae desidia nec minus inprudentia colonorum damnata ⟨a⟩ut uelut ignorantiae tenebris occaecata luce ueritatis caruit; qua re non intempestiuum est nos ad ea praeuerti, quae uidentur hunc publicum errorem corrigere posse.

## 8 Quae spectandae sint qualita⟨te⟩s in eo solo quod uineis destinaueris

*1* Igitur si rerum naturam, Publi Siluine, uelut acrioribus mentis oculis intueri uelimus, reperiamus parem legem fecunditatis eam dixisse uirentibus atque hominibus ceterisque animalibus nec sic aliis nationibus regionibusue proprias tribuisse dotes, ut aliis in totum similia munera denegaret: quibusdam gentibus numerosam generandi subolem dedit, ut Aegyptiis et Afris, quibus gemini partus familiares ac paene sollemnes sunt, sed et Italici generis esse uoluit eximiae fecunditatis Albanas ⟨S⟩iciniae familiae trigeminorum matres; *2* Germaniam decorauit altissimorum hominum exercitibus, sed et alias gentes non in totum fraudauit praecipuae staturae uiris: nam et Cicero testis est Romanum olim fuisse ciuem Naeuium Pollionem pede[m] longiorem quam quemquam longissimum, et nuper ipsi uidere potuimus in adparatu pompae circensium ludorum Iudaeae gentis hominem proceriorem celsissimo Germano.

*3* Transeo ad pecudes. armentis sublimibus insignis Meuania est, Liguria paruis, sed et Meuaniae bos humilis et Liguriae nonnumquam taurus eminentis staturae conspicitur; India perhibetur

---

**8:** 13–15 *Plin. nat. 7,74* – 32–33 *Plin. nat. 14,8* – 34–35 *Plin. nat. 14,61, 14,64*

---

**hjσ** – logo **S** – 12 naturali **jmb$^2$σ** – sterelitate **Ahm** – 13 alte **SA** – reretita **A** – 15 aut uelut *scripsi* uiuet **S** ut uel **Ab** et uelut **j** ut uelut **hmσ** – carui **SA** – 16 praeberti **S$^1$A** praeberi **S$^2$**

**8:** 1 *rubr.* **h$^2$γb** *eadem uerba litt. comm.* **SAh$^1$jσ** *om.* **m** – qualitates **bńø** qualitas **SAR** – 4 occultis **Ah$^1$λfr$^1$** – repperiamus **A** reperiemus **R** – eam **SR** eadem **A** – 5 celeriterque **SA** – 6 -ue **S$^2$jλfyçø** suae **S$^1$Ahρ** que **ç** *om.* **λf** – 8 progenerandi **R** – sobolem **S$^2$AR** – dedit ut **R** dedita **S** dedit **A** – 9 artus **SA** – sollempnes **Ay** solempnes **hf** solepnes **j** – sed *om.* **S$^1$** – 10 eximia **SA** – Siciniae *scripsi* aequitiae **SAR** *cfr Dion. Halic. 3,13,4* – 11 decoraut **S** – 13 olim *scripsi* cum **SA** *om.* **R** – 14 Pullionem **Aj** – pede **h$^2$lp** pedem **SAR** – 15 ipsi **Shjρyçø** ipsum **A** *om.* **λf** – 16 Iudae **S** – 18 Meuania **SA** – uos **SA** – Ligurae **S** – 19

molibus ferarum mirabilis; pares tamen in hac terra uastitate beluas progenerari quis neget, cum intra moenia nostra natos animaduertamus elephantos?

*4* Sed ad genera frugum redeo. Mysiam Libyamque largis aiunt abundare frumentis, nec tamen Apulos Campanosque agros optimis defici segetibus, Tmolon et Corycon flore croceo, Iudaeam et Arabiam pretiosis odoribus inlustrem haberi, sed nec nostram ciuitatem praedictis egere stirpibus: quippe conpluribus locis urbis iam casiam frondentem conspicimus, iam tuream plantam, florentisque hortos murra et croco.

*5* His tamen exemplis nimirum admonemur curae mortalium obsequentissimam esse Italiam, quae paene totius orbis fruges adhibito studio colonorum ferre didicerit. quo minus addubitemus de eo fructu, qui uelut indigena peculiarisque et uernaculus est huius soli. neque enim dubium Massici Surrentinique et Albani atque Caecubi agri uitis omnium, quas terra sustinet, nobilitate uini principes esse.

**9** *1* Fecunditas ab his forsitan desideretur, sed et haec adiuuari potest cultoris industria; nam si[c], ut paulo ante rettuli, benignissima rerum omnium parens natura quasque gentis atque terras ita muneribus propriis ditauit, ut tamen ceteras non in uniuersum similibus dotibus fraudaret, cur ea⟨m⟩ dubitemus etiam in uitibus praedictam legem seruasse, ut, quamuis earum genus aliquod praecipue fecundum esse uoluerit, tamquam Bituricum aut baliscum,

---

**9:** 30 *Verg. ecl. 1,23* – 47–51 *Thphr. CP 3,5,2; Colum. arb. 20,2; Plin. nat. 17,79, 17,84; Pallad. 3,9,5*

---

eminenti **SA** – 20 pares *ed.pr.* paerus **S** parus **A**$^1$ paruas **A**$^2$ pari **hλσ** parias **j** – ueluas **S**$^1$**A**$^1$ – 21 intra moenia **A**$^2$**R** inter amoenia **S** in terra maenia **A**$^1$ – 22 elepitantos **S**$^1$**A**$^1$ elephtantos **A**$^2$ – 23 sed *om.* **AR** – Libyamque **SA**$^2$**jb**$^2$**ç** Libiamque **A**$^1$**hmρø** Lybiamque **b**$^1$**fy** – 24 frumenti **SA**$^1$ – Appulos **R** – opimis **jλfryø** – 25 Tmolon **S**$^2$**r**$^1$ Tmolo **S**$^1$ Imolon **Ahjf** Trocolon **λρø** Troodon **y** Timolon **ç** – Corycion **hjλfçø** Coricion **ρy** – floreo **S**$^1$ – roceo **S** coceo **A**$^1$ – 26 Aradiam **SA**$^1$ – pretios **A**$^1$ – haberi *om.* **S**$^1$ – nec **SAhç** ne **jλfρyø** – 27 spibus **S** s *u. sp.* **A**$^1$ – 28 iam (tam **hø**) tuream plantam **R** tam mature ampliatam **SA** – frontisque **SA** – 32 colorum **SAh**$^1$ – adubitemus **S**$^1$**Aj** dubitemus **S**$^2$ – 33 uel **SA** – uernaculis **Ajρ** – 34 neque *om.* **SAh** – Massici *Ald.* Marsscis **SA**$^1$ Marsici **A**$^2$**R** – Surentinique **SA** – Aluani **SA**$^1$ – 35 uites **R** – nobilitate **γ** non uilitate **S** non utilitate **A** in nobilitate **hλσ** non nobilitate **j**

**9:** 2 nam si ut *Ald.* nisi aut **SA** nam (non **ρ**) sicut **R** – 3 terra situ **SA** – 4 in *om.* **SAry** – 5 eam **γρç** ea **SAR** – 7 precepiue **S** – Vituricum **SA** – baliscum **j** ualiscum **SAhfńçø** uasiliscum (bas- **b**$^1$) **λ** ualistum **y** uasilicum **r** – 8 Ammi-

non tamen sic Aminneum sterile reddiderit, ut ex multis milibus eius ne paucissimae quidem uites fecundae, tamquam in Italicis hominibus Albanae illae sorores, reperiri possint?

*2* Id autem cum sit uerisimile, tum etiam uerum esse nos docuit experimentum, cum et in Ardeatino agro, quem multis temporibus ipsi possedimus, et in Carseolano itemque Albano generis Aminnei uitis notatas habuerimus, numero quidem perpaucas, uerum ita fertiles, ut in iugo singulae ternas urnas praeberent, in pergulis autem singulae denas amphoras peraequarent. *3* nec incredibilis debet in Aminneis haec uideri fecunditas; nam quemadmodum Varro Terentius et ante eum Marcus Cato posset adfirmare sescenas urnas priscis cultoribus singula uinearum iugera fudisse, si fecunditas Aminneis defuisset, quas plerumque solas antiqui nouerant, nisi si putamus ea, quae nuper ac modo palae e longinquis regionibus accersita notitiae nostrae sunt tradita, Biturici generis aut balisci, uineta eos coluisse, cum uetustissimas quasque uineas adhuc existimemus Aminneas?

*4* Si quis ergo talis, qualis paulo ante possedisse me rettuli, Aminneas pluribus uindemiis exploratas notet, ut ex iis malleolos feracissimos eligat, possit pariter generosas uineas et uberes efficere. nihil enim dubium est, quin ipsa natura subolem matri similem esse uoluerit, unde etiam pastor ille in Bucolicis ait:

sic canibus catulos similes, sic matribus haedos.

*5* Unde sacrorum certaminum studiosi pernicissimarum quadrigarum semina diligenti obseruatione custodiunt et spem futurarum uictoriarum concipiunt propagata subole generosi armenti. nos quoque pari ratione, uelut Olympionicarum equarum, ita feracissimarum Aminnearum seminibus electis largae uindemiae spem

---

neum **hρyç** Amininaeum **f** Amminnaeum **ø** – millibus **S** – 9 *post* Italicis *add.* locis **A** – 10 Aluanae **SA**¹ – repperiri **Ahjmfρ** – possent **SA** – 11 ita **SA** – sint **SAρ** – auarisimile **SA** – 12 Ardentino **SA**¹ – 13 *ante* Albano *add.* in **R** – Aminneae **j** Ammenei **y** Amminnei **ø** Amminei **ç** – 14 notatis **A** notas **j** – 15 simile **SA** – 17 Amminneis **h** Ammineis **fyçø** – 18 sescenas *Ash* sexcenas **mh²çø** sextenas **j** septenas **SAh¹bfρy** – 19 si *om.* **R** – 20 Am(m)ineis **ρyç** – 22 Vituri **SA** – aut **R** au **SA** – balisti **y** basilisci **λń** – 23 uetustatissimas **SA**¹ – quasque uineas **hjσ** quasquineas **SAλ** – 25 qualis *om.* **SA** – retuli **mρyç** – 26 Ammineas **Aryç** – his **AR** – malleolis **S**¹ – 27 possit **SA** posset is **R** – 28 sobolem **S²jbρçø** – 29 Bucolicis **mfyçø** Bocolicis **SA** Bucolocis **h** Buccolicis **jbρ** – 30 sic **SR** si **A** – 31 quadrigenarum **SA** *spatium inter* na *et* rum **A** – 33 uictoriarum *om.* **SA** – sobole **S²jbńçø** subule **f** – gerosi **A** – 34 olympioniquarum **A** – 35 minnearum **A**¹ Am(m)inearum **hfρyç** – 37 quidquid **S¹hb** – 39

capiamus. neque est, quod temporis tarditas quemquam deterreat; nam quicquid morae est, in exploratione surculi absumitur. *6* ceterum, cum fecunditas uitis conprobata est, celerrime insitionibus ad maximum numerum perducitur. eius rei testimonium tu praecipue, Siluine, perhibere nobis potes, cum pulchre memineris a me duo iugera uinearum intra tempus bienni ex una praecoque uite, quam in Caeretano tuo possides, insitione facta consummata.

*7* Quemnam igitur existimas uitium numerum intra tantundem temporis interseri posse duorum iugerum malleolis, cum sint ipsa duo iugera unius uitis progenies? quare, si, ut dixi, laborem et curam uelimus adhibere, facile praedicta ratione tam feraces Aminnei generis uineas constituemus quam Biturici aut balisci; tantum retulerit, ut in transferendis seminibus similem statum caeli locique et ipsius uitis habitum obseruemus, quoniam plerumque degenerat surculus, si aut situs agri aut aeris qualitas repugnat aut etiam si ex arbore in iugum defertur.

*8* Itaque de frigidis in frigida, de calidis in similia, de uinetis in uineas transferemus. magis tamen ex frigido statu stirpis Aminnea potest calidum sustinere quam ex calido frigidum, quoniam cum omne uitis genus, tum maxime praedictum naturaliter laetatur tepore potius quam frigore. *9* sed et qualitas soli plurimum iuuat, ut ex macro aut mediocri transducatur in melius; nam quod adsuetum est pingui, nullo modo maciem terrae patitur, nisi saepius stercores.

Atque haec de cura eligendi malleoli generatim praecepimus; nunc illud proprie specialiter, ut non solum ex fecundissima uite sed et uitis parte feracissima semina eligantur.

**10** *1* Feracissima autem semina sunt non, ut ueteres auctores crediderunt, extrema parte[st], quod caput uitis appellant, id est ultimum

10: *Thphr. CP 3,5; Gp. 5,8* – 1–3 *Colum. arb. 3,1; Pallad. 3,9,7* – 9–12 *Plin. nat. 17,153* – 20–49 *Plin. nat. 17,156–158* – 20–23 *Pallad. 3,9,5* – 27–33 *Colum. arb. 3,1, 20,1* – 92–115 *Plin. nat. 17,156–158* – 92–101 *Pallad. 3,9,8* – 120–123 *Verg. georg. 2,197–200*

pracipue **S** – 40 pulcire **SA**[1] – 41 biennii **R** – 42 Caeretano **A**[2] Cereno **SA**[1] Cerretano **R** – consummataque **fyø** consumataque **hjλρç** – 44 iugerum *om.* **A**[1] – 46 adibere **S**[1] – Am(m)inei **ρyç** – 47 uineis **Aj** – qua **SA**[1]**jmρ** – Biturigi **SAj** – balisti **y** basilisci **j**[1] – 48 rettulit **A** rettulerit **hbfø** – intra sperendis **S**[1] intra sperendi **A**[1] – 50 situ saga ut **S**[1]**A** – 53 status **SAf**[1]**ρ** – Am(m)inea **ńyç** – 54 callidum **S**[1] – quem **S** – 60 decureligendi **S**[1] – 61 illut **S**[1] – ut non solum *bis* **A**[1] – ex *om.* **SA** – 62 semine ligantur **S**

et productissimum flagellum. nam in eo quoque falluntur agricolae, sed erroris est causa prima species et numerus uuarum, qui plerumque conspicitur in productissimo sarmento. quae res nos decipere non debet: id enim adcidit non palmitis ingenita fertilitate sed loci opportunitate, quia reliquas trunci partes umor omnis et alimentum, quod a solo ministratur, transcurrit, dum ad ultimum perueniat. *2* naturali enim spiritu omne alimentum uirentis quasi quaedam anima per medullam trunci ueluti sifone, quem diabeten uocant mechanici, trahitur in summum, quo cum peruenit, ibi consistit atque consumitur. unde etiam materiae uehementissimae reperiuntur aut in capite uitis aut in crure uicino radicibus. *3* sed et hae steriles, quae e duro citantur, ac duplici ex causa robustae sunt, quod a fetu uacant quodque ex proximo terrae integro atque inlibato suco aluntur; et illae fertiles ac firmae, quia e tenero prorepunt, et quicquid, ut supra dixi, ad eas alimenti peruenit, indiuiduum est. mediae sunt macerrimae, quas transcurrit hinc parte aliqua interceptus, illinc ad se tractus umor.

*4* Non debet igitur ultimum flagellum quasi fecundum obseruari, etiam cum plurimum adferat, siquidem loci ubertate in fructum cogitur, sed id sarmentum, quod media uite situm ne inportuna quidem parte deficit ac numeroso fetu benignitatem suam ostendit. hic surculus translatus rarius degenerat, quoniam ex deteriore statu meliorem sortitur; siue enim pastinato deponitur siue trunco inseritur, largioribus satiatur alimentis, quam prius, cum esset in egeno. *5* itaque custodiemus, ut e praedictis locis, quos umeros rustici uocant, semina legamus, eaque tamen tulisse fructum animaduertemus; nam si fetu uacua sint, quamuis laudabilem partem uitis

---

**10:** 2 parte *scripsi* pars est **SAhλσ** pars **j** – 3 palluntur **S**$^1$**A** – 4 primi **A** – 5 conficitur **S** – in *om.* **SA** – prudentissimo **A** – 6 despicere **h**$^2$**fr**$^2$**ńyø** – non (*ante* debet) *om.* **SA** – palmites **Ah**$^1$ – 7 oportunitate **Ahjmfρø** – runci **SA**$^1$ – 8 transcircum **SA**$^1$ – ultmum **A**$^1$ – 9 spirituum ne **A**$^1$ – 10 quadam **SA**$^1$ – sifone *Thes. 5:1,939,55 sq.* sifons **S** sifonse **A**$^1$ sifonem **A**$^2$ siphonem **R** – 11 mecchanici **SA** – tratur **A**$^1$ – peruenerit **A**$^2$**R** – 13 repperiuntur **A** – 14 stirpes **R** – e **hλfyçø** et **ρ** *om.* **SAj** – utantur **SA** – ac *om.* **R** – probatae **R** – 15 uocant **SAρyø** – quotque **A** – 16 quia **Shλf**$^1$**çø** quae **Aj** qui **f**$^2$**y** qua **ρ** – e **S** et **R** *om.* **A** – 17 elementi **S** – 18 acerrimae **S** – quas **SA** qua **hjσ** quae **m** quia **b** – 19 illic **A** – ad **SAh**$^1$ a **R** – 21 etiam **SR** et ita **A** – cum **SA** si **R** – 22 sed id **SR** sedit **A** – nec **R** – 24 parius **S**$^1$ minus **h**$^2$**fyø** raminus **h**$^1$ – 25 pastinatio **Ah**$^1$**j** – 26 largioribus satiatur *om.* **SA** – 27 e **SA** a **R** – humerosos **R** – 28 eaque tamen **SA** tamen quae **R** – utilisse **A**$^1$ tilisse **A**$^2$ adtulisse **R** – animaduertimus **R** – 29

nihil censemus ad feracitatem conferre malleolo; quare uitiosissima est eorum agricolarum opinio, qui minimum referre credunt, quod uuas sarmentum habuerit, dum ex uite fertili legatur et non ex duro trunco enatum, quod pampinarium uocant. *6* haec autem opinio, quae est orta ex inscientia seminum eligendorum, primum parum fecundas uineas, deinde etiam nimis steriles reddit. quis enim omnino iam per tam longam seriem annorum agricola malleolum legentibus praecepit ea, quae paulo ante rettulimus, immo quis non inprudentissimum quemque et eum, qui nihil aliud operis facere ualeat, huic negotio delegat? itaque ex hac consuetudine ueniunt inprudentissimi ad rem maxime necessariam, deinde etiam infirmissimi; nam inutilissimus quisque, ut dixi, qui nullum alium laborem ferre queat, huic officio adplicatur. *7* is porro, etiam si quam scientiam eligendi malleoli habet, eam propter infirmitatem dissimulat ac superponit, et, ut numerum, quem uilicus imperauit, explere possit, nihil curiose, nihil religiose administrat; unumque est ei propositum peragere laboris sui pensum, cum tamen, ut et sciat et, quod sciat, exsequatur, hoc solum praeceptum a magistris accipit, ne pampinariam uirgam deplantet, cetera omnia ut seminibus contribuat.

*8* Nos autem primo rationem secuti, nunc etiam longi temporis experimentum, non aliud semen eligimus nec frugiferum esse ducimus, nisi quod in parte genitali fructum attulerit. nam illud quidem, quod loco sterili laetum robustumque sine fetu processit, fallacem fecunditatis imaginem praefert, nec ullam generandi uim possidet. *9* id procul dubio uerum esse ratio nos admonet, si modo, ut in corporibus nostris propria sunt officia cuiusque membri, sic et frugiferarum stirpium partibus propria munia: uidemus hominibus inspiratam uelut aurigam rectricemque membrorum animam, sensus iniectos ad ea discernenda, quae tactu quaeque naribus auribusque et oculis indagantur, pedes ad gressum conpositos, brachia ad conplexum; ac ne per omnes uices ministeriorum uagetur insolenter

uacuas in **A** – laudabile **SA** – 31 agricolorum **A** – 32 *post* dum *add.* et **SA** – 34 orta est **R** – 35 secundas **SA** – 36 agricolae **AR** – 37 legenti **AR** – praeficit **jmfr$^2$ńy$^2$ø** – retulimus **mρyç** – 38 aliut **S$^1$** – 39 deligat **S** – 40 ad … infirmissimi *om.* **A** – infirmissimi nam **Sjm** (nam **A**) infirmissimam **hbσ** – 45 relegiosae **A** – 46 et ut **R** – 47 exsequatur **R** sequatur et **SA** – 48 nec **Sλ** – 49 tribuat **A** – 51 aliut **S$^1$** – fraugiferum **S$^1$** – 52 illut **S$^1$** – 53 luco **S$^1$** – fetu **SAj** fructu **hλσ** – cessit **SA** – 54 praebet **hjbfrç** – 56 cuiusque membri sic **R** cuiusque membris propria sunt officia **S** *om.* **A$^1$** cuiusque membri sic propria sunt officia **A$^2$** – 57 unia **S$^1$** – 58 rectique **S** – 59 iniectos **γp** inlectos **SAR** – quaeque *om.* **jλσ** – 60 egressum **S** – 61 ministerum **S** – 62 *post* ualent *add.* nisi **A** – quod

oratio, nihil aures agere ualent, quod est oculorum, nihil oculi, quod est aurium. *10* ne generandi quidem data est facultas manibus aut plantis, sed quod hominibus ignotum uoluit esse genitor uniuersi, uentre protexit, ut diuina praedita ratione rerum aeterna opifex quasi quibusdam secretis corporis in arcano atque operto sacra illa spiritus elementa cum terrenis primordiis misceret atque hoc animantis machinae speciem effingeret. *11* hac lege pecudes, hac uirgulta progenuit, hac uitium genera figurauit, quibus eadem ipsa mater ac parens primum radices uelut quaedam fundamenta iecit, ut is quasi pedibus insisteret, truncum deinde superposuit uelut quandam staturam corporis et habitus, mox ramis diffudit quasi brachiis, tum pampinos elicuit uelut palmas eorumque alios fructu donauit, alios fronde sola uestiuit ad protegendos tutandosque partus.

*12* Ex iis igitur, ut supra diximus, si non ipsa membra genitalia conceptu atque fetu grauida sed tamquam tegumina et umbracula eorum, quae fructibus uidua sunt, legerimus, umbrae scilicet, non uindemiae laborauerimus. *13* quid ergo est? cur, quamuis non sit e duro pampinus sed e tenero natus, si tamen orbus est, etiam in futurum quasi sterilis damnatur a nobis? modo enim disputatio nostra colligebat unicuique corporis parti proprium esse adtributum officium, quod scilicet ei conuenit, ut malleolo quoque, qui opportuno loco natus est, fecunditatis uis adsit, etiam si interim cesset a partu. *14* nec ego abnuerim hoc me instituisse argumentari, sed et illud maxime profiteor palmitem quamuis frugifera parte enatum, si fructum non adtulerit, ne uim quidem fecunditatis habere. nec hoc illi sententiae repugnat: nam et homines quosdam non posse generare quamuis omni membrorum numero constante manifestum est, ne sit incredibile, si genitali loco uirga nata fructu careat, carituram quoque fetu.

---

est oculorum nihil oculi *om.* **SA** – 63 gerandi **S** – 64 uniuersis **S** – 65 ut *om.* **S**$^{1}$ – 67 primordii **S** – 68 imagine **S** macine **A** – specie **S** – hac (*ante* uirgulta) **SA** ac **hjfρyø** et **λç** – 69 figurauit **SR** uit **A** – 70 primam **S** – fundamenta quaedam **R** – ut is **Sjø** ut iis **Ahλfyç** uitis ut iis **ρ** – 71 trunci **SA**$^{1}$ – perposuit **S** – 72 habitu **S** – raris **S** – diffundit **S** – 73 tum **R** cum **SA** – *ante* pampinos *add.* caules **R** – alius **S**$^{1}$**A** – fructus **Sj**$^{1}$**ń** – 74 utandosque **S** – 76 iis **S** his **AR** – si *om.* **S**$^{1}$ – 77 grauidas et **S**$^{1}$ – tegumina et *scripsi* teguminet **S**$^{1}$ tegumen et **S**$^{2}$ tegmina et **AR** – 78 fructu **S** – bidua **S**$^{1}$ idua **A** – 79 laborauimus **A** – 80 panpinus **S** – e **AR** et **S** – 83 oportuno **A** – 84 luto **S**$^{1}$**A** – a partu **S**$^{2}$**R** apertum **S**$^{1}$**A** – 85 argumentaris et **S**$^{1}$ – 86 illut **S**$^{1}$ – 88 repugnant **SAh** – 89 cenare **S**$^{1}$

*15* Itaque, ut ad consuetudinem agricolarum reuertar, eiusmodi surculos, qui nihil tulerint, spadones appellant, quod non facerent, nisi eos suspicarentur inhabiles frugibus; quae et ipsa appellatio rationem mihi subiecit non eligendi malleolos quamuis probabili parte uitis enatos, si fructum non tulissent, quamquam et hos ipsos sciam non in totum sterilitate adfectos. nam confiteor pampinarios quoque, cum e duro processerint, tempore anni sequentis adquirere fecunditatem et ideo in resicem summitti, ut progenerare possit. *16* uerum eiusmodi partum conperimus non tam ipsius resicis quam materni esse muneris; nam quia inhaeret stirpi suae, quae est natura ferax, mixtus adhuc parentis elementis et fecundis pastus seminibus ac uelut altricis uberibus eductus, paulatim fructum ferre condiscit. at quae citra naturae quandam pubertatem immatura atque intempestiua planta, direpta trunco, uel terrae uel etiam stirpi recisae inseritur, quasi puerilis aetas ne ad coitum quidem, nedum ad conceptum habilis, uim generandi uel in totum perdit uel certe minuit.

*17* Quare magno opere censeo in eligendis seminibus adhibere curam, ut e fructuosa parte uitis palmites legamus eos, qui futuram fecunditatem iam dato fructu promittunt, nec tamen contenti simus singulis uuis, maximeque probemus, qui numerosissimis fetibus conspiciuntur. an opilionem laudabimus ex ea matre subolem propagantem, quae geminos enixa sit, et caprarium summittentem fetus earum pecudum, quae trigemino partu commendantur, uidelicet quia speret parentium fecunditati prolem responsuram?

*18* Et nos sequemur in uitibus hanc ipsam rationem tanto quidem magis, quod compertum habemus naturali quadam malignitate

---

genare **A** – 92 ut *om.* **A** – agricularum **A** – 93 attulerint **R** – 95 quamquamuis **SA** – 96 ipsos *om.* **AR** – 97 adfetos **SA** – *ante* pampinarios *add.* nam **SA** – pampinarius **A** – 98 processerint **hjλfr$^{1}$** toceserint **S** tocesserint **A** prorepserint **r$^{2}$ńçø** proresperint **y** – sementis **SAρy** – 99 resicem *scripsi* resicendum **SAfr$^{1}$** resecem **R** resectam **y** – mitti **S** mittit **Ah$^{1}$fr$^{1}$** – 100 resecis **R** – 101 maternis **SAρ** – 102 mistus **A** – ad hoc **SA** – fecundi **jλfρyø** – 103 altaricis **S** – fere **SA** – 104 pubertate **A** – intempestatiua **S** intempestiuam (-statiuam **A$^{2}$**) **A** – 105 deirepta **S** teirepta **A** – stirpe **SA** – recisae **lç** recisse **SA$^{2}$** cisse **A$^{1}$** recesae **hbfρyç** resecae **j** recescae **mø** – 107 gerandi **SA$^{1}$** – in *om.* **A$^{1}$** – perdidit **SA** – 108 magnopere **R** – 109 curam ut e fructuosa parte *om.* **S$^{1}$** – ut e **S$^{2}$A** uti **R** – 110 toto **R** – fructum **SA** – contentissimus **S$^{1}$A** – 111 prebemus **SA** – 112 conspiciunt **SA** – upilionem **S$^{1}$A** – macre **SA$^{1}$** – sobolem **S$^{2}$jbρçø** – 113 enixa **A$^{2}$R** ex ipsa **SA$^{1}$** – summittente **A** – 114 trigimino **SA** – 115 speret **SA** semper et **R** – parentum **R** – fecunditate **SA** – resconsula **S** responsura **A** – 116 nos *bis* **SA** – 117 comitatum **SA** – habeamus **R** – 118 descissere **S** – 119 inculcet

desciscere interdum quamuis diligenter probata semina; idque nobis poeta uelut surdis ueritatis inculcet dicendo:

uidi lecta diu et multo spectata labore
degenerare tamen, ni uis humana quotannis
maxima quaeque manu legeret. sic omnia fatis
in peius ruere ac retro sublapsa referri.

quod non tantum de seminibus leguminum sed in tota agricolationis ratione dictum esse intellegendum est, *19* si modo longi temporis obseruatione conperimus, quod certe comperimus, eum malleolum, qui quattuor uuas tulerit, deputatum et in terra depositum a fecunditate materna sic degenerare, ut interdum singulis, nonnumquam etiam binis uuis minus adferat. *20* in quantum autem censemus defecturos eos, qui binos aut fere singulos fetus in matre tulerint, cum etiam feracissimi translationem saepe reformident? itaque huius rationis demonstratorem magis esse me quam inuentorem libenter profiteor, ne quis existimet fraudari maiores nostros laude merita. nam id ipsum sensisse eos non dubium est, quamuis nullo alio sit scripto proditum, exceptis, quos rettuli, numeris Vergili, et sic tamen, ut de seminibus leguminum praecipiatur.

*21* Cur enim aut e duro natam uirgam aut etiam ex fecundo malleolo, quem ipsi probassent, decisam sagittam repudiabant, si nihil interesse ducebant, ex quo loco semina legerentur? nunc, quia uim fecunditatis certis quasi membris inesse non dubitabant, idcirco pampinarium et sagittam uelut inutiles ad deponendum prudentissime damnauerunt. quod si ita est, nihil dubium est multo magis ab his improbatum esse etiam illum palmitem, qui frugifero loco natus fructum non attulisset. *22* nam si sagittam, id est superiorem partem malleoli, uituperandam censebant, cum esset eadem pars surculi frugiferi, quanto magis uel ex optima uitis parte natum

---

*Morgagnus* (*Gesner p. 1199*) incollet **S**$^1$ incolcet **S**$^2$**A** indulget **R** – diligendo **SA** – 120 uidi lecta diu et **SR** uidelicet adiuuet **A** – muto **S**$^1$ – 121 quodannis **SA** – 122 satis **Shbfry** – 123 fruere **A** – sublapsae **A** sublassa **hjλfϱy** sublaxa **ø** – ferri **S**$^1$**A** – 124 de *om.* **R** – tota agricolatıonis ratione *Ash* tota agricolatione spatione **SA** totam agricolationis rationem **R** – 127 qui **S**$^2$**R** quid **S**$^1$ quit **A** – deputatur **SA** – terram **R** – depositum **R** que positum **SA** – 129 uuis *om.* **A**$^1$ – adferant **SAλf**$^1$**ç** – 130 defecturos **h**$^2$**γ** despecturos **SAh**$^1$**jbfø** destituros *uel* descituros **mϱyç** – 131 formident **SAh** – 132 sationis **A** – demonstratiorem **A** – 133 lauda **A** – 134 meritta **S**$^1$ *ut uidi, postea ras.* meriacta **A** – 135 quos **SAjø** quod **hλfϱyç** – rettulimus (retu- **jmϱç**) metris **R** – 136 hic **R** – ut de **SR** uide **A** – 137 enim **SR** em **A** – 141 panpinarium **S** – 143 esse **ϱç** esset **SAR** – illud **SA** – 144 sagitta **SA** – 145 uituperanda **SA** – 147 si *om.* **R** – 148 eam **SA** – abscis-

flagellum, si est sterile, inprobatum ab his ratio ipsa declarat, nisi si tamen, quod est absurdum, crediderunt eum translatum et abscisum a sua stirpe destitutumque materno alimento frugi fore, qui ⟨i⟩n ipsa matre nequam fuisse⟨t⟩.

Atque haec et forsitan pluribus dicta sint, quam exigebat ratio ueritatis, minus tamen multis, quam postulabat praue detorta et inueterata opinio rusticorum.

## 11 De pastinatione

*1* Nunc ad reliquum ordinem propositae disputationis redeo. sequitur hanc eligendi malleoli curam pastinationis officium, si tamen ante de qualitate soli constiterit. nam eam quoque plurimum et bonitati et largitati frugum conferre nihil dubium est.

## Quali solo uinea deponenda sit

Ac priusquam ipsum solum perspiciamus, illud antiquissimum censemus rudem potius eligendum agrum, si sit facultas, quam ubi fuerit seges aut arbustum. *2* nam de uinetis, quae longo situ exoleuerunt, inter omnis auctores constitit pessima esse, si reserere uelimus, quod et inferius solum plurimis radicibus sit inpeditum ac uelut inretitum, et adhuc non amiserit uirus et cariem illam uetustatis, quibus hebetata quasi aliquibus uenenis humus torpeat. *3* quam ob causam siluestris ager praecipue est eligendus, qui etiam si frutectis aut arboribus obsessus est, facile extricatur, quod suapte natura quaecumque gignuntur non penitus nec in profundum radices agunt sed per summam terrae dispergunt atque diducunt,

---

**11:** 9–29 *Pallad. 2,13,2* – 36–41 *Varro rust. 1,9,7* – 38–50 *Verg. georg. 2,217–223; Plin. nat. 17,25, 17,29; Pallad. 2,13,3* – 54–57 *Plin. nat. 17,27* – 58–65 *Plin. nat. 17,25, 17,29, 17,33* – 58–69 *Pallad. 2,13,4–5*

---

sum **Ahjfyçø** – 149 mater non **SA** – frugi fore *Hagendahl Eranos 35,102 sq.* frugifero **SAR** – qui in **hq** quin **SAR** – 150 fuisset **qlp** fuisse **SAR** – 151 exiebant $S^1$ exigebant $S^2$ exebant **A** – deteriora **A**

**11:** 1 *pr.* **SAhbfyçø** – 2 nunc $S^2R$ tunc $S^1A$ – relinquum $S^1$ – 4 constituerit $Ah^1j$ – 6 *pr.* **SAhbfyç** – 7 solum *om.* **AR** – 9 uinetis $h^1λç$ uidetis **SA** uineis $h^2jσ$ – 10 omnes **AR** – 13 habetata $A^1$ – torreat **SA** – 14 acer $S^1$ – 15 fructetis **hλσ** – obsessus $A^2hjλρ$ obsessis $SA^1$ oppressus **fyçø** – 16 in *om.* **SA** – 17 summam **Ahjλyø** summa **S** summum **fρç** – terreae **S** – diducunt *Thes. 5:1,1019, 3* dicuntur **SA** deducunt **R** – 18 recessis $S^1$ recissis $S^2$ recesciss **A** – et **SA** atque

quibus ferro recisis et extirpatis, parum, quod superest, inferioris soli rastris licet effodere et in fermentum congerere atque conponere. si tamen rudis terra non sit, proximum est uacuum ab arboribus aruum, si nec hoc est, rarissimum arbustum uel oliuetum, melius tamen uetus oliuetum, quod non fuerit maritum, uineis destinatur. *4* ultima est, ut dixi, conditio restibilis uineae; nam si necessitas facere cogit, prius, quidquid est residuae uitis, extirpari debet, deinde totum solum sicco fimo aut, si id non sit, alterius generis quam recentissimo stercorari atque ita conuerti et diligentissime refossae omnes radices in summum regeri atque comburi, tum rursus uel stercore uetusto, quia non gignit herbas, uel de uepribus egesta humo pastinatum large contegi.

*5* At ubi pura noualia et ab arboribus sunt libera, considerandum est, antequam pastinemus, surcularis necne sit terra; idque facillime exploratur per stirpes, quae sua sponte proueniunt. neque enim est ullum tam uiduum solum uirgultis, ut non aliquos surculos progeneret, tamquam piros siluestris et prunos uel rubos certe. nam haec quamuis genera spinarum sint, solent tamen fortia et laeta et grauida fructu consurgere. *6* igitur, si non retorrida nec scabra sed leuia et nitida et prolixa fecundaque uiderimus, eam intellegimus esse terram surcularem. sed hoc in totum ad illud, quod uineis praecipue est idoneum, proprie considerandum, ut prius rettuli, si facilis est humus et modice resoluta, quam dicimus pullam uocitari, nec quia sola ea, sed quia sit habilis maxime uinetis.

*7* Quis enim uel mediocris agricola nesciat etiam durissimum tufum uel carbunculum, simulatque sit confractus et in summis regestus, tempestatibus et gelu nec minus aestiuis putrescere caloribus ac resolui, eumque pulcerrime radices uitium per aestatem refrigerare sucumque retinere — quae res alendo surculo sunt ad-

---

**R** – exstirpatis **A** – parum γ purum **SAR** – 19 lucet **A**$^1$ – 20 ab *om.* **R** – 21 aurum **SA** – rasissimum **A** – 23 condicio **A** – restiuilis **SA** – 24 quicquid **A** – exstirpari **A** – 25 rotum **A**$^1$ – sicco *om.* **SAh** – si id **R** sit **S**$^1$**A** si **S**$^2$ – 26 quam recentissimo **SR** quacentissimo **A** – stercorari **A** stercerari **S** stercori **λfy**$^2$ stercore **h**$^2$**jϱy**$^1$**çø** stercorei **h**$^1$ – conuertit **R** – 27 refossae *Schn.* refossas **SAR** – omnis **S** – comburi tum **hλσ** comburitur **SA** conburi *u. sp.* **j** – 28 ueto **SA** – 29 haegesta **S**$^1$**A** – 30 et *om.* **jλfyçø** – ab *om.* **A** – 31 surculiris **A**$^1$ – 33 aliquo **A**$^1$ – 34 siluestres **jλσ** – 36 terrida **A** retorridet **R** – nec **S** et **A** *om.* **R** – scabras et **Ah**$^1$**jλσ** – 41 sola ea **SA**$^2$ solea **A**$^1$ sola **R** – 42 qui **S** – 43 sit confractus *Thes. 4,255,24 sq.* situm confractum **SA** si sint confracti **R** – summis *Thes. 4,255,24 sq.* summus **SA** summo **R** – 44 regesti **R** – *ante* putrescere *add.* et **SA** – 45 pulcher-

commodatissimae —, simili quoque de causa probari solutam glaream calculosumque agrum et mobilem lapidem, si tamen haec pingui glebae permixta sunt — nam eadem ieiuna maxime culpantur —? *8* est autem, ut mea quoque fert opinio, uineis amicus etiam silex, cum superpositum est modicum terrenum, quia frigidus et tenax umoris per ortum Caniculae non patiatur sitire radices. Hyginus quidem, secutus Tremelium, praecipue montium ima, quae uerticibus defluentem humum receperint, uel etiam ualles, quae fluminum adluuie et inundationibus concreuerint, aptas esse uineis adseuerat, me non dissentiente.

*9* Cretosa humus utilis habetur uiti; nam per se ipsa creta, qua utuntur figuli quamque nonnulli argillam uocant, inimicissima est nec minus ieiunus sabulo et quidquid, ut ait Iulius Atticus, retorridum surculum facit. id autem solum uel uliginosum est uel salsum uel amarum etiam uel siticulosum et peraridum. nigrum tamen et rutilum sabulonem, qui sit uiuidae terrae permixtus, probauerunt antiqui; nam carbunculosum agrum, nisi stercore adiuues, macras uineas efficere dixerunt. *10* grauis est rubrica, ut idem Atticus ait, et ad conprehendendum radicibus iniqua, sed alit eadem uitem, cum tenuit, uerum est in opere difficilior, quod neque umentem fodere possis, quod sit glutinosissima, nec nimium siccam, quia ultra modum praedura.

**12** *1* Sed ne nunc per infinitas terreni species euagemur, non intempestiue commemorabimus Iuli Graecini conscriptam uelut formulam, ad quam pos⟨s⟩it aestimatio referri terrae uinealis. idem enim Graecinus sic ait: esse aliquam terram calidam uel frigidam, umidam uel siccam, raram uel densam, leuem aut grauem,

---

**12:** 22–31 *Pallad. 2,13,5* – 38 *Verg. georg. 2,298; Plin. nat. 17,19* – 41–47 *Plin. nat. 17,20–22, 18,328; Pallad. 2,13,6; Gp. 5,4*

---

rime **A**$^2$**R** – 49 pinguit **S**$^1$**A** – glaeuae **A** – 50 fers **A**$^1$ – 54 Tremellium **λρ** – 55 receperint *Ald.* reciperent **SAR** – 56 adlubiae **SA** – congreuerint **S**$^1$ – 57 ne **SA**$^1$ – 59 utuntur **R** ut undatur **SA** – 60 quicquit **A**$^1$ quicquid **A**$^2$ – 61 falsum **S**$^1$**A** – 62 uel (*ante* amarum) *om.* **SA** – situculosum **SA** – 63 humidae **hjλfρ** uuidae **ç** – 64 *post* nisi *add.* si **hmσ** – stercore **R** stercere **S** sterceres **A** *post add.* iuues **jλρyçø** – adiuues **SA** rediuiuus **fńyçø** rediuus **λ** rediuimus **r** *om.* **hj** – 65 est **R** et **SA** – 66 conprehendum **SA** – iniquas et **S**$^1$**A** – 67 umentem *Ash* umentum **S** umentu **A**$^1$ humentu **A**$^2$ humentem **R** – 68 minium **SA**

**12:** 1 tunc **A**$^1$ – 2 commemorabimus **γp** commemorauimus **SAR** – 3 at **A** – possit aestimatio *Dahllöf pp. 127 sq.* positaestimatio **S** positaestimitatio **Ahjfr**$^1$ posita est estimatio **λρyçø** – referri **p** referre **SR** refferre **A** – 4 uel frigidam *om.* **S**$^1$

pinguem aut macram; sed neque nimium calidum solum posse tolerare uitem, quia inurat, neque praegelidum, quoniam uel stupentis et congelatas radices nimio frigore moueri non sinat, quae tum demum se promunt, cum modico te[m]pore euocantur; umorem terrae iusto maiorem putrefacere deposita semina: *2* rursus nimiam siccitatem destituere plantas naturali alimento, aut in totum necare aut scabras et retorridas facere; perdensam humum caelestis aquas non sorbere nec facile perflari, facillime perrumpi et praebere rimas, quibus sol ad radices stirpium penetret, ea⟨n⟩demque uelut conclausa et coartata semina conprimere atque strangulare: *3* raram supra modum uelut per infundibulum transmittere imbres et sole ac uento penitus siccari atque exarescere; grauem terram uix ulla cultura uinci: leuem uix ulla sustineri; pinguissimam et laetissimam luxuria, macram et tenuem ieiunio laborare. opus est, inquit, inter has tam diuersas inaequalitates magno temperamento, quod in corporibus quoque nostris desideratur, quorum bona ualitudo calidi et frigidi, umidi et aridi, densi et rari certo et quasi examinato modo continetur. *4* nec tamen hoc temperamentum in terra, quae uineis destinetur, pari momento libratum esse debere ait, sed in alteram partem propensius, ut calidior terra sit quam frigidior, siccior quam umidior, rarior quam densior, et si qua sunt his similia, ad quae contemplationem suam derigat, qui uineas instituet.

*5*. Quae cuncta, sicut ego reor, magis prosunt, cum suffragatur etiam status caeli, cuius regionem quam spectare debeant uineae, uetus est dissensio, Saserna maxime probante solis ortum, mox deinde meridiem, tum occasum, Tremelio Scrofa praecipuam posi-

– 6 magram **SA** – 7 posset onerare **S**$^1$ – 9 frigore **d**$^1$**γlpρç** frigori **SAR** – 10 tepore **xtl** tempore **SAR** – euocant **R** – 12 aut **S** ut **AR** – 13 neccare **SA** – 16 eandemque **γ** eademque **SAR** – uelud **A** – 18 infudibulum **S** – 20 exrarescere **S** – ullam cultura **A**$^1$ ullam culturam **A**$^2$**h**$^1$**jλσ** – uinci leuem **SA** uincibilem **R** – 22 luxuriam **SA**$^1$ – agram **S**$^1$**A**$^1$ magram **S**$^2$**A**$^2$ – iaiunio **S** – laborrare **S**$^1$ – 23 inquid **A** – interest **SA** – inaequalitate **A** – 25 ualetudo **jmfryø** – 26 examinati **SA** – contineatur **SA** – 27 temperamentom **A**$^1$ – 28 esse debere ait **R** esset deberent **SA** – set **S**$^1$ – 30 ad quae **R** atque **SA** – 31 exuam **SA** – derigat *scripsi* derigam **SA** dirigat **R** – uinea **S** – 33 uinae **S**$^1$ – 34 dissensio **cγρç** dissentio **SAR** – probanti **SA** – 35 Tremelio *Ash* Tremelior **SA** Tremelius **hjfyçø** Tremellius **λρ** – 36 meridiana **SA**$^1$ – cessente **A** – de **γ** deinde **SAR** *uide diss.*

tionem meridianam censente, Vergilio [dein] de industria occasum sic repudiante[m]:

neue tibi ad solem uergant uineta cadentem,

Democrito et Magone laudantibus caeli plagam septentrionalem, quia existiment ei subiectas feracissimas fieri uineas, quae tamen bonitate uini superentur. *6* nobis in uniuersum praecipere optimum uisum est, ut in locis frigidis meridiano uineta subiciantur, tepidis orienti aduertantur, si tamen non infestabuntur Austris Eurisque uelut orae maritimae in Baetica. sin autem regiones praedictis uentis fuerint obnoxiae, melius Aquiloni uel Fauonio committentur, nam feruentibus prouinciis, ut Aegypto et Numidia[e], uni septentrioni rectius oppone⟨n⟩tur.

Quibus omnibus diligenter exploratis tum demum pastinationem suscipiemus.

**13** *1* Eius autem ratio cum Italici generis futuris agricolis, tum etiam prouincialibus tradenda est, quoniam in longinquis et remotis fere regionibus istud genus uertendi et subigendi agri minime usurpatur, sed aut scrobibus aut sulcis plerumque uineae conseruntur.

## De mensura scrobum

*2* Scrobibus uinea sic ponitur: quibus autem mos est scrobibus deponere, fere per tris longitudinis pedes perque duos pedes in altitudinem cauato solo, quantum latitudo ferramenti patitur, malleolos utrimque iuxta latera fossarum consternunt et aduersis scrobum

---

**13:** 7–33 *Colum. arb. 4,3; Plin. nat. 17,167* – 7–22 *Pallad. 2,10,3* – 14–18 *Varro rust. 1,8,5* – 22–33 *Pallad. 2,10,1–2* – 38–42 *Pallad. 2,10,1, 2,13,7* – 49–57 *Thphr. HP 2,5,2; Pallad. 2,13,7* – 49–51 *Colum. arb. 4,3; Plin. nat. 17,168; Pallad. 2,13,7* – 54–57 *Plin. nat. 17,80* – 66–76 *Pallad. 2,10,3*

---

*pp. 124 sq.* – 37 repudiante **γb²lpç** repudiantem **SAR** – 39 Magnone **A** – plaga **S** – 40 fieri *om.* **A** – 42 *ante* meridiano *add.* e **SA** – meridisano **SA¹** – subiacentur **SA¹** – 43 ortenti **A** – infestabantur **A¹** – 44 Eurisque **j** Aeris quae **SA** aurisque **h²bf** aurisque quae **mρyçø** – Vetiga **SA¹** – tin **SA** – praedictis uentis **R** praedicti ⌈sunt is (his **A**) **SA** – 45 Fabonio **SA** – committetur **S¹** – 46 fereuntibus **SA** – ut **γp** et **SAR** – Numidia **γ** Numidiae **SAR** – 47 opponentur **zäγ** opponetur **SAR**

**13:** 3 istut **S¹** – 4 usurpatus **SAhmf²ρy** – et **S** – 6 *pr.* **SAhbfyç** – 7 uineta **hjλfryø** – 8 tres **Ahλσ** – longitudines **hj¹ø** longitudine **λfρyç** – pedes (*post* longitudinis) *om.* **SA** – 10 aduersi **SA** – 12 passim **AR** – coequam **SA** – quae

frontibus curuatos erigunt duabusque gemmis supra terram eminere passi reposita humo cetera coaequant, quae faciunt in eadem linea intermissis totidem pedum scamnis, dum peragant ordinem. *3* tum deinde relicto spatio, prout cuique mos est uineas colenti, uel aratro uel bidente sequentem ordinem instituunt. et si fossore tantum terra uersetur, minimum est quinque pedum interordinium, septem maximum; sin bubus et aratro, minimum septem pedum, satis amplum decem. *4* nonnulli tamen omnem uitem per denos pedes in quincuncem disponunt, ut more noualium terra transuersis aduersisque sulcis proscindatur. id genus uineti non conducit agricolae, nisi ubi laetissimo solo uitis amplo incremento consurgit.

At qui pastinationis impensam reformidant sed aliqua tamen parte pastinationem imitari student, paribus alternis omissis spatiis senum pedum latitudinis sulcos derigunt fodiuntque et exaltant in tris pedes ac per latera fossarum uitem uel malleolum disponunt. *5* auarius quidam dupundio et dodrante altum sulcum, latum pedum quinque faciunt, deinde ter tanto amplius spatium crudum relinquunt atque ita sequentem sulcum infindunt. quod cum per definitum uineis locum fecerunt, in lateribus sulcorum uiuiradices uel decisos quam recentissimos palmites nouellos erigunt consitis conpluribus inter ordinaria semina malleolis, quos postea, quam conualuerint, crudo solo, quod omissum est, transuersis scrobibus propagent atque ordinent uineam paribus interuallis.

Sed hae, quas rettulimus, uinearum sationes pro natura et benignitate cuiusque regionis aut usurpandae aut repudiandae sunt nobis. *6* nunc pastinandi agri propositum est rationem tradere.

## Extirpandum esse agrum et sic nouellandum

Ac primum, ut omnem, siue arbustum siue siluestrem, locum uineis destinauerimus, omnis frutex atque arbor erui et summoueri

---

*om.* **S** – eade **A**$^{1}$ – 15 uidente **S**$^{1}$**A**$^{1}$ – *post* bidente *add.* uel **R** – sequentem *Schn.* sequente **SA** sequentes **R** – insistunt **R** – fossure **S**$^{1}$ foris **R** – 16 tam tu **S** – nimium **λσ** – 17 sin **SR** in **A** sim **h**$^{1}$ – et *om.* **S** – *post* minimum *add.* est **R** – 19 quincuncem **Ajλç** qui *rasura* cuncen **S** quincumcen **h** quincumcem **fyø** quincutem **ρ** – 20 aduersusque **S** – in **SA** – 23 patiis **A**$^{1}$ – 24 extantant **SA** – 25 tres **AR** – 26 quidem **jλσ** quedam **h** – 27 faciun **S** – patium **S**$^{1}$ – 28 relincum **S** relinquum **A** – infundunt **λyø** infingunt **ρ** – 29 fecerint **jλσ** – uiniradices **bfryø** – 31 malleonis **A**$^{1}$ – quo **SA** – quam *om.* **S**$^{1}$ – 32 conualueri **S**$^{1}$ conualuerit **S**$^{2}$**A** – omissum *Gesner* emissum **SAR** – transuersi **S**$^{1}$**A** – 33 ordinem **SA** – 34 hae **hλfç** haec **SAjρy** hac **ø** – sartiones **SAhç** – benignitatem **S**$^{1}$ – 37 *pr.* **SAhbfyç** – esse **SA**$^{2}$**h** etsi **A**$^{1}$ *om.* **bfyç** – 38 locim **SA** – 39 arbos **hλσ** –

debet, ne postea fossorem moretur, neue iam pastinatum solum iacentibus molibus imprimatur et exportantium ramos atque truncos ingressu proculcetur. *7* neque enim parum refert suspensissimum esse pastinatum et, si fieri possit, uestigio quoque inuiolatum, ut mota aequaliter humus nouelli seminis radicibus, quamcumque in partem prorepserint, molliter cedat nec incrementa duritia s[it]ua reuerberet sed tenero ueluti nutritio sinu recipiat et caelestes admittat imbres eosque alendis seminibus dispenset ac suis omnibus partibus ad educandam prolem nouam conspiret.

*8* Campestris locus alte duos pedes et semissem infodiendus est, adcliuis regio tris, praeruptior uero collis uel in quattuor pedes uertendus, quoniam, cum ab superiore parte in inferiorem detrahitur humus, uix iustum pastinationi praebet regestum, [ac] nisi multo editiorem ripam quam in plano feceris. rursus depressis uallibus minus alte duobus pedibus deponi uineam non placet; nam praestat non conserere quam in summa terra suspendere, nisi si tamen scaturrigo palustris obuia [fit], sicut in agro Rauennate, plus quam sesquipedem prohibeat infodere.

*9* Primum autem praedicti operis exordium est non, ut huius temporis plerique faciunt agricolae, paulatim sulcum exaltare et ita secundo uel tertio gradu peruenire ad destinatam pastinationis altitudinem, sed protinus aequaliter linea posita rectis lateribus perpetuam fossam educere et post tergum motam humum conponere atque in tantum deprimere, donec altitudinis mensuram datam ceperit. *10* tum per omne spatium gradus aequaliter mouenda linea est, optinendumque, ut eadem latitudo in imo reddatur, quae coepta est in summo. opus est autem perito et uigilante exactore, qui ripam erigi iubeat sulcumque uacuari ac totum spatium crudi soli cum emota iam terra committi, sicut praecepi priore libro, cum arandi rationem traderem, monendo, necubi scamna omittantur et,

---

erui et **A**$^{2}$**R** eruit **SA**$^{1}$ – 40 ne **h**$^{2}$**jλσ** ut **h**$^{1}$ *om.* **SA** – moueretur **SA** – 44 motae **SA** – noueli **S**$^{1}$ nouellis **R** – semini **SA** – 45 proreperint **SA**$^{1}$ – credat **SA** – ne **R** – sua **h**$^{2}$**m** situa **SA**$^{2}$ stiua **A**$^{1}$ sta **h**$^{1}$ stua **fy** ista **ρ** *om.* **jbø** – 46 *post* sed *add.* ne **hλσ** – ueluti nutritio *scripsi* uelutintritio **S** uelutintricio **A**$^{1}$ ueluti nutricio **A**$^{2}$ uelut in nutritio (nutrito **ρ**) **R** – 49 locus *om.* **A** – semisse **A**$^{1}$ – 50 tres **A**$^{2}$**j** – praeruptio **SA** – 51 in *om.* **S** – 52 nisi **t** ac nisi **SAR** – 55 scaturigo **R** – 56 fit **SAhλfńyçø** sit **j** est **r** *om.* **p** – Rauenate **A**$^{1}$ – 57 sexquipedem **fρø** – prohibent **hλσ** prohibet **jń** – 59 faciunt **SR** faci ex **A** – sucum **A** – 61 erectis **R** – 64 coeperit **Sλfry** – aequaliter **R** et qualiter **SA** – 65 latitu **S**$^{1}$ altitudo **A**$^{1}$ – qua **AR** – 66 coapta **A**$^{1}$ cepta **jρø** – 69 monendo *om.* **SA** – scanna **λfryçø** – 70

quod est durum, summis glebis optega[n]tur. *11* sed huic operi exigendo quasi quandam machinam commenti maiores nostri regulam fabricauerunt, in cuius latere uirgula prominens ad eam altitudinem, qua deprimi sulcum oportet, contingit summam ripae partem. id genus mensurae ciconiam uocant rustici; sed ea quoque fraudem recipit, quoniam plurimum interest, utrum eam pronam an rectam ponas.

Nos itaque huic machinae quasdam partis adiecimus, quae contendentium litem disputationemque dirimerent: *12* nam duas regulas eius latitudinis, ⟨qua⟩ pastinator sulcum facturus est, in speciem Graecae chi litterae decusauimus atque ita mediae parti, qua regulae committuntur, antiquam illam ciconiam infiximus, ut tamquam suppositae basi ad perpendiculum normata insisteret. deinde transuersae, quae est in latere, uirgulae fabrilem libellam superposuimus. sic compositum organum cum in sulcum demissum est, litem domini et conductoris sine iniuria diducit: *13* nam stella, quam diximus Graecae chi litterae faciem obtinere, pariter imae fossae solum metitur atque perlibrat, quia siue pronum seu resupinum est, positione machinae deprenditur, quippe praedictae uirgulae superposita libella alterutrum ostendit nec patitur exactorem operis decipi. sic permensum et perlibratum opus in similitudinem ueruacti semper procedit tantumque spatii linea promota occupatur, quantum effos⟨s⟩us sulcus longitudinis ac latitudinis optinet. atque id genus præparandi soli probatissimum est.

## 14 Quo tempore nouellandum et uinea deponenda

*1* Sequitur opus uineae conserendae, quae uel uere uel autumno tempestiue deponitur, uere melius, si aut pluuius aut frigidus status

---

**14:** 2–8 *Plin. nat. 17,170; Gp. 5,6* – 2–4 *Cato agr. 40,1; Pallad. 3,9,9* – 4–6 *Pallad. 11,4* – 9–19 *Plin. nat. 17,169–170; Gp. 5,14*

---

gleuis **S$^{1}$A$^{1}$** – optegatur *scripsi* obtegatur **γpç** optegantur **SA$^{1}$R** obtegantur **A$^{2}$** – 71 maiores **γlpç** maioris **SAR** – 73 ripa **SA** – 76 retam **A$^{1}$** – 79 qua γ *om.* **SAR** – 80 Crecae **S$^{1}$** – chi *om.* **AR** – decusauimus **ü$^{2}$** decusabimus **SAR** – media **AR** – parte **j** – 81 ciconeam **Sh** – 82 basi **S$^{2}$** uasi **S$^{1}$AR** – 83 latere **q$^{1}$ü$^{2}$t** alterae **SAR** – liuellam **S$^{1}$** – 84 supposuimus **AR** – dimissum **Ahjλfyçø** – 85 conducturis **A$^{1}$** – deducit **S$^{1}$AR** – 86 chi *om.* **S$^{1}$AR** – faciem **Sç** faciliem **Af** facili *u. sp.* **j** facilem **hλρyø** – obtineri **S** – 87 perlirat **S$^{1}$** – 88 deprehenditur **AR** – 92 effossus *Gesner* et (est ρ) fusus **SAR** – 93 obtinet **A$^{2}$hbρç**

**14:** 1 *pr.* **SAhbfyç** – uineam **A$^{2}$bfy** – deponendam **SA$^{2}$hbfy** – 3 pluuiis **Aρø**

4 – 671283

caeli est aut ager pinguis aut campestris et uliginosa planities; rursus autumno, si sicca, si calida est aeris qualitas, si exilis atque aridus campus, si macer praeruptusue collis. uernaeque positionis dies fere quadraginta sunt ab Idibus Februariis usque in aequinoctium, rursus autumnalis ab Idibus Octobribus in Kalendas Decembres.

*2* Sationis autem duo genera, malleoli uel uiuiradicis, quod utrumque ab agricolis usurpatur, et in prouinciis magis malleoli: neque enim seminariis student nec usum habent faciendae uiuiradicis. hanc sationem cultores Italiae plerique iure inprobarunt, quoniam plurimis dotibus praestat uiuiradix: *3* nam minus interit, cum et calorem et frigus ceterasque tempestates propter firmitatem facilius sustineat, deinde adolescit maturius, quo[d] euenit, ut celerius quoque sit tempestiua edendis fructibus, tum etiam nihil dubium est saepius translatum ⟨semen meliorem edere fructum⟩. potest tamen malleolus protinus in uicem uiuiradicis conseri soluta et facili terra; ceterum densa et grauis utique uitem desiderat.

**15** *1* Seritur ergo prius emundata inoccataque et aequata pastinatione, macro solo quinis pedibus inter ordines omissis, mediocri senis. in pingui uero septenum pedum spatia danda sunt, quo largiora uacent interualla, per quae frequentes prolixaeque materiae diffundantur. haec in quincuncem uinearum metatio expeditissima ratione conficitur: quippe linea per totidem pedes, quot destinaueris interordiniorum spatiis, purpura uel quolibet alio conspicuo colore insuitur eaque sic denotata per repastinatum intenditur et iuxta purpuram calamus defigitur, *2* atque ita paribus spatiis ordines deriguntur; quod deinde cum est factum, fossor insequitur scrobemque alternis omissis in ordinem spatiis a calamo ad proximum cala-

**15:** 1–14 *Pallad. 3,9,9–10* – 9–16 *Gp. 5,12* – 17–19 *Colum. arb. 3,3* – 23–27 *Thphr. CP 3,4,3, 3,6,5; Colum. arb. 4,4; Plin. nat. 17,82; Pallad. 3,10,3, 3,18,5* – 29 *Verg. georg. 2,348* – 30–33 *Verg. georg. 2,350–353* – 34–41 *Plin. nat. 17,159, 17,161; Pallad. 3,9,14*

– status *om.* **S**$^{1}$ – 4 planicies **A** – 7 au **S**$^{1}$ – 8 Decembris **jr** – 11 seminaris **Ajbfy** seminatis **ρ** – 12 inprobauerunt **AR** – 14 ceterasque **S** et ceterasque **A** et ceteras **R** – 15 quo *scripsi* quod **SAR** *uide diss. p. 125* – 16 tempestiua **h**$^{2}$**γ** tempestatiua **SA**$^{2}$ tempestatiuae **A**$^{1}$**h**$^{1}$**jfy** tempestiue **λρçø** – densis **A**$^{1}$ – 17 semen meliorem edere fructum *ex Geop. 5,14,2 Niclam secutus add. Schn. comm. ad loc., om.* **SAR** – 19 densa et **SA** densae **R** – grauis *Ald.* grauia **S** gratis **AR**

**15:** 5 quincumcem **A** – 6 quod **SAhø** – 9 deficitur **SA** – 10 diriguntur **AR** – 11 omiissis **S** – in *om.* **AR** – patiis **S**$^{1}$ – 13 refedit **S**$^{1}$ – 15 singulae **S** singula

mum non minus altum quam duos pedes et semissem planis locis refodit, adcliuibus in dipundium et dodrantem, praecipitibus etiam in tres pedes. in hanc mensuram scrobibus depressis uiuiradices ita deponuntur, ut a media scrobe singulae in diuersum sternantur et contrariis frontibus fossarum ad calamos erigantur.

*3* Satoris autem officium est primum quam recentissimam et, si fieri possit, eodem momento, quo serere uelit, de seminario transferre plantam diligenter exemptam et integram, deinde eam uelut ueteran[i]am uitem totam exputare et ad unam materiam firmissimam redigere nodosque et cicatrices adleuare; si quae etiam radices, quod maxime cauendum est, ne fiat, in eximendo laborauerint, eas amputare; sic deinde curuatam deponere, ne duarum uitium radices inplicentur. id enim uitare facile est per imum solum iuxta diuersa latera fossarum dispositis paucis lapidibus, qui singuli non excedant quinquelibrale pondus. *4* hi uidentur, ut Mago prodit, et aquas hiemis et uapores aestatis propulsare radicibus, quem secutus Vergilius tutari semina et munire sic praecipit:

aut lapidem bibulum aut squalentis infode conchas

et paulo post: iamque reperti
qui saxo super atque ingentis pondere testae
urgerent. hoc effusos munimen ad imbres,
hoc ubi hiulca siti findit Canis aestifer arua.

*5* Idemque Poenus auctor probat uinacea, permixta stercori, depositis seminibus in scrobe ammouere, quod illa prouocent et eliciant nouas radiculas, hoc per hiemem frigenti uit⟨i⟩ [humum scrobibus inferre] calorem tempestate ac per aestatem uirentibus alimentum et umorem praebeat. si uero solum, cui uitis committitur, uidetur exile, longius accersitam pinguem humum scrobibus inferre censet, quod an expediat, regionis annona operarumque ratio nos docebit.

---

et **AR** – 20 ueteranam **γ** ueteraniam **SAR** – 22 laborauerint **h**$^{2}$**p** lauouerint **SAjλfy** labauerint **h**$^{1}$ deuouerint **ρ** labouerint **ø** lauerint **ç** – 23 curbatam **A** – 25 singulis **Ahj**$^{2}$**λfryø** – 26 hii **S** – 27 aetatis **A**$^{1}$ – quem secutus **SA** quae insecutus **R** – 29 conchas et **AR** concha sed **S** – 30 repertis **AR** – 31 saxo *om.* **AR** – ingentis **hçø** incenti **S**$^{1}$ ingenti **S**$^{2}$ incentis **Aλfy** uincentis **j** intentis **ρ** – testae **γlç** testa **SAR** – 32 urgerent **u**$^{2}$**lç** urgetur **S** reurgetur **AR** – effusos **u**$^{2}$**γpç** et fusos **SAR** – 33 iulca **λń** suilca **y** hiulta **ø** – arua idemque **S**$^{2}$ arua demque **S**$^{1}$ aridenque **A** aridemque **R** – 35 scrobe ammouere **SAhr** scrobeam mouere **jbfńy** scrobem mouere **mçø** – 36 frigenti uiti *scripsi monente S. Lundström* frigentem ut humum scrobibus inferre **SAR** *coniecturam diss. pp. 154 sq. propositam nunc ipse improbo* – 37 fer **S**$^{1}$**A** – 38 cui uitis **γ** ciuitatis **SAR** – 39 exire **AR**

**16** *1* Exigue umidum pastinatum sationi conuenit; melius tamen uel arido quam lutoso semen committitur, idque cum supra summam scrobem conpluribus internodi⟨i⟩s productum est, quod de cacumine superest, duabus gemmis tantum supra terram relictis amputatur, et ingesta humo scrobis conpletur. coaequato deinceps pastinato malleolus ordinariis uitibus interserendus, eumque sat erit medio spatio, quod uacat inter uitis, per unam lineam depingere. *2* sic enim melius et ipse conualescit et ordinariis seminibus modice uacuum solum ad culturam praebebitur. in eadem deinde linea, in qua uiuiradix optinet ordinem suum, praesidii causa, quorum ex numero propagare possit in locum demortuae uitis, quinque malleoli pangendi sunt per spatium pedale; isque pes ita medio interordinio sumitur, ut ab utraque uite paribus interuallis distet. *3* tali consitioni Iulius Atticus abunde putat esse malleolorum sedecim milia; nos tamen plus quattuor milibus conserimus, quia neglegentia cultorum magna pars deperit et interitu seminum cetera, quae uirent, rarescunt.

**17** *1* De positione surculi non minima disputatio fuit inter auctores. quidam totum flagellum, sicut erat matri detractum, crediderunt sationi conuenire[nt] idque per gemmas quinas uel etiam senas partiti conpluris taleolas terrae mandauerunt; quod ego minime probo magisque adsentior is auctoribus, qui negauerunt esse idoneam frugibus superiorem partem materiae solamque eam, quae est iuncta cum uetere sarmento, probauerunt, ceterum omnem sagittam repudiauerunt. *2* sagittam rustici uocant nouissimam partem surculi, siue quia longius recessit a matre et quasi emicuit atque prosiluit seu quia cacumine attenuata praedicti teli speciem gerit. *3* hanc ergo prudentissimi agricolae negauerunt conseri debere nec

---

**16:** 1–5 *Pallad. 3,9,14* – 5–13 *Plin. nat. 17,172*
**17:** 8–10 *Plin. nat. 17,156* – 18–23 *Pallad. 3,9,7* – 24–27 *Plin. nat. 17,156–158*

---

**16:** 1 exigue humidum **h**$^2$ (*in marg.*) exigue midum **SAh**$^2$(*in marg.*)**jmfç** exigue nudum **bρyø** exiguendum **h**$^1$ exigendum **h**$^2$ – 2 sumam **S** – 3 internodiis **γyç** internodis **SAR** – 5 humo **S**$^2$**bçø** humu **S**$^1$**Ahjmfy** humus **ρ** – completur **ρ** conpletus **SAhjfyçø** completis **λ** – pastinatio **A**$^1$**R** – 8 melius **S**$^2$ omeli **S**$^1$**AR** – 12 pale **AR** – 13 uite *om.* **AR** – ali **SA**$^1$ – 14 conpositioni **S** – 15 milia **S** illa **Ajλσ** ilia **h** – 16 interitus **AR**

**17:** 1 positiones **SA**$^1$ – 3 sationi **γlpç** satione **SAR** – conuenire **γlpç** conuenirent **SAR** – 4 taleolas terrae mandauerunt **Sh**$^2$**λyçø** tale oleaster remandauerunt **Ah**$^1$**jfρ** *post add.* oleaster remandauerunt **ø** – 5 atsentior **S** – iis **R** – 13 callen-

tamen sententiae suae rationem nobis prodiderunt, uidelicet quia ipsis in re rustica multum callentibus prompta erat et ante oculos paene exposita.

Omnis enim fecundus pampinus intra quintam aut sextam gemmam fructu exuberat, reliqua parte quamuis longissima uel cessat uel perexiguos ostendit racemos. quam ob causam sterilitas cacuminis iure ab antiquis incusata est. malleolus autem sic ab isdem pangebatur, ut nouello sarmento pars aliqua ueteris haereret, sed hanc positionem damnauit usus: *4* nam quicquid ex uetere materia relictum erat depressum atque obrutum, celeriter umore putrescebat proximasque radices teneras et uixdum prorepentis uitio suo enecabat, quod cum acciderat, superior pars seminis retorrescebat. mox Iulius Atticus et Cornelius Celsus, aetatis nostrae celeberrimi auctores, patrem atque filium Sasernam secuti, quicquid residui fuit ex uetere palma per ipsam commissuram, qua[e] nascitur materia noua, raserunt atque ita cum suo capitulo sarmentum depresserunt.

**18** *1* Sed Iulius Atticus praetorto capite et recuruato, ne pastin[at]um effugiat, praedictum semen demersit. pastinum autem uocant agricolae ferramentum bifurcum, quo semina panguntur, unde etiam repastinari dictae sunt uineae ueteres, quae refodiebantur. haec enim propria appellatio restibilis uineti erat; nunc antiquitatis inprudens consuetudo, quidquid emoti soli uineis praeparatur, repastinatum uocat. sed ad propositum.

*2* Vitiosa est, ut mea fert opinio, Iuli Attici satio, quae contortis capitibus malleolum recipit; eiusque rei uitandae non una ratio est: primum, quod nulla stirps, antequam deponatur, uexata et infracta, melius prouenit, quam quae integra et inuiolata sine iniuria conposita est; deinde, quicquid recuruum et susum uersus spectans

**18:** 1–2 *Plin. nat. 17,156–158* – 8–48 *Gp. 5,9* – 8–17 *Pallad. 3,9,8*

tis **AR** – propta **S** – 15 panpinus **SA** – 18 hisdem **A** iisdem **hjbρ** ipsis **ç** – 20 damnauit **Sh**$^2$**ç** damnabit **Ah**$^1$**jλfńyç** damnabat **r** deuinauit **ø** – quicquit **S**$^1$**A**$^1$ – 22 prorepentis *scripsi praeeunte Pol.* properentis **SA** proparentis **R** – 23 enecabat **γl** enegarat **S**$^1$ enacarat **A**$^1$ enecarat **S**$^2$**A**$^2$**hjλfyç** euocarat **ρø** – 25 quicquit **A**$^1$ – 26 commissuram **ål** commissarum **SAhjσ** commissurum **λ** – qua *Ald.* quae **SAR**

**18:** 1 recuruatio **S**$^1$ – pastinum **ü**$^2$**p**$^2$ pastinatum **SAR** – 2 etfugiat **S** – autem *om.* **R** – 3 quo **R** quod **SA** – 4 refodiebatur **A**$^1$ – 5 restiuilis **S**$^1$ – 6 quidquit **A**$^1$ – 7 set **S**$^1$ – 9 malleolus **SA** – una ratio **S** ut narratio **AR** – 10 stirpans **SA** – 12 quitquit **S**$^1$ quicquit **A**$^1$ – sursum **bρø** – bersus **A**$^1$ – spectans **γρç** spectant **SAhλσ** spectat **j** – 13 hami **h**$^2$**jλρyçø** hamina **SA** aghamia **h**$^1$ humi **f** – 16

demersum est, cum tempestiuum eximitur, in modum hami repugnat obluctanti fossori et uelut uncus infixus solo, antequam extrahatur, praerumpitur. nam fragilis est ea parte materia, qua torta et recuruata, cum deponeretur, ceperat uitium; propter quod praefracta maiorem partem radicium amittit.

*3* Sed ut incommoda ista praeteream, certe illud, quod est inimicissimum, dissimulare nequeo. nam paulo ante, cum de summa parte sarmenti disputarem, quam sagittam dixeram uocitari, colligebam fere intra quintam uel sextam gemmam, quae sint proximae ue⟨te⟩ri sarmento, fructum edi[i]. *4* hanc ergo fecundam partem consumit, qui contorquet malleolum, quoniam et ea pars, quae duplicatur, tres gemmas uel quattuor optinet et reliqui duo uel tres fructuari oculi penitus in terram deprimuntur mersique non materias sed radices creant. ita euenit, ut, quod in sagitta non serenda uitauerimus, id sequamur in eiusmodi malleolo, quem necesse est longiorem facere, si uolumus detortum depangere, nec dubium, quin gemmae cacumini proximae, quae sunt infecundae, in eo relinquantur; ex quibus pampinos pullat uel sterilis uel certe minus feracis, quos rustici uocant racemarios.

*5* Quid, quod plurimum interest, ut malleolus, qui deponitur, ea parte, qua est a matre decisus, coalescat et celeriter cicatricem ducat? nam si id factum non est, uelut per fistulam, ita per apertam uitis medullam nimius umor trahitur idemque truncum cauat, unde formicis aliisque animalibus, quae putrefaciunt crura uitium, latebrae praebentur. hoc autem euenit retortis seminibus; cum enim per exemptionem imae partes eorum praefractae sunt, aperta[e] medulla deponuntur atque, inrepentibus aquis praedictisque animalibus, celeriter senescunt. *6* quare pangendi optima est ratio recti malleoli, cuius imum caput, ⟨cum⟩ consertum est bifurco pastini, angustis faucibus ferramenti facile continetur ac deprimitur. idque sarmentum sic demersum citius coalescit: nam et radices e capite,

---

praefracta $S^2$ praefata $S^1$ praefacta **A** praefractam (-factam **mńy**) **R** – 19 ante paulo $A^1$ – 20 disputare **A** – 22 ueteri **zäu²cütpρ** ueri **SAhjλγçø** neri **f** – fructum edi *Ber.* fructu medii **SAR** – 25 fructuarii **hjργç** – deprimuntur **l** deprimantur **SAR** – 26 ut **p²** sed **SAR** – sagitta *Ber.* salictam **SAh** salicta **jλσ** – non serenda *Pont.* conseranda **S** conserando **A** conserendo **R** – 28 longiore **Amfργø** – 30 pampinos *scripsi* panpinus **SA** pampinus **R** – 31 racemaiorios **SA** – 32 quit $A^1$ – interest $S^2$**AR** est $S^1$ – 33 a *bis* **S** – decisais $S^1$ – 34 uelud **A** – fistula $SA^1$ – 38 praefractae **j** praefactae **SAhλfyø** perfractae **ρ** praefectae **ç** – aperta *scripsi* aperte **SAR** – 39 medullae **jfρç** – atquis **S** autquis **A** – 41 cum consertum

qua recisum est, emittit, ⟨e⟩aeque cum accreuerunt, cicatricem obducunt et alioqui plaga ipsa deorsum spectans non tantum recipit umorem, quantum illa, quae reflexa et resupina more infundibuli per medullam transmittit, quicquid aquarum caelestium superfluxit.

## 19 De longitudine malleoli

*1* Longitudo quae debeat esse malleoli, parum certa est, quoniam siue crebras gemmas habet, breuior faciendus est, seu raras, longior; ac tamen nec maior pede nec dodrante minor esse debet, hic, ne per summam terrae sitiat aestatibus, ille, ne depressus altius, cum adoleuerit, exemptionem difficilem praebeat. sed haec plano. nam in cliuosis, ubi terra decurrit, potes⟨t⟩ palmipedalis deponi. *2* uallis et uliginosi campi situs patitur etiam trigemmem, qui est paulo minor dodrante, longior utique semipede, isque non ab eo trigemmis dictus est, quod omnino trium oculorum est, cum fere circa plagam, qua matri abscisus est, plenus sit germinum, sed quod his exceptis, quibus est frequens, in ipso capite tris deinceps articulos totidemque gemmas habet.

Super cetera illud quo[d]que siue malleolum siue uiuiradicem serentem praemoneo, ne semina exarescant, inmodicum uentum solemque uitare, qui uterque non incommode arcetur obiectu uestis aut cuiuslibet densi teguminis. *3* uerumtamen praestat eligere sationi silentis uel certe placidi spiritus diem; nam sol umbraculis facile depellitur.

Sed illud etiam, quod nondum tradidimus, antequam disputationi clausulam imponamus, dicendum est, uniusne an plurium generum uites habendae sint ⟨e⟩aeque separatae ac distinctae specialiter an confusae et mixtae cateruatim. prius disseremus de eo, quod primum proposuimus.

---

**19:** 2–13 *Plin. nat. 17,157* – 14–17 *Pallad. 3,9,8* – 17–19 *Plin. nat. 17,170*

---

**γ** cum sertum **S** consertum **AR** – 44 emittit **S** aeque mittit **AR** – eaeque **t** aeque **SAh**$^1$**λσ** aquae **j** que **h**$^2$ – ecreuerunt (cre- **f**) **AR** – 45 alioquin **R** – 46 infundibuli **iü** infundibili **SAR** – 47 quitquit **S**$^1$ quicquit **A**$^1$

**19:** 1 *pr.* **SAhbfyç** – 2 certam **SA** – 3 crebas **S** – paras **SAh**$^1$ – 4 dotrante **S**$^1$**A**$^1$ – minor esse **jç** minorem se **SAh**$^1$ minorem esse **h**$^2$**fyø** minorem secus esse **λ** minorem se esse **ρ** – 7 potest **wåzäγp**$^2$**ç** potes **SAR** – 8 situs patitur **S** situ sentitur **AR** – 9 hisque **Aλfρyø** – habeo **A** – 12 tres **AR** – 14 quoque **γ** quodque **SAR** – malleolo **S**$^1$ – uiuiradice **S**$^1$ – 16 uestis **mρyçø** bestis **S** bestiis **Ahjbfr**$^1$ – 17 aui **Ahfr**$^1$ aut aui **yø** – 21 uniusne **S** ne **AR** – am **SA** – 22 uites

**20** *1* Prudentis igitur agricolae est uitem, quam praecipue probauerit, nulla interueniente alterius nota⟨e⟩ stirpe, conserere, numerumque quam maximum eius semper augere. sed et prouidentis est diuersa quoque genera deponere: neque enim umquam sic mitis ac temperatus est annus, ut nullo incommodo uexet aliquod uitis genus: siue siccus est, id contristatur, ⟨quod umoribus laetatur⟩, seu pluuius, quod siccitatibus gaudet, seu frigidus et pruinosus, quod non est patiens uredinis, seu feruens, quod uaporem non sustinet.

*2* Ac ne nunc mille tempestatium iniurias persequar, semper est aliquid, quod uineas offendat. igitur, si unum genus seuerimus, cum id acciderit, quod ei noxium est, tota uindemia priuabimur: neque enim ullum erit subsidium, cui †. *3* at si uarii generis uineta fecerimus, aliquid ex is inuiolatum erit, quod fructum perferat. nec tamen ea causa nos debet conpellere ad multas uitium uarietates, sed, quod iudicauerimus eximium genus, id quantae possimus multitudinis efficiamus, quod deinde proximum a primo, tum, quod est tertiae uel quartae ⟨quo⟩que; eatenus uelut laetarum quodam conten⟨ti⟩ simus tetradeo: satis est enim per quattuor uel sum⟨mum⟩ quinque genera uindemiae fortunam opperiri.

*4* De altero, quod mox proposueram, nihil dubito, quin per species digerendae uites disponendaeque sint in proprios hortos, semitis ac decumanis distinguendae, nec quod aut ipse potueram a meis familiaribus hoc optinere aut ante me quisquam eorum ⟨qui⟩ qua⟨m⟩ maxime id probaueri⟨n⟩t, effecerit; est enim omnium rusticorum operum difficillimum, quia et summam diligentiam legendis desiderat seminibus, et in his discernendis maxima plerumque

---

**20:** *Gp. 5,16* – 9–19 *Pallad. 3,9,11* – 20–40 *Plin. nat. 17,187*

---

**γb** uitis **SAR** – sint **γρ** sunt **SAR** – eaeque **γ** aeque **SAhλσ** et quae **j** – 24 quod **Sbç** qui **A**[1] quo **A**[2]**R**

**20:** 1 probauerint **Ahjmσ** – 2 ulla **AR** – notae **γ** nota **SAR** – 3 et *om.* **AR** – 5 incommode **SA** – 6 quod umoribus laetatur *addidi* quod humore gaudet *add. Ber.* quod humore proficit (*ante* contristatur) *add. Ald. fortasse rectius, om.* **SAR** – 8 perurens **S** frequens **ρ** – saporem **Ahλfyø** – sustinet **bρçø** sustinent **SAR** – 9 tempestatium **Shmfç** tempestatiuum **A** tempestatum **jbρyø** – 10 offendant **SA** – seuerimis **S**[1] – 11 uindemiam **SA** – 12 cui *om.* **γlp** *postea* diuersarum notarum stirpes non fuerint *add. Ald. fortasse recte* – at **R** ad **SA** – 13 aliquit **S**[1] – his **AR** – 14 uarietas **SA** – 17 quoque *Gesner* quae **SAR** – 18 contenti simus *Ald.* contensimus **S** contempsimus **AR** – summum **zγlç** sum **SAhjλyø** sunt **fρ** – 19 furtunam **A** fortuna **j** – operiri **AR** – 21 digerandae **SA** – 22 aut *om.* **AR** – 23 qui quam *Urs.* qua **SAhjλfyçø** quam **ρ** – 24 probauerint *Urs.* probabit **SAhjλfyçø** probauerit **ρ** – 26 in his *Schn.* ni his **S** nihil **AR** – plerumque **γ**

felicitate et prudentia opus est. sed interdum, quod ait diuinus auctor Plato, rei nos pulchritudo trahit uel ea consectandi, quae propter infirmitatem conmortalis naturae consequi nequeamus. *5* istud tamen, si aetas suppetat et scientia facultasque cum uoluntate congruant, non aegerrime perficiamus, quamuis non minimo aetatis spatio perseuerandum sit, ut magnus numerus per aliquot annos digeratur. neque enim omne tempus permittit eius rei iudicium: nam uites, quae propter similitudinem coloris aut trunci flagellorumue nu⟨d⟩ae dinosci nequeunt, maturo fructu foliisque declarantur. qua⟨m⟩ tamen diligentiam nisi per ipsum patrem familiae exhiberi posse non adfirmauerim; *6* nam credidisse uilici uel etiam uinitoris socordia est, cum, quod longe sit facilius, adhu[n]c perpaucissimis agricolis conti[n]geri[n]t, ut nigri uini stirpe careant, quamuis color uuae possit uel ab inprudentissimo deprendi.

**21** *1* Illa tamen una[m] mihi ratio suppetit celerrime, quod proposuimus, efficiendi, ⟨si⟩ sint ueteranae uineae, ut separatim surculos[um] cuiusque generis per singulos hortos inseramus; sic paucis annis multa nos milia malleolum ex insitis percepturos atque ita discreta semina per regiones consituros nihil dubito. *2* eius porro faciendae rei nos utilitas multis de causis conpellere potest, et, ut a leuiori⟨bu⟩s incipiam, primum, quod ad omnem rationem uitae, non solum agricolationis sed cuiusque disciplinae, prudentem

---

**21:** *Gp. 5,15* – 1–10 *Plin. nat. 17,187; Pallad. 3,9,11* – 20–26 *Plin. nat. 18,43* – 24 *Verg. georg. 2,392* – 25–26 *Gp. 2,1* – 28–43 *Varro rust. 1,54,1–2; Plin. nat. 17,187; Pallad. 3,9,12* – 71–74 *Plin. nat.* 17,187 – 74–78 *Cato agr. 50,2; Varro rust. 1,24,3; Plin. nat. 17,89*

---

perique **S** plerique **AR** – 29 commortalis **o$^2$cqγλ** conmortales **SAhjσ** – 30 istut **S$^1$** – *post* scientia *add.* facultas suppetat et (ei **A**) scientia *iterum* **Ahjbfryø** *rasura* **S** – uolumptate **S** – 31 congrauant **AR** – 32 sit **S** sed **AR** – aliquod **S** – 33 direratur **A$^1$** diseratur (des- **ρ**) **R** – iuditium **Shm** – 35 -ue nudae *scripsi* uaenuae **SAh$^1$jmfr$^2$ø** uere **h$^2$** uenae **b** uanuae **ρ** uaenne **y** *om.* **ç** *uide diss. p. 156* – 36 quam **dγbpρ** qua **SAR** – 38 uinitori **A$^2$** – socordia **h$^2$** socordio **SA** socordi **h$^1$jmfρy** secordi **b** socordiae **ç** – adhuc **edwåγbp** ad hunc **SAR** – 39 contigerit **γp** contingerint **SAR** – nigri uini **Sh** ingri uini **Ajmfyç** nigrunm **b** ingruini **ρ** ingruum **ø** – 40 ab **S** albi **AR** – deprehendi **R**

**21:** 1 una *ed.pr.* unum **SAR** – 2 etficiendi **SA** – si *add. ed.pr.*, *om.* **SAR** – ueteraneae **hjσ** – separatim **b$^1$lp** separarum **SAjb$^2$fρ** seperarum **h$^1$mø** separatorum **h$^2$ç** – surculos **p** surculorum **SAR** – 3 ortos **SA$^1$ρø** – 4 ex *om.* **AR** – 6 mulis **A** – compellare **hjλrçø** – 7 a leuioribus **ü$^2$** a leuioris **SA** albioris **R** – omnem rationem **Shρç** omne (omni **b**) ratione **AjλFr$^2$yø** – 9 distinguuntur **hyç**

delectant inpensius ea, quae propriis generibus distinguuntur, quam quae passim uelut abiecta et quodam aceruo confusa sunt; *3* deinde, quod uel alienissimus rusticae uitae, si in agrum tempestiue ueniat, summa cum uoluptate naturae benignitatem miretur, cum ⟨i⟩stinc[i] Bituricae fructibus opimis, hi⟨n⟩c paribus heluo⟨lae⟩ respondent, illinc arcelac⟨ae⟩ uisus, illinc spioniae baliscaeue conuertant, quibus alma tellus annua uice uelut ⟨aet⟩erno quodam puerperio laeta mort⟨al⟩ibus distenta musto demit⟨tit⟩ ubera, inter quae, patre fauente Libero fetis palmitibus uel generis albi uel flauentis ac rutili uel purpureo nitore micantis, undique uersicoloribus pomis grauidus conlucet Autumnus.

*4* Sed haec quamuis plurimum delectent, utilitas tamen uincit uoluptatem. nam et pater familiae libentius ad spectaculum rei suae, quanto est ea luculentior, descendit, et, quod de sacro numine poeta dicit:

et quocumque deus circum caput egit honestum,

uero quocumque domini praesenti⟨a⟩ et oculi frequenter accessere, in ea parte maiorem in modum fructus exuberat. sed omitto istud, quod indiscriptis etiam uitibus contingere potest; illa, quae sunt maxime spectanda, persequar. *5* diuersae notae stirpes nec pariter deflorescunt nec ad maturitatem simul perueniunt. quam ob causam, qui separata generibus uineta non habet, patiatur alterum incommodum necesse est, ut aut fructum ⟨serotinum⟩ cum praecoque legat, quae res mox acorem facit, aut, si maturitatem serotini expectet, amittat uindemiam praecoquem, ⟨quae⟩ plerumque populationibus uolucrum pluuiisque aut uentis lacessita dilabitur.

---

distinguntur **SAλfρø** destinguntur **j** – 10 quondam **SA** – 11 uiuitae **S** – 12 uoluntate **Aρø** uolumptate **y** – 13 istinc **p**$^2$ stingi· **SAR** – opinis **SA** – hinc *Ald.* hic **SAR** – heluolae *Ald.* heluo **SAhj**$^2$**λσ** eluo **j**$^1$ – 14 arcelacae **t** arcelac **SAR** – uisus *Ber.* ursus **SAR** *uide diss. pp. 156 sqq.* – spionae **AR** – baliscaeue *Sobel p. 63* ualiscaeue **SAR** – 15 annia **A**$^1$ – uelut aeterno **γ** ueluterno **SAR** – 16 laetam **AR** – mortalibus **γ** mortis **S** ortibus **A**$^1$ hortibus **A**$^2$**R** – distenta **S**$^2$ dista **S**$^1$**AR** – demittit **γ** demit **SAR** – 17 patre **S**$^2$ pate **S**$^1$**A**$^2$ *om.* **A**$^1$**R** – fetis *Ald.* petis **SAR** – alui **S**$^1$**AR** – 19 conlucet **S**$^2$ conlocet **S**$^1$**AR** – 20 plurimus **S**$^1$ – delectant **AR** – 21 uoluntatem **A**$^1$ – 25 praesentia **ç** praesenti **SAR** – accersere **hjρy** arcersere **λ** accercere **ø** – 26 istut **S**$^1$ illud **AR** – indiscriptis *Thes. 7:1,1204,7 sqq.* indescriptis **SAR** – 28 notae stirpes *ed. pr.* notae sunt stirpes **S** nota (notae **m**) est ripes **AR** – 29 maturitem **S**$^1$ – qua **S**$^1$ – 30 separatam **SA** separata in **h** – 31 serotinum *addidi, om.* **SAR** *uide diss. pp. 125 sq.* – praecoque legat *scripsi* precoquaelebat **SA** precoque elebat **hλσ** precope eledat **j** *uide diss. pp. 125 sq.* – 32 expectet **uγ** expectes **SAR** – 33 uindemia **Ajλσ** – quae *add. ed.pr.*, *om.* **SAR** – 34 lacessita **Sç** lascessita **A** lascessit **hjbfryø** lacessit **mń** – 35

*6* Si uero interiectionibus fructum carpere censuerit, primum neglegentiae uindemiatoris aleam subeat; neque enim singulis totidem antistites possit dare, qui obseruent praecipiantque, ne acerbae uuae demetantur. deinde etiam, quarum uitium maturitas conpetit, cum diuersae notae sint, melioris gustus ab deteriore corrumpitur, confususque in unum multarum sapor uetustatis impatiens fit; atque ideo necessitas cogit agricolam musti annonam experiri, cum plurimum pretio accedat, si uenditio uel in annum uel in aesta⟨tem⟩ certe differri possit.

*7* Iam illa generum separatio summam commoditatem habet, quod uinitor cuique facilius suam putationem reddet, cum scit, cuius notae sit hortus, quem deputat, idque in consemineis uineis obseruari difficile est, quia maior pars putationis per id tempus administratur, quo uitis neque folium notabile gerit; ac multum interest, plurisne an paucioris materias pro natura cuiusque stirpis uinitor summittat, prolixisue flagellis incitet ⟨an⟩ angusta putatione uitem coerceat. *8* caeli [quam]quam partem spectet genus quo⟨d⟩que uineti plurimum refert: neque enim omni calido statu nec rursus frigido laetatur, sed est proprietas in surculis, ut alii meridiano axe conualescant, quia sin⟨t⟩ calor⟨i apt⟩iores, alii septentrionem desiderent, quia contristentur aestu, quidam temperamento laetentur orientis uel occidentis. *9* has differentias seruat pro situ et positione locorum, qui genera per hortos separat.

Illam quoque non exiguam sequitur utilitatem, quod et laborem uindemiae minorem patitur et sumptum; nam ut quaeque uirescere incipiunt, tempestiue leguntur, et quae nondum maturitatem ceperunt uuae, sine dispendio differuntur. *10* nec pariter uetus atque tempestiuus fructus praecipitat uindemiam cogitque pluris operas quantocumque pretio conducere. iam et illud magnae dotis est posse gustum cuiusque generis non mixtum sed uere merum con-

---

interectionibus **SAh**$^1$**jbfrø** – carpere **S**$^2$**h**$^2$**λfryø** carpare **S**$^1$**A** capere **h**$^1$**jńç** – censuerit **S**$^2$ gensuerit **S**$^1$ genusuerit **Ah**$^1$**jλfρø** genus suerit **h**$^2$ gemisuerit **y** remiserit **ç** – 36 alacam **AR** – 37 antistites *ed.pr.* antistiores (-stitiores **ρ**) **SAR** – posset **S** – 38 cerbae **SA**$^1$ – 39 sint **S** si non **AR** – 40 confusque **A**$^1$ – 43 aestatem **zäγbpç** esta **SAh**$^1$**jmfyø** aestate **h**$^2$**ρ** – 46 ortus **AR** – 48 notauile **S** – 49 paucioribus **A**$^1$ – 50 summitat **A** – an **γ** *om.* **SAR** – 51 quam **l** quamquam **SAR** – quodque **γç** quoque **SAR** – 53 ac se **S**$^1$**AR** – 54 sint **γ** sin **S** insi **A** nisi **R** – calori aptiores *Ash* caloriores **SA** calidiores **R** – septentrione (-enti- **A**$^1$) **Ahjλfryø** – 59 quaeque uirescere **S**$^2$ quae quirescere (quiresgere **S**$^1$ uirescere **b** uinescere **h**$^2$ quirestire **y** quiescere **ç**) **S**$^1$**AR** – 60 coeperunt **S** – 62 opas **SA** – 63 conducerem **S** – 64 cusque **A**$^1$ – 65 siue (*ante* baliscus) **S** seu **AR** – baliscus **Sń** basiliscus

dere ac separatim reponere, siue est ille Bituricus siue baliscus seu spionius. quae genera, cum sic diffusa sunt, quia nihil interuenit diuersae naturae, quod repugnet perpetuitati, nobilitantur; neque enim post annos quindecim uel paulo pluris deprendi possit ignobilitas in gustu, quoniam fere omne uinum eam qualitatem sortitum est, ut uetustate acquirat bonitatem.

*11* Quare, ut dicere instituimus, utilissima est generum dispositio, quam si tamen optinere non possis, secunda est ratio, ut diuersae notae non alias conseras uitis, quam quae saporem consimilem fructumque maturitatis eiusdem praebeant. poss⟨is⟩ etiam, si te cura pomorum tangat, ultimis ordinibus in ea fine uineti, quae subiacet septentrionibus, ne, cum increuerint, obumbrent, cacumina ficorum pirorumue et malorum depangere, quae uel inseras interposito bienni spatio uel, si generosa sint, adulta transferas.

Hactenus de positione uinearum. superest pars antiquissima, ut praecipiamus etiam cultus earum, de quibus sequente uolumine pluribus disseremus.

---

**Ah**$^{1}$**jλfr**$^{2}$**çø** uasiliscus **h**$^{2}$ basilicus **r**$^{1}$ basilistus **y** – 66 spionius *Ber.* spiniosus **SA** spinosus **R** – gera **S**$^{1}$**A**$^{1}$ – 67 perpetuitati *Schn.* perpetus (perpotus **ρ** perpetuus **ø**) tamen **SAR** – 68 dependi **S**$^{1}$**AR** – 70 acquirat **jbρçø** atquirat **S** quirat **A**$^{1}$ adquirat **A**$^{2}$**mfy** – 73 conseras **pç** conseris **SAR** – 74 possis etiam *scripsi* posset iam **SAR** – 77 uelim seras **S** – 79 hactenus **S** haec **AR** – positionem **A** – 81 *postscr.:* L. (liber **Ah**) Iuni Moderati Columellae rei rusticae liber quartus surcularis prior **SAh** Liber quartus rei rusticae explicit **byçø** L. Iuni Moderati Columellae rei rusticae liber quartus explicit **mfr**

L. IVNI MODERATI COLVMELLAE

# REI RVSTICAE

## LIBER QVARTVS

## ⟨SVRCVLARIS LIBER SECVNDVS⟩

I. Contra opinionem Attici et Celsi non esse satis altos scrobes bipedaneos uineaticis seminibus.

II. Non oportere unius uiuiradicis materiis duos palos uestire sed singula semina singulis adminiculis esse contribuenda.

III. Nouam consitionem uineae, nisi magna et adsidua cultura adiuuetur, celeriter interire.

IV. Prosterni uitem in scrobem et recuruatam usque ab imo solo rectam calamo applicari oportere.

V. A consitione omnibus mensibus diligenter fodiendum esse.

VI. Non esse committendum, ut in nouella uinea herbae nascantur.

VII. Ita pampinandas esse uiuiradices, ut ad unam materiam redigantur.

VIII. Eandem pampinationem malleolis adhibenda⟨m⟩.

IX. Tempestiuam pampinationem esse, quae ita tenera est, ut digito palmites facile deiciantur.

X. Non oportere per aestatem falce pampinos abnodare.

XI. Per autumnum ablaqueandam esse utique primo quinquennio nouellam uineam et ante brumam coaequandam.

XII. Ablaqueata[m] uinea[m] quemadmodum aestiuae radiculae amputentur.

XIII. Quemadmodum nouella uinea putetur.

XIV. Quod sit optimum tempus putandi.

---

*Titulus:* L (*om.* **S** et **A**) Iuni Moderati Columellae liber quintus feliciter **SAh** L Iuni Moderati Columellae rei rusticae liber quintus incipit feliciter **yçø** Quintus rei rusticae incipit **r**

*Argumentum: rubrica* Liber (*om.* **ń**) quintus haec continet **fń** – *numeros om.* **j** – 2 uiuiradicis **R** uiraeradicis **SA**$^{1}$ uiridae radicis **A**$^{2}$ – 3 magnam **SAh**$^{1}$**b**$^{1}$**σ** – 4 posterni **A** – recurbatam **S**$^{2}$ – solo **tbø** sole **SAR** – 5 conpositione **S** – 7 panpinandas **S** papinandos **A**$^{1}$ pantinandos **A**$^{2}$ – 8 panpinationem **SR** – adhibendam **γ** adibenda **S**$^{1}$ adhibenda **S**$^{2}$ adiuuenda **A** adiuuanda **λfyø** adiuuandam **jń** adiuanda **r** – 9 panpinationem **SAbσ** – 10 perei **S**$^{1}$ – panpinos **SA** – 11 ablaqueandam *Ald.* ablaqueandum **SAR** – utique **S** uiti quae **AR** – 12 ablaqueata uinea *Ald.* oblaqueatam (ablaqueata **ρ**) uineam **SAR** – 13 quamadmodum **S**$^{1}$ – 14 quod sit **A**$^{2}$**R** quodsi **SA**$^{1}$ – 20 frequendanda **A**$^{1}$ – 22 harundinibus **R**

XV. Quomodo malleolus resecandus sit.
XVI. Quemadmodum palanda sit uinea.
XVII. Quam alte canterius adleuandus sit.
XVIII. Quemadmodum uitis adliganda sit.
XIX. Quemadmodum malleolis iugum inponendum sit.
XX. Quemadmodum nouella uinea frequentanda et propagines faciendae sint.
XXI. Quo tempore et cuius aetatis uiuiradix transferenda sit.
XXII. Quemadmodum ex harundinibus iugum faciendum sit.
XXIII. Quemadmodum in hortulos uineae diuidendae sint.
XXIV. Quemadmodum ueteranae uineae restituantur.
XXV. Quemadmodum eaedem putentur.
XXVI. Quae bonus uinitor in constituta iam uinea uitare aut sequi debeat.
XXVII. Quemadmodum pampinari debeat.
XXVIII. Quot fossuris extolli.
XXIX. De inserendis tuendisque insitis uineis.
XXX. De salictis faciendis.
XXXI. De genistis.
XXXII. De harundinetis.
XXXIII. De castanietis.

---

arundibus **S** harundibus **A** – 23 hortolos **A** – 24 ueteranae **wåγbp** uetera **S**[1] ueteranea **Ahfy** ueteraneae (uera- **j**) **S**[2]**jmρø** – 27 *hoc et sequens in unum conscr.* **SAR** – panpinari **SAjbρyø** – 28 quot **dåoγρ** quod **SAR**

I

*1* Cum de uineis conserendis librum a me scriptum, Publi Siluine, conpluribus agricolationis studiosis relegisse⟨s, scio⟩ quosdam repertos esse, qui cetera quidem nostra praecepta laudassent, unum tamen atque alterum reprehendissent: quippe seminibus uineaticis nimium me profundos censuisse fieri scrobes adiecto dodrante super altitudinem bipedaneam, quam Celsus et Atticus prodiderant, singulasque uiuiradices singulis adminiculis parum prudenter contribuisse, cum permiserint idem illi auctores minore sumptu geminis materiis unius seminis diductis duo continua per ordinem uestire pedamenta; quae utraque reprehensio auaram magis habet aestimationem quam ueram.

*2* Etenim, ut, quod prius proposui, prius refellam, si contenti bipedanea scrobe futuri sumus, quid ita censemus altius pastinare tam humili mensura uitem posituri? dicet aliquis: ut sit inferior tenera subiacens terra, quae non arceat nec duritie sua repellat nouas inrepentis radiculas. *3* istud quidem contingere potest, etiam si ager bipalio moueatur, et deprimatur scrobis in regesto, quod est fermentatum plus dipondio semisse. nam semper in plano refossa et egesta humus ⟨tumi⟩dior est quam gradus soli crudi.

*4* Nec sane positio seminum praealtum cubile substerni desiderat, uerum abunde est semipedaneam consitis resolutam uitibus terra⟨m⟩ subiacere, quae uelut hospitali atque etiam materno sinu recipiat incrementa uirentium. exemplum eius rei capimus in arbusto, ubi,

---

**1:** 2 relegisses *ed.pr.* relegisse **SAR** – scio *addidi*, *om.* **SAR** (*correctiones aliae fortasse rectiores:* intellexi *h. l. add.* **p**$^2$, *post* quosdam *add.* scio γ, *post* esse *add.* ais *ed.pr.*) *uide diss. pp. 159 sq.* – 3 quidem **A**$^2$**R** quidam **SA**$^1$ – 4 reprehendisset **S** reprendissent **A** – 6 dodrante **h**$^2$**bϱyç** adrantei **SAh**$^1$**mjø** dodrantei **f** – bipedaneam **bpç** bipedaneum (-naum **A**$^1$) **SAR** – 7 singulas **S**$^1$ – 8 iidem **jfńyç** – illi **S**$^2$ ille **S**$^1$ illa **AR** – 9 sumpta **hλfr**$^2$**yø** – gemmis **R** – materiis unius seminis *om.* **AR** – deductis **AR** – 10 reprehensio *om.* **AR** – auaram *Schn.* abiaram **SAhj** ambiguam (ambiariam **r**$^1$) **R** *post add.* nisi antiquitus ita dicere (dici **b**) solitum erat **byø** – 11 aestimatione **S** – 12 contemti **S** contemi **A**$^1$ – 13 pibedanea **A** – 15 sepellat **S**$^1$**A** – 16 istut **S**$^1$ – continere **AR** – 17 bibalio **SA** – 18 dipundio **Ahjσ** dupondio **λ** – 19 refossa et *Schn.* refusos sed **SAR** – humus tumidior *Ald.* humus dior (iucundior **ϱ**) **SAh**$^1$**jλσ** humidior **h**$^2$**ç**$^2$ – 20 nec **Ahjσ** quam **S** ne **λ** – postaltum **R** – 21 terram **γp** terra **SAR** – 22 subiaceret **SAhλfy** – 23 incrementa **tp** incrementi (-tum **ø**) **SAR** – capiamus **AR** – 27 demissa γ demessa **S** dimissa

cum scrobes defodimus, admodum exigui pulueris uiuiradici subicimus.

*5* Verior igitur causa est depressius pastinandi, quoniam iugata uineta melius consurgunt altioribus demissa scrobibus. nam bipedaneae uix etiam prouincialibus agricolis adprobari possint, apud quos humili statu uitis plerumque iuxta terram coercetur. cumque iugo destinetur, altiore fundamento stabilienda sit, si modo, quando scandit excelsius, plus alimenti terraeque desiderat. *6* et ideo in maritandis arboribus nemo minorem tripedanea[m] scrobem uitibus comparat.

Ceterum illa parum prudens: agricolarum studio praecipua esse commoda humilis positionis, quod et celeriter adolescant semina, quae non fatigentur multo soli pressa pondere, fiantque uberiora, quae leuiter suspensa si⟨n⟩t.

Nam utraque ista Iuli Attici ratio conuincitur exemplo arbustiuae positionis, quae scilicet multo ualidiorem fertilioremque stirpem reddit, quod non faceret, si [non] laborarent altius demersa[e] semina. *7* quid? quod pastinati humus, dum est recens soluta laxataque, uelut fermento quodam intumescit; cum deinde non longissimam cepit uetustatem, condensata subsidit ac uelut innatantis radices uitium summo solo destituit. hoc autem minus accidit nostrae sationi, qua maiore mensura uitis demittitur. nam quod in profundo semina frigore laborare dicuntur, nos quoque ⟨non⟩ diffitemur, *8* sed non est dipondii et dodrantis altitudo, quae istud efficere possit, cum praesertim, quod paulo ante rettulimus, depressior arbustiuae uitis satio tamen effugiat praedictum incommodum.

**2** *1* Alterum illud, quod minore ⟨in⟩pensa duos palos unius seminis flagellis cen⟨sen⟩t maritari, falsissimum: siue enim caput ipsum

---

**2:** 13–16 *Pallad. 3,16,2*

---

**AR** – crobibus **S**$^{1}$ – uipedaneae **S**$^{1}$**A** – 28 aput **S**$^{1}$ – 29 cohercetur **Srø** corcetur **j**$^{1}$**y** – 32 tripedanea *Schn.* tripedaneam **S** pedaneam **AR** – 34 praecipu **A**$^{1}$ – 36 fatigantur **AR** – 37 sint **γρńç** sit **SAR** – 40 quid **A**$^{1}$ – non (*ante* laborarent) *om.* γ – demersa **h**$^{2}$**wåzäucqγρçø** demersae **SAR** – 41 quid quod **S** quitquid **A**$^{1}$ quicquid **A**$^{2}$**R** – recen **S**$^{1}$**A** – 42 laxatque **AR** – subsidit *Ald.* subsidii **SAR** – 44 summu **A** – sole **AR** – 45 mensu ruitis **SA**$^{1}$ – dimittitur **AR** – 46 labore **S**$^{1}$**A** – non γ *om.* **SAR** – 47 dupundii **Ahjmfy** dipundii **bρ** dupondii **çø** – orantis **SA** – istut **S**$^{1}$

**2:** 1 minore **b** minori **SAR** – impensa γ pensa **SAR** – 2 censent *ed.pr.* cent **SAR** – 3 statumina **ρç** statuminna **SAhjmf** statuminua **b** statuminia **y** statu-

demortuum est, duo uiduantur statumina et mox uiuiradices totidem substituendae sunt, quae numero suo rationem cultoris onerant; siue tenuit et, ut saepe euenit, uel nigri est generis uel parum fertilis, non in uno sed in pluribus pedamentis fructus claudicat. quamquam etiam generosa⟨e⟩ stirpis uitem sic in duos palos diuisam rerum rusticarum prudentiores existimant minus fertilem fore, quia cratem factura sit.

*2* Et idcirco ueteres uineas mergis propagare potius quam totas sternere idem ipse Atticus praecepit, quoniam mergi mox facile radicentur, ita ut quae⟨que⟩ uitis suis radicibus tamquam propriis fundamentis innitatur. haec autem, quae est toto prostrata corpore, cum inferius solum quasi cancellauit atque inretiuit, cratem facit et pluribus radicibus inter se conexis an[i]gitur nec aliter quam si multis palmitibus grauata deficit. *3* quare per omnia praetulerim duobus potius seminibus depositis quam unico periclitari nec id uelut conpendium consectari, quod in utramque partem longe maius adferre possit dispendium.

Sed iam prioris libri disputatio repetit a nobis promissum sequentis exordium.

**3** *1* In omni genere inpensarum, sicut ait Graecinus, plerique noua opera fortius auspicantur quam tuentur perfecta: quidam, inquit, ab inchoato domos extruunt nec peraedificatis cultum adhibent; nonnulli strenue fabricant nauigia nec consummata perinde instruunt armamentis ministrisque; quosdam emacitas in armentis, quosdam exercet in conparandis mancipiis, sed ⟨in⟩ isdem tuendis nulla cura tangit; *2* multi etiam beneficia, quae in amicos contulerunt, leuitate destruunt. ac ne ista, Siluine, miremur, liberos suos nonnulli nuptiis uotisque quaesitos auare nutriunt nec disciplinis aut ceteris corporis excolunt instrumentis.

---

muina **ø** – mox **γ** uox **SAR** – 5 tenuit **S** lenut **A**$^{1}$ lenuit **A**$^{2}$ leniit **R** – uenit **A**$^{1}$**R** – 7 generosae **γ** generosa **S** genera **AR** – 9 fertile **S** – 10 totas **ü**$^{2}$**p**$^{2}$ totam **Sj** tota **Ahλσ** – 11 praecipit **AR** – 12 radicentur *Sobel p. 12* redigentur **SAR** – quaeque *ed.pr.* quae **SAR** – 13 quae est toto **S**$^{2}$ quaestoto **S**$^{1}$**A** quae toto **R** – 14 cancellauit *Gesner* concellauit **SA** concelauit **R** – 15 conexes **A**$^{1}$ conexeis **A**$^{2}$ connexis **R** – angitur **lp** anigitur **SAR** – alter **λfryø** – 17 qua **A** – 18 uelud **A** – utraque parte **S** – 20 libris **A**

**3:** 2 forsius **SA** – quan **S** – inquid **S**$^{1}$ – 3 incoato **A** incohato **hjfρø** – exstruunt **A** – 4 adibent **S**$^{1}$ – 7 mancipiis sed in isdem *scripsi* mancipiisdem **S** mancipiisdeemp **A** mancipiis de in **h**$^{2}$ mancipiis sed iisdem (isdem **j**) **h**$^{1}$**jλfø** mancipiis sed de (de sed **ρy**) iisdem **ρyç** – 8 multa **AR** – 11 excoluntur **SA** – 14

Quid his colligitur? scilicet plerumque simili genere peccari etiam ab agricolis, qui pulcherrime positas uineas, antequam pubescant, uariis ex causis destituunt: *3* alii sumptum annuum refugientes et hunc primum reditum certissimum existimantes inpendere nihil, quasi plane fuerit necesse uineas facere, quas mox auaritia desererent; nonnulli magna potius quam culta uineta possidere pulchrum esse dicunt; cognoui iam plurimos, qui persuasum haberent agrum bonis ac malis rationibus colendum.

*4* At ego cum omne genus ruris, nisi diligenti cura sciteque exerceatur, fructui esse non posse iudicem, tum uel maxime uineas; res est enim tenera, infirma, iniuriae maxime impatiens, quae plerumque nimia laboret ubertate; consumitur enim, si modum non habeas, fecunditate sua. cum tamen aliquatenus se confirmauit et uelut iuuenile robur accepit, neglegentiam sustinet.

*5* Nouella uero dum adolescit, nisi omnia iusta perceperit, ad ultimam redigitur maciem et sic intabescit, ut nullis deinceps inpensis recreari possit. igitur summa cura ponenda sunt quasi fundamenta, et ut membra infantium a primo statim die consitionis formanda, quod nisi fecerimus, omnis impensa in cassum recidat nec praetermissa cuiusque rei tempestiuitas reuocari queat.

Experto mihi crede, Siluine, bene positam uineam bonique generis et bono cultore numquam non cum magno fenore gratiam reddidisse. *6* idque non solum ratione sed etiam exemplo nobis idem Graecinus declarat eo libro, quem de uineis scripsit, cum refert ex patre suo saepe se audire solitum Papirium quendam Veternensem, uicinum sibi, duas filias et uineis consitum habuisse fundum; cuius partem tertiam nubenti maiori filiae dedisse in dotem ac nihilominus aeque magnos fructus ex duabus partibus eiusdem fundi percipere solitum; minorem deinde filiam nuptum conlocasse in dimidia parte reliqui agri nec sic ex pristino reditu detraxisse. quod quid conuincit? melius scilicet postea cultam esse tertiam illam fundi partem quam ante uniuersam.

---

destitunt **A** – annum **SAfr** – 15 aestimantes **AR** – 16 fuit **SA** – qua **SA**$^1$ quam **A**$^2$ – 20 ad **S**$^1$**A**$^1$ – diligentis **SAh**$^1$ – crura **Ah**$^1$ – scite **hρ** scit **λfy** sit **ø** aeque **j** – 21 exercitatur **A**$^1$ exercetatur **A**$^2$ – fructui **SAhmr**$^1$**ç** fructuosum **jbσ** – 22 ininpatiens **A** – 23 nimia laboret **S** enimia labore **A** nimio (enimio **h**$^2$) labore et **R** – modo **A** – 24 adhibeas **jλr**$^1$**yçø** – 25 ueluti **Ahσ** – neclegentiam **S**$^1$ – 28 deponenda **R** – 32 uene **S**$^1$ – 33 culturae **SA** – 34 redidisse **S** – 35 eo ... scripsit *om.* **SA** – 36 parte **SA** – Papirium **hjσ** Paririum **SAλr**$^1$ – Veternensem *scripsi* Veterrensem **S** Veterensem **AR** *uide diss. p. 160* – 37 si uiduas **SA** – uineas **Ah**$^1$ – 39 duobus **SAh** – 40 nuptam **A**$^2$ nuptu **R** – 42 quot **Ajfńø** –

## 4 De cultura uineae nouellae

*1* Et nos igitur, Publi, magno animo uineas ponamus ac maiore studio colamus, quarum consitionis sola illa commodissima ratio est, quam priore tradidimus exordio, ut facta in pastinato scrobe tota uitis a media fere parte sulci prosternatur et ad frontem eius ab imo usque recta materies exigatur calamoque adplicetur. id enim praecipue obseruandum est, ne similis sit alueo scrobis, sed ut expressis angulis uelut ad perpendiculum frontes eius derigantur. *2* nam uitis supina et uelut recubans in alueo deposita, postea, cum ablaqueatur, uulneribus obnoxia est, quoniam, dum exaltare orbem ablaqueationis fossor studet, obliquam uitem plerumque sauciat et nonnumquam praecidit. meminerimus ergo usque ab imo scrobis solo rectum adminiculo sarmentum adplicare et ita in summum perducere, tum cetera, ut priore libro praecepimus, et duabus gemmis superextantibus terram coaequare, deinde malleolo inter ordines posito crebris fossionibus pastinatum resoluere atque in puluerem redigere. *3* sic enim optime et uiuiradices et reliqua semina, quae deposuerimus, conualescent, si mollis ac tenera humus nullis herbis inrepentibus humorem stirpibus praebuerit nec duritia soli nouellas adhuc plantas uelut arto uinculo conpresserit.

**5** Numerus autem uertendi soli bidentibus, ut uerum fatear, definiendus non est, cum, quanto crebrior sit, plus prodesse fossionem conueniat. sed quoniam impensarum ratio modum postulat, satis plerisque uisum est ex Kalendis Martiis usque in Octobris tricen-

---

5: *Cato agr. 43,2; Pallad. 4,7,1*

---

*post* conuincit *add.* nisi (nihil ç) **hjσ** – 43 illa **S** – partem *om.* **SA** – antea **R** (*exc.* **ry**) – uniuersam **R** uniuersa sunt **SA**

4: 1 *pr.* **SAhbfy** – 3 quaram **A$^1$** – 5 tota *om.* **SA** – frondem **A$^2$** – 6 recta materies **SR** rectam tertes **A** – erigatur **R** – calomoque **S** – 7 albeo **S$^1$** – 8 frondes **A$^2$** – dirigantur **AR** – 9 sipina **S$^1$A$^1$** – et uelut recubans *om.* **SA** – cum **p** quam **SAR** – 10 dum *om.* **A$^1$** – exaltere **SA** exaltares **h$^1$** exlaleare **λ** – 11 fossor (fosor **h**) studet **hjb$^1$r$^1$çø** forstudet **SA** fortius tundit **mb$^2$fρy** – oblequam **A** – 12 numquam **S** – praecipit **SA$^1$** – scrobis **R** bis **SA** – 14 praecipimus **Ahfy** – et **SA** ac deinde **R** – 15 superexstantibus **Ajø** – 16 positionibus **S$^1$A** – persoluere **A** – 17 optime **S$^2$A$^2$** opti **S$^1$A$^1$** motum **R** – 18 si mollis **h$^2$jbyç** simul **SAh$^1$m** si mollis simul **fρø** – *post* herbis *add.* haerens **hλσ** – 19 praebuerit **R** preberet **S$^1$** preueri **S$^2$** preberit **A$^1$** preuerit **A$^2$** – duritias **SA$^1$** durities **A$^2$** – 20 platas **S$^1$A$^2$** plates **A$^1$** – uelud **A** – alto **SAρ**

5: 1 uidentibus **S$^1$A** – ut *om.* **A** – 3 inpensarem **A$^1$** – 4 plerique **SA** – tri-

simo quoque die nouella uineta confodere omnisque herbas et praecipue gramina extirpare, quae nisi manu eliguntur et in summum reiciuntur, quantulacumque parte adobruta sunt, reuiuiscunt et uitium semina ita perurunt, ut scabra atque retorrida efficiant.

**6** *1* Ea porro, siue malleolo⟨s⟩ seu uiuiradices deposuimus, optimum est ab initio sic formare, ut frequenti pampinatione superuacua detrahamus nec patiamur plus quam in unam materiam uires et omne alimentum conferre. primo tamen bini pampini summittuntur, ut sit alter subsidio, si alter forte deciderit. *2* cum deinde paulum induruere uirgae, tum singulae detrahuntur, ac ne quae relictae sunt procellis uentorum decutiantur, molli et laxo uinculo adsurgentis subsequi conueniet, dum clauiculis suis quasi quibusdam manibus adminicula conprehendant.

*3* Hoc si operarum penuria facere prohibebit, in malleolo, quem et ipsum pampinare censemus, at certe in ordinariis uitibus utique optinendum est, ne pluribus flagellis emacientur, nisi si propaginibus futuris prospiciemus, sed ut singulis materiis seruiant, quarum incrementa elicere debebimus, adplicato longiore adminiculo, per quod prorepant in tantum, ut sequentis anni iugum exsuperent et in fructum curuari possint. *4* ad quam mensuram cum increuerint, cacumina infringenda sunt, ut potius crassitudine conualescant quam superuacua longitudine adtenuentur.

Idem tamen sarmentum, quod in materiam submittimus, ab imo usque in tres pedes et semissem pampinabimus et omnes eius intra id spatium nepotes enatos saepius decerpemus. *5* quicquid deinde supra germinauerit, intactum relinqui oportebit. magis enim conueniet proximo autumno falce deputari superiorem partem quam aestiuo tempore pampinari, quoniam ex eo loco, unde nepotem ademeris, confestim alterum fundit, quo enato nullus relinquitur oculus in ipsa materia, qui sequente anno cum fructu germinet.

---

**6:** *Thphr. CP 3,14* – 1–9 *Pallad. 6,2,1*

---

gesimo (-cesi- **yø**) **R** – 5 uneta **S**$^1$ – herbis **A**$^1$ – 6 quas **SA** – 7 quantulacumque **hλfρç** quantumadcumque **SA** quantulancunque **j** quantulactumque **y** quamtumlacumque **ø** – partem **SAj** – adobrata **hfy** – reuiuescunt **S** – 8 uium **S**$^1$ uiuum **A** – effiant **A**

**6:** 1 malleolos **γlç** malleolo **SAR** – 3 detrahamus **p**$^2$**ç** detramur **S**$^1$**A** detrahamur **S**$^2$**R** – 4 uini **SA** – 6 induere **SA**$^1$**h**$^1$**jr**$^1$ – deextrahuntur **h** extrahuntur **mfρyø** extrhauntur **j** – 8 quibus **S** – 10 si o- *om.* **A**$^1$ – 11 ad **S** – 13 prospiciemus **jfr**$^2$**yçø** efficiemus **SAhλρ** – 14 elicere *Urs.* eligere **SAR** – debemus **hλσ** – 15 exuperent **AR** – 16 a **SAy** – excreuerint **R** – 17 infringendi **SA**$^1$ – 19 ab ...

**7** *1* Omnis autem pampinationis ea est tempestituitas, dum adeo teneri palmites sunt, ut leui tactu digiti decutiantur. nam si uehementius induruerunt, aut maiore nisu conuellendi sunt aut falce deputandi; quod utrumque uitandum est, alterum, quia lacerat matrem, si reuellere coneris, alterum, quia sauciat, quod in uiridi et adhuc stirpe inmatura fieri noxium est. *2* neque enim eatenus plaga constitit, qua uestigium fecit acies, sed aestiuis caloribus falce uulnus penitus inpressum et⟨iam⟩ latius inarescit, ita ut non minimam partem de ipso matris corpore necet.

Atque ideo, si iam caulibus duris falcem adhiberi necesse est, id paulum ab ipsa matre recidendum est et uelut reseces relinquendi sunt, qui caloris excipiant iniuriam eatenus, qua enascuntur a latere palmites. ultra enim non serpit uaporis uiolentia.

*3* In malleolo similis ratio est pampinandi et in longitudinem eliciendi materiam, si eo uelimus anniculo uti, quod ego saepe feci. sed si propositum est utique recidere, ut bimo potius utamur, cum ad unum pampinum iam redegeris et is ipse excesserit pedalem longitudinem, decacuminare conueniet, ut in ceruicem potius confirmetur et sit robustior.

Atque haec positorum seminum prima cultura est.

## 8 Ablaqueatio nouellae

*1* Sequens deinde tempus, ut prodidit Celsus et Atticus, quos iure maxime nostra aetas probauit, post Idus Octobris ampliorem curam deposcit. nam post Idus Octobris, priusquam frigora inuadant, uitis ablaqueanda est, quod opus adapertas ostendit aestiuas radiculas easque prudens agricola ferro cecidit. nam si passus est conualescere,

---

7: 1–2 *Pallad. 6,2,2; Gp. 5,28,1–2*
8: *Pallad. 11,5; Gp. 5,20* – 24–26 *Pallad. 3,8*

---

pampinabimus *om.* **SA** – 20 pampinabimus **h**$^1$**bç** pampinauimus **h**$^2$**jmσ** – 21 decerpemus **h**$^2$**jλyø** discerpemus **SAfρ** deserpepmus **h**$^1$ excerpemus **ç** – inde **jλσ** – 22 intractum **SA** – relicto portauit **SA** – conueniet *om.* **SA** – 26 oculis **SA**

7: 1 ea *om.* **SA**$^1$ – 8 uulnus **S**$^2$**bńç** bolnus **S**$^1$**A** uolnus **hjmfrø** *om.* **y** – etiam *Pont.* et **SAR** – inharescit **Ah**$^1$**λ** – ita ut **hjy** aut **SA** ita **λσ** – 10 durus **SA** – adiueri **A**$^1$ – id ... reseces *om.* **SA** – 12 qui nascuntur **R** – 15 eligendi **AR** – aminiculo **bρø** anuiculo **m** anmiculo **y** – 16 recedere **S**$^1$ – bino **λø** himo **j** – 17 redigeris **S**$^1$ – is **S** si **R** *om.* **A** – 18 recacuminare **SA** – in ceruicem **bp** inter uitem **SAhr**$^1$ in ceruice **j** inter ceruicem **mρy** inter ceruicem uitem **f** ceruicem **ç** ceruicem uitem **ø**

8: 1 *pr.* **SAhbfyç** – 3 post Idus Octobris *om.* **A**$^2$ – 5 adopertas **R** – 6 easque

inferiores deficiunt, atque euenit, ut uinea summa parte terreni radices agat, quae et frigore infestentur et caloribus maiorem in modum aestuent ac uehementer sitire matrem in ortu Caniculae cogant. *2* quare quicquid intra sesquipedem enatum est, cum ablaqueaueris, recidendum est. sed huius non eadem ratio est amputandi, quae traditur in superiore parte uitis. nam minime adleuanda plaga est minimeque adplicandum ferramentum ipsi matri, quoniam, si iuxta truncum radicem praecideris, aut ex cicatrice plures nascentur aut hiemalis, quae consistit in lacusculis ablaqueationis, aqua brumae congelationibus noua uulnera peruret et ad medullam penetrabit. quod ne fiat, recidere ab ipso codice instar unius digiti spatio conueniet atque radiculas praecidere, quae sic ademptae non amplius pullulant e⟨t⟩ a cetera noxa truncum defendunt.

*3* Hoc opere consummato, si est hiems in ea regione placida, patens uitis relinquenda est. sin uiolentior hoc facere nos prohibet, ante Idus Decembris praedicti lacusculi coaequandi sunt. si uero etiam praegelida frigora regionis eius suspecta erunt, aliquid fimi uel, si est commodius, columbini stercoris aut in hu⟨n⟩c usu⟨m⟩ praeparatae ueteris urinae senos sextarios, antequam uitem adobruas, radicibus superfundes.

*4* Sed ablaqueare omnibus autumnis oportebit primo quinquennio, dum uitis conualescat; ubi uero truncus adoleuerit, fere triennio intermittendus est eius operis labor: nam et minus ferro crura uitium laeduntur nec tam celeriter radiculae inueterato iam codice enascuntur.

---

(asque **ø**) **hjσ** aesque **SA** absque **λ** – frondes **S** frundens **A** – agricula **A** – 8 im **Smry** – 9 aestuent (extuent ń est uenit **y**) ac uehementer **hλσ** est ac uentu ementur **SAj** – matrem *om.* **hλσ** – in ortu Caniculae **hλσ** Acniculae ortum **S** Agniculae ortum **A** Caniculae ortum **j** – 10 in **SA** – sesquipedem enatum **p** sesquipede aenatum **SA** sesquipedem natum **R** – 12 adleuanda **mρçø** ablaqueanda **SAhbf** oblaqueanda **r**$^1$ abieuanda **j** *om.* **y** – 13 adplicandum (ampli- **ρ**) **R** adleuandum **SAr**$^1$ – 14 catrice **A** – pube **SA** – 15 enascentur **jfρyç** nascantur **λ** – aut **hjyç** ut **SA** at **λfρø** a **y** – quae consistit in lacusculis *om.* **SAj** – constitit **fø** constitis **m**$^1$ constat **ρ** – lasculis **b**$^1$ lacustulis **y** *post add.* plures **λ** – oblaqueationis **hρ** – 16 nouae **A** – 17 penetrauit **SA** – recedere **S**$^2$ – 19 pubulant **A**$^1$ pululant **A**$^2$**hλfryø** – et a **hρ** ea **SAR** – 20 hiemps **S**$^1$**A**$^1$ – 21 si **SR** – hoc **γ** hic **SAR** – 24 si **SAh** quod **jλρyçø** *om.* **f** – sterceris **S** – hunc usum **t** ucus **S** hucus **A** usu **R** – 25 setarios **S**$^1$**Ay** sestarios **S**$^2$**hj**$^2$**λfç** stestarios **j**$^1$ – 26 radicis **SA** – 28 *ante* truncus *add.* uitis **R** (*exc.* **ρ**) – 29 intermittendus est eius operis *hoc loco* **R** *post* quinquennio *supra trp.* **SA** – est eius **R** esset **SA** – uitium **R** ueritius **SA** – 30 laeduntur **j** laedantur **SAhλσ** – iam *om.* **SA** – 31 enascantur **Aj**

**9** *1* Ablaqueationem deinde sequitur talis putatio, ut ex praecepto ueterum auctorum uitis ad unam uirgam reuocetur eaque recidatur duabus gemmis iuxta terram relictis; quae putatio non debet secundum articulum fieri, ne reformidet oculus, sed medio fere internodio ea plaga obliqua falce fit, ne, si transuersa fuerit cicatrix, caelestem supercidentem aquam contineat. *2* sed nec ad eam partem, qua est gemma, uerum ad posteriorem declinatur, ut in terram potius deuexa quam in germen delacrimet; namque depluens umor caecat oculum nec patitur crescere.

**10** *1* Putandi autem duo sunt tempora, melius autem, ut ait Mago, uernum, antequam surculus progemmet, quoniam umoris plenus facilem plagam et leuem et aequalem accipit nec falci repugnat. hunc autem secuti sunt Celsus et Atticus.

Nobis neque angusta putatione coercenda semina uidentur, nisi admodum inualida sunt, neque utique uerno recidenda, *2* sed primo quidem anno, quo sunt posita, frequentibus fossionibus omnibus mensibus, dum frondent, ac pampinationibus adiuuanda, ut robur accipiant nec plus quam uni materiae seruiant, quam educauerint. autumno uel uere, si magis conpetent, adradenda et nepotibus, quos pampinator in superiore parte omiserat, liberanda censemus atque ita in iugum inponenda. ea enim leuis et recta sine cicatrice uinea est, quae se primi anni flagello supra iugum extulit, quod tamen apud paucos agricolas et raro contingit; ideoque praedicti auctores primitias uitis resecare censuerunt.

*3* Sed nec utique uerna omnibus regionibus melior putatio est. nam ubi caelum frigidum est, ea sine dubio eligenda est; ubi uero

---

9: *Gp. 5,23* – 3–9 *Plin. nat. 17,192*
10: *Gp. 5,23* – 1–15 *Thphr. CP 3,15* – 17–19 *Pallad. 12,4,1*

---

9: 1 amputatio **A²** – 2 uirgulam **R** – eaque recidatur **hλρyçø** id est **f** *om.* **SAj** – 4 formidet **SAρ** – oculos **A¹** – intermodio **A** – 6 aqua **SA** – ad eam **SA²R** eadem **A¹** – 7 in terram *Ald.* interdum **SAR** – 8 germen **S²** germe **S¹** germine **AR** – lacrime **SA** – defluens **R** – 9 crescere **SAhjr¹** frondescere **λσ**

10: 1 tempora **AR** genera **S** – autem *om.* **SA** – it **S¹A¹** – 2 progerminet **bø¹** progeminet **mrø²** – 3 huc **S¹A** – 5 nouis **S** – amputatione **A²** – *post* nisi *add.* si **R** – 6 admdum **S¹A** – 7 frequentius **SA** – possessionibus **A** – 8 *post* adiuuanda *add.* sunt **R** – 9 ut **SA** nec **jλfρø** ne **ç** ut nec **hy** – accipiunt **SAρ** – unae **S** una **A** – 10 adredenda **A** – 11 pampinatione **SAh** – superiorem **S** – partem **SA** – 12 ea *om.* **SA** – 14 sed **A** – 15 censuerunt **Sç** consuerunt **Ajλfňy** consueuerunt **hrø** – 16 uerno **R** – amputatio **A²** – 17 ubi … eligenda est *bis* **S**

aprica loca sunt mollesque hiemes, optima et maxime naturalis est autumnalis, quo tempore diuina quadam lege et aeterna fructum cum fronde stirpes deponunt.

**11** *1* Hoc facere, siue uiuiradicem siue malleolum conseueris, censeo. nam illam ueterem opinionem damnauit usus non esse ferro frangendos anniculos malleolos, quoniam reformident, quod frustra Vergilius et iam Saserna Stolonesque et Catones timuerunt, qui non solum in eo errabant, quod primi anni capillamenta seminum intacta patiebantur, sed et post biennium, cum uiuiradix recidenda erat, omnem superficiem amputabant solo tenus iuxta ipsum articulum, ut e duro pullularet.

*2* Nos autem magister artium docuit usus primi anni malleolorum formare incrementa nec pati uitem superuacuis frondibus luxuriantem siluescere, nec rursus in tantum coercere, quantum antiqui praecipiebant, ut totam superficiem amputemus, nam id quidem maxime contrarium est: *3* primum, quod, cum ad terram decideris semina, uelut intolerabili adfecta uulnere pleraque intereunt; nonnulla etiam, quae pertinaciter uixerunt, minus fecundas materias adferunt; siquidem e duro quae pullulant, omnium confessione pampinaria saepissime fructu carent.

*4* Media igitur ratio sequenda est, ut neque solo tenus malleolum recidamus nec rursus in longiorem materiam prouocemus, sed adnodato superioris anni pollice iuxta ipsam commissuram ueteris sarmenti unam uel duas gemmas relinquemus, ex quibus germinet.

---

**11:** 1–8 *Cato agr. 33,2–3; Plin. nat. 17,176* – 4 *Verg. georg. 2,362* – 9–21 *Varro rust. 1,31,2–3; Plin. nat. 17,173*

---

**11:** 1 conseueris **hλ** cunnseueris **S**$^1$ connseueris **S**$^2$**A** consueueris **j** conseruimus **f** consecueris **ρ** consueuerimus **y** consueris **ç** conseuerimus **ø** – 2 opinem **A** – damnabit **Aj** – tangendos **ρyçø** – 4 iam *om.* **SA** – timuerim **SA**$^1$**hr**$^1$ timuerint **A**$^2$ – 5 narrabant **A** – quo **SA** – 6 patiebatur **SAj** – tibiennium **S** – 7 articolum **S**$^1$**A** – 8 pulularet **Ahλfryø** – 10 formare **hjρ** formae **SAλçø** fornire **fy** – 11 laxuriantem **A** – 12 praecipienda **SA** – 13 maximum **SA** – a terra **SA** – 14 semina *om.* **SA** – uelud **A** – intollerabili **A**$^1$**jλry** – *post* intereunt *add.* ut **hλσ** – 15 nonnulli **SA** – uixerint **hjσ** – 16 e *om.* **A** – qui **A** – pululant **Ahλfρyø** – 18 malleolum *om.* **A** – 20 adnotato **R** – pollicet **SA** – iuxta **SAhçø** super **jλfρy** – 21 germinent **R**

## 12 De nouella subrigenda

*1* Putationem sequitur iam pedandae uineae cura. uerum hic annus nondum uehementem palum aut ridicam desiderat. notatum est enim a me plerumque teneram uineam melius adminiculo modico quam uehementi adquiescere; itaque aut ueteres, ne nouae radicem agant, harundines binas adplicabimus singulis uiticulis, aut, si regionis conditio permittit, de uepribus hastilia, quibus adnectantur singulae transuersae perticae in unam partem ordinis; *2* quod genus iugi cantherium uocant rustici. plurimum id refert esse, quod paulum infra curuationem uitis prorepens pampinus statim adprendat et in transuersa potius se fundat quam in edita uentosque facilius sustineat subnixus cantherio. idque iugum intra quartum pedem conuenit adleuari, dum se uinea corroboret.

**13** *1* Inpedationem deinde sequitur adligator, cuius officium est, ut rectam uitem producat in iugum: quae siue iuxta palum est posita, ut quibusdam placet auctoribus, obseruare debebit, qui adnectit, ne in alliganda materia flexum pali, si forte curuus est, sequendum putet; nam ea res uncam uitem facit; siue, ut Attico et nonnullis aliis agricolis uisum est, inter uitem et palum spatium relinquitur, quod nec mihi displicet, recta harundo adiungenda stirpi est et ita per crebra retinacula in iugum perducenda.

Vinculi genus quale sit, quo religantur semina, plurimum refert: *2* nam dum nouella uinea est, quam mollissimo nectenda est, quia, si uiminibus salicis aut ulmi ligaueris, increscens uitis se ipsa praecidit. optima est ergo genista uel paludibus desectus iuncus aut ulua; non pessime tamen in umbra siccata faciunt in hunc usum harundinum quoque folia.

---

**12:** 6–8 *Plin. nat. 17,165*
**13:** 11–12 *Plin. nat. 17,187; Pallad. 4,7,2*

---

**12:** 1 *pr.* **SAhbfyç** – *post* subrigenda *add.* putatione **A** putationem **hbfyç** – 2 putationem *om.* (*rubricae add.*) **A** – nam **SA** – 3 rigidam **S** ruelicam **ρ** radicam **y** – 4 teram $S^{1}$ terram **Ahmρ** – 5 *post* uehementi *add.* palo **R** – 6 harundines **R** harum singulis **SA** – uinas **A** – adplicauimus **SA** – adplicabimus *post* uiticulis *trp.* **R** – uitiilicus **A** uitibus **R** – 7 condicio **A** – uepribus $S^{2}$ ueprius $S^{1}A^{2}$ bueprius $A^{1}$ ueteribus **R** – 10 paulum **j** palum **SAhλσ** – adprendat *scripsi* adprendant **SA** adprehendat **jλń** adprehendant $hb^{1}fryçø$ – 12 subnexus **SA** – iugum $SA^{2}R$ genum $A^{1}$ – 13 conprobaret **SA**

**13:** 1 adligator **j** adlegator **SAhλσ** – 2 paulum $A^{1}j$ – 3 ut quibusdam placet auctoribus *om.* **SA** – placuit **j** – 6 paulum $S^{1}$ – relinquitur **SAj** relinquendum est **hλσ** – 7 displacet $A^{1}$ – 8 cribra $SA^{1}$ – gum **S** – 9 religatur **SA** redigantur

**14** *1* Sed et malleolorum similis cura agenda est, ut ad unam aut duas gemmas deputati autumno uel uere, priusquam germinent, iugentur. iis, ut dixi, cantherius prop[r]ius a terra quam uitibus ordinariis submittendus est; neque enim editior esse debet pedali altitudine, ut sit, quem teneri adhuc pampini capreolis suis inligent, ne uentis explantentur.

Insequitur deinde fossor, qui crebris bidentibus aequaliter et minute soli terga comminuat. *2* hanc planam fossuram maxime nos probamus. nam illa, quam in Hispania hibernam appellant, cum terra uitibus detrahitur et in media spatia interordiniorum confertur, superuacua nobis uidetur, quia iam praecessit autumnalis ablaqueatio, quae et nudauit summas et ad inferioris radiculas transmisit hibernos imbris. numerus autem fossionis aut idem debet esse qui primi anni aut una minus; nam utique frequenter solum exercendum est, dum id incremento suo uites inumbrent nec patiantur herbam subcrescere.

*3* Pampinationis eadem debet esse ratio huius anni quae prioris. adhuc enim conpescenda quasi pueritia seminum est nec plus quam in unum flagellum est submittenda, tanto quidem magis, quod tenera aetas eius non sustinet et fetu et materiis onerari.

**15** *1* Sed cum annicula et mensum sex ad uindemiam perducta est, sublato fructu protinus frequentanda est et praesidiari malleoli propagandi sunt, qui in hunc usum fuerant depositi; uel si ne hi quidem sunt, ex ordinaria uite in alterum palum mergus est adtra-

---

**15:** 9–19 *Pallad. 3,16,1–2* – 15–19 *Plin. nat. 17,205*

---

**jmy** – semina plurimum **jç** plurima seminum **SA** plurimum semina **hλρy** plurima semina **fø** – 11 biminibus **A**$^1$ – saligis **S**$^1$ – praecidit **jb**$^2$ procidit **SAhλσ** – 12 defectus **A**$^1$ – 13 in (*ante* hunc) **SA** ad **R**

**14:** 2 germinet **SA** – iuncentur **j** uincentur (-cien- **ç**) **λσ** – 3 is **AR** – propius **tpç** proprius **SAR** – 5 quae **A** – camproleis **SA** – ne **jλσ** nec **SAh** – 7 forsor **S**$^1$**A**$^1$ – uidentibus **S**$^1$**A** – 8 minuti **SA** – comminuat **SAρç** conuertat **hjλfyø** – plagam **Ah**$^1$ – 12 nudabit **S** nuduabit **A** – inferiores **mr** *post add.* peruenit **SAj** – transmisit hibernos imbris *om.* **SA** – 13 hibernos **j** hiberos **hλσ** – imbris **hρç** himbris **λfyø** imbres **j** – possessionis **S**$^1$ possionis **A** – 14 una minus nam **j** unam **SA** una nam **bσ** unam nam **h**$^1$**m** una **h**$^2$ – 15 est *om.* **SAj** – dum *om.* **SA** *post* id *trp.* **hfy** – 17 anni quae **hλσ** antiquae **SAj** – 18 conpescendam **SA** – 20 eius aetas **hλσ**

**15:** 1 mensium **hbø** – 2 frequentandae **S** – praesidiari **SAf** praesidearei **h** praesidiarii **jç** praesidiare **λ** praesidiarei **ρyø** – 3 huc **SA**$^1$ – 4 paulum **S**$^1$**A**$^1$ –

hendus. nam plurimum interest adhuc noua consitione pedamen omne uestiri nec mox uineam tum subseri, cum fructus capiendus est.

**Mergulus quomodo deponatur**

*2* Mergi genus est, ubi supra terram iuxta suum adminiculum uitis curuatur atque ex alto scrobe submersa perducitur ad uacantem palum; tum ex arcu uehementer citat materiam, quae protinus adplicata suo pedamento ad iugum euocatur. *3* sequente deinde anno insecatur superior pars curuaturae usque ad medullam, ne totas uires matris propagatum flagellum in se trahat et ut paulatim condiscat suis radicibus ali. bima deinde praeciditur proxime palmam, quae ex arcu summissa est, et id, quod a matre abscisum recessit, confestim alte circumfoditur et scrobiculo facto ad imum solum praeciditur adobruiturque, ut et radices deorsum agat nec ex propinquo neglegenter in summa terra resecta progerminet. *4* tempus autem non aliud magis idoneum est hunc mergum amputandi quam ab Idibus Octobribus in Idus Nouembris, ut hibernis mensibus suas radices confirmet: nam si uere id fecerimus, quo gemmare palmites incipiunt, matris alimentis subito destitutu⟨s⟩ languescit.

**16** *1* Eadem ratio est in transferendo malleolo: nam secundo autumno, si caeli et loci qualitas patitur, commodissime post Idus Octobris, exemptus conseritur; sin autem aliqua terrae uel aeris repugnat iniuria, tempestiuitas eius in proximum uer differtur, neque diutius in uineis relinquendus est, ne soli uires absumat et ordinaria semina infestet, quae quanto celerius liberata sunt consortio uiuiradicium, tanto facilius conualescunt. at in seminario licet trimam atque etiam quadrimam uitem resectam uel anguste putatam custodire, quia non consulitur uindemiae.

---

**16:** 12–20 *Plin. nat. 17,194* – 15–20 *Thphr. CP 4,1,4, 4,14,1* – 15–16 *Varro rust. 1,26; Plin. nat. 17,10* – 21–23 *Plin. nat. 17,187, 17,211*

---

8 *pr.* **SAhbfç** – 9 supra **SAλ** iuxta **hjç** iuxta supra **fρy** supra iuxta **ø** – iuxta **SAλ** supra **hjç** *om.* **fρyø** – 11 harcu **A** – 14 trahat et **SR** trahet **A** – 15 ali bima **jfρyø** ab ima **SAhλ** ali ima **ç** – palma **R** – 17 recesserit **R** – altere **SA** *uide diss. pp. 151 sq.* – scrobisculo **S** – 18 scrobum **A**$^{1}$ – 21 Octobris **A** – hibernus **SA**$^{1}$ – 22 confirment **SA** – 23 destitutus **γ** destituta **SAR**

**16:** 1 *ante* eadem *add.* et **R** – 2 cummodissime **S** – 3 consequetur **SA** – 4 iiuria **A** – 5 ne **R** nec **SA** – socii **SA** – absumam **SA** – 7 uiuiradicum **hλσ** – ad **S**$^{1}$**A** – 8 angustiae **AR** – 9 quoniam **R** – uindemeae **A**$^{1}$ – 10 tricesimum **jø**

*2* Cum mensem tricensimum excessit posita uinea, id est tertio autumno, uehementioribus statuminibus statim inpedanda est; idque non ut libet aut fortuito faciendum: nam siue prope truncum deponitur, palus pedali tamen spatio recidendus est, ne aut premat aut radicem uulneret, et ut fossor tamen ab omni parte semina circumfodiat, *3* isque palus sic ponendus est, ut frigorum et aquilonum excipiat uiolentiam uitemque protegat; siue medio interordinio pangetur, uel deponendus est uel, prius paxillo perforato solo, altius adfigendus, quo facilius et iugum et fructum sustineat. nam quanto propius truncum ridica statuitur, etiam leuiter defixa stabilior est, quoniam constringens uitem mutua uice sustinetur et sustinet.

*4* Statuminibus deinde firmiora iuga sunt inliganda eaque uel saligneis perticis uel conpluribus quasi fasciculis harundinum conectuntur, ut rigorem habeant nec pandantur onere fructuum. nam binae iam materiae singulis seminibus summittendae erunt, nisi si tamen gracilitas uitis alicuius angustiorem putationem desiderabit, cuius unus palmes atque idem paucorum oculorum erit relinquendus.

**17** *1* Pertic⟨ar⟩um iugum fortius minusque operosum est. harundines pluribus operis iugantur, quoniam et pluribus locis nectuntur, ⟨e⟩aeque inter se conuersis cacuminibus uinciendae sunt, ut aequalis crassitudo totius iugi sit. nam si cacumina in unum conpetunt, inbecillitas eius partis, grauata pondere, iam maturum fructum prosternit et canibus ferisque reddit obnoxium. *2* at cum iugum in fascem pluribus harundinibus alterna cacuminum uice ordinatum

**17:** 1 *Plin. nat. 17,166* – 6–8 *Plin. nat. 17,174* – 20–34 *Plin. nat. 17,177–180* – 43–45 *Plin. nat. 17,194* – 52–55 *Plin. nat. 17,165*

trigesimum **bρç** – excesserit **R** – 11 statim **R** statum **SA** – inpedienda **SA** – 12 idque **γ** ita **SA** itaque **R** – ut non **A** – 13 defigitur **jmfρyø** – 14 sermina **hjf** serunna **y** – 15 sic *om.* **SA** – 16 prodigam **S** protegam **A** – 17 defodiendus **mfr[2]ńçø** – taxillo **SA** – ferforato **S**[1] ferrorato **A** – 18 adfrigendus **A**[1] adigendus **R** – 19 propius **bfρçø** proprius **SAR** – truncus **λyø** truncus cum **hj[2]fρç** trunco cum **j**[1] – rediga **S** – 20 constringens **SAhλρ** contingens **jb[2]fyç** contringens **ø** – 21 inligamenda **S** inligamenta **A** – eaeque **A**[1] – 23 connectuntur **R** – habeat **SA** – 24 binae **mfr[2]ńçø** uinae **S** uineae **Ajbr**[1] bine uinee **h** bineae **y** – maturiae **SA** maturae **j** – seminibus ... gracilitas *bis* **SA** – 25 desiderabit *ed.pr.* desiderauit **SAR** – 27 relinquendis **SA**

**17:** 1 perticarum *Ash* perticum **SA** perticae **hjλyçø** perticat **fρ** – firmius **jmσ** – onorosuum **S**[1] onerosum **S**[2] oneremsum **A** – 2 operibus **λρyø** – 3 eaeque **tlp** aeque **SA** et aeque **R** – cacacuminibus **A** – uincendae **S**[1]**Ahbry** – 6 ad **S**[1] – 7 alterna **jfyçø** ternae **SA** alternae **hλρ** – 8 quinquenni **hλσ** – praebent **SA** –

est, fere quinquennii praebet usum. neque enim alia est ratio putationis aut ceterae culturae quam quae primi biennii; nam et autumnalis ablaqueatio sedulo facienda, nec minus uacantibus palis propagines adplicandae. hoc enim opus numquam intermittendum est, quin omnibus instauretur annis.

*3* Neque enim ea, quae seruntur a nobis, immortalia esse possunt; ac tamen aeternitati eorum sic consulimus, ut demortuis seminibus alia substituamus nec ad occidionem uniuersum genus perduci patiamur complurium annorum neglegentia. quin etiam crebrae fossiones dandae, quamuis possit una detrahi culturae prioris anni. pampinationes quoque saepe adhibendae: neque enim satis est semel aut iterum tota aestate uiti detrahere frondem superuacuam. *4* Praecipue autem decutienda sunt omnia, quae infra trunci caput egerminauerunt; item si oculi singuli sub iugo binos pampinos emiserunt, quamuis largum fructum ostendant, detrahendi sunt singuli palmites, quo laetior, quae superest materia, consurgat et reliquum melius educet fructum; post quadragesimum et alterum mensem percepta uindemia sic instituenda est putatio, ut summissis pluribus flagellis uitis in stellam diuidatur. *5* sed putatoris officium est pedali fere spatio citra iugum uitem conpescere, ut e capite quicquid teneri est per brachia emissum prouocetur et per iugum inflexum praecipitetur ad eam mensuram, quae terram non possit contingere.

Sed modus pro uiribus trunci seruandus est, ne plures palmites summittantur, quam quibus uitis sufficere queat. fere autem praedicta aetas laeto solo truncoque tres materias, raro quattuor, desiderat, quae per totidem partis ab alligatore diuidi debent. *6* nihil

---

alia est *om.* **SA** – 10 propagines **γp** propaginis **SAR** – 12 qui nominibus **SA** – instauretur **jb**$^{1}$**σ** insaturetur **SAhmb**$^{2}$ insaturatur **r**$^{1}$ – 13 serunt **SA** – 14 attamen **jbç** – aeternitate **SA** – 15 substiamus **A** – uniuersus **A**$^{1}$ – 16 patimur **SA** – cumplurium **A** – 17 possiones **A** – anno **SA** – 18 adibendae **S**$^{1}$ adiuendae **A** adiuuandae **jb**$^{1}$**ρ** – 19 peruacuam **SA** – 21 sub **SR** si **A** – 22 emiserunt **S** semisserunt **A** semiserint **f** semisserint **h**$^{1}$**yø** emiserint **jbρç** emisserint **h**$^{2}$**m** – fructus **SA** – 23 consurgant **SA** – 24 reliquo **SA** – ducet **A** – quadrigesimum **S** quadragessimum **A** quadragensimum **hf** – 25 perfecta **R** – 26 in *om.* **SA** – 27 citra **p** contra **SAhjλρç** circa **fyø** – *post* capite *add.* uitem iugum (iugum uitem **A**) conpescere ut e capite *iterum* **SA** *uerba* ut e ... conpescere *del.* **S**$^{2}$ – 28 brachia (-cch- **j**) emissum **h**$^{2}$**jç** brashiemissum **SA** brachia emissum bras (brai **ρ** *om.* **ø**) hiemissum **h**$^{1}$**mfρyø** brachia emissum *u. sp.* **b**$^{1}$ brachia emissum hiemis **b**$^{2}$ – 29 seram **S**$^{1}$ serram **S**$^{2}$**A** – possint **SA** – 31 palmae **SAhλρ** – 32 sumittantur **S** – 33 rari **SA** – 34 diui **S**$^{1}$ – debent **j** debet et **SAf** debent et **hλρyçø** – 35 in

enim refert iugum in stellam decusari atque diduci, nisi et palmites adiunguntur, quam tamen formam non omnes agricolae probauerunt; nam multi simplici ordine fuere contenti. uerum stabilior est uinea et oneri sarmentorum et fructui ferendo, quae ex utraque parte iugo deuincta pari libramento uelut ancoris quibusdam distenditur; tum etiam per plura brachia materias diffundit et facilius eas explicat undique subnixa quam quae in simplici cantherio frequentibus palmitibus stipatur.

*7* Potest tamen, si uel parum late disposita uineta uel parum fructuosa caelumque non turbidum nec procellosum habeat, uno iugo contentus esse. nam ubi magna uis et incursus est pluuiarum procellarumque, ubi frequentibus aquis uitis labefactatur, ubi praecipitibus cliuis uelut pendens plura praesidia desiderat, ibi quasi quadrato firmanda est agmine. *8* calidis uero et siccioribus locis in omnem partem iugum porrigendum est, ut prorepentes undique pampini iungantur et condensati camarae more terram sitientem obumbrent. contra pluuiis et frigidis et pruinosis regionibus simplices ordines instituendi; nam et sic facilius insolatur humus, et fructus percoquitur perflatumque salubriorem habet, fossoresque liberius et aptius iactant bidentis, meliusque perspicitur a custodibus fructus et commodius legitur a uindemiatore.

**18** *1* Sed quoquo modo uineta placuerit ordinare, centenae stirpes per singulos hortos semitis distinguantur, uel, ut qui⟨bus⟩dam placet, in semiiugera omnis modus dirimatur, quae distinctio praeter illud commodum, quod plus solis et uenti uitibus praebet, tum etiam oculos et uestigia domini, res agro saluberrimas, facilius admittit, certamque aestimationem in exigendis operibus praebe[n]t; neque enim falli possumus per paria interualla iugeribus diuisis.

---

**18:** 1–3 *Pallad.* *2,11* – 5–6 *Gp.* *2,1*

---

*om.* **SA** – diduci *Ald.* dici **SA** deduci **R** – 36 tam **S** – formoam **S** – 38 coneri **SA** – fructu **jç**$^{1}$**ø** – 39 diuineta **Ah**$^{1}$ diuincta **h**$^{2}$ dumeta **jr**$^{1}$ deuicta **ø** – anchoris **jλfçø** anchorum **y** – 40 eas *om.* **A**$^{1}$ – 41 uindemiaque **SA** – subnexa **SA** – cantestherio **S** canterio **ρç** – 44 procelsum **SA** – 45 incusus **S**$^{1}$**A** – 46 plocellarumque **A** – 47 pedens **A** – desiderat **A**$^{2}$**R** deasite **S** *om. u. sp. r.* **A**$^{1}$ – ibi *om. u. sp. r.* **A**$^{1}$ – 48 quasi *bis* **S** – 49 omne **S** – 50 iugantur **S** – 53 ut **SA** – 54 uidentis **SA** – 55 uindemitore **SAh**$^{1}$**fryç**

**18:** 1 quoquo **S**$^{2}$ quo **S**$^{1}$**AR** – 2 quibusdam **zäcqγp** quidam **SAm** cuidam *uel* quoidam **hbσ** quondam **j** – 3 mundus **A**$^{1}$ – distinctior **S**$^{1}$**Ahj** – 5 agros **SA** – 6 certeque **S** – extimationem **mfρ** – praebet **tp** praebent **SAR** – 7 interbella **A**

*2* quin etiam ipsa hortulorum descriptio, quanto est minoribus modulis concisa, fatigationem ueluti minuit extimulatque eos, qui opera moliuntur, et ad festinandum inuitat; nam fere uastitas instantis laboris animos debilitat. non nihil etiam prodest uires et prouentum cuiusque partis uinearum nosse, ut aestimemus, quae magis aut minus colenda sit. uindemiatoribus quoque hae semitae et iugum pedamentaque sarcientibus opportunam laxitatem praebent, per quam uel fructus uel statumina portentur.

**19** *1* De positione iugi, quatenus a terra leuandum sit, hoc dixisse abunde est humillimam esse quattuor pedum, celsissimam septem, quae tamen in nouellis seminibus uitanda est. neque enim haec prima constitutio uinearum esse debet, sed per annorum longam seriem ad hanc altitudinem uitis perducenda est. *2* ceterum quanto est umidius solum et caelum placidioresque uenti, tanto est altius adtollendum iugum; nam laetitia uitium patitur se celsius euagari, fructusque summotus a terra minus putrescit, et hoc uno modo perflatur uentis, qui nebulam et rorem pestiferum celeriter adsiccant multumque ad deflorescendum et ad bonitatem uini conferunt. *3* rursus exilis terra et adcliuis torrensque aestu uel quae uehementibus procellis obnoxia est, humilius iugum poscit. at si cuncta conpetunt uoto, iusta est altitudo uineae pedum quinque; nec tamen dubium, quin tanto melioris saporis praebeant mustum, quanto in editiora iuga consurgant.

**20** *1* Pedatam uineam iugatamque sequitur alligatoris cura, cui antiquissimum esse debet, ut supra dixi, rectam conseruare stirpem nec

---

**19:** 5–7 *Pallad. 3,12,3*
**20:** 1–4 *Cato agr. 33,1* – 5–10 *Plin. nat. 17,153* – 12–15 *Plin. nat. 17,180* – 26–28 *Plin. nat. 17,177*

---

– 8 hortulorum **Sbç** hortolorum **Ahjmfyø** ortulorum **ρ** – 9 extimulatque *Schn.* extimulque **SA** et simul **hλρç** et extimulat **jy** et exstimulant **f** et stimulat **ø** – 10 instantis **R** instisa **SA** – 12 prouentu **A** – 13 uindemitoribus **SAhfryç** – 14 oportuna **A** oportunam **hjλfρø** – crebrent **A**

**19:** 1 dicxisse **S**$^1$ – 4 uinarum **SA** – 5 quanto **R** quam **SA** – 6 placidioresque **mb**$^1$**fr**$^1$**yç** (h)umidioresque **SAhjb**$^2$**ρø** – 7 laetia **SA** – partitur **SA** – euaciri **SA** – 8 fructus **SA** – modo uno **A**$^1$ – 9 et rorem **R** errorem **SA** – celiter **SA** – 10 bonitate **A** – 11 exiliis **SA** – terra et **R** terret **SA** – 12 ad **SA** – 13 uota **A** – 14 dubium **R** dium **SA** – tanto **S**$^2$**AR** quanto **S**$^1$ – praebeat **R** – mustum **R** multo **SA** – 15 oditiora **A**$^1$ – consurgat **jλyçø** consurgunt **hfρ**

**20:** 2 recta **SA** – 3 plexum **SA** – ridicae **Ahjλfyç** radice **Sρø** – ne **λfyø** nec

flexum ridicae persequi, ne prauitas statuminis ridi⟨cae⟩ ad similitudinem sui uitem configuret. id non solum ad speciem plurimum refert sed ad firmitatem et ubertatem perpetuitatemque: *2* nam rectus truncus similem sui medullam gerit, per quam uelut quodam itinere sine flexu atque inpedimento facilius terrae matris alimenta manant et in summa perueniunt; at quae sunt distortae, non aequaliter alliduntur inhibentibus nodis et ipso flexu cursum terreni umoris ueluti salebris retardante.

*3* Quare, cum ad summum palum recta uitis extenta est, capistro constringitur, ne fetu grauata subsidat curueturque. tum ex eo loco, quod proximum iugo ligatum est, brachia disponuntur in diuersas partis, palmaeque superpositae deorsum uersus circulo curuantur atque id, quod iugo dependet, fructu inpletur; rursus curuatura iuxta uinculum materiam exprimit. *4* quidam eam partem, quam nos praecipitamus, supra iugum porrigunt et crebris uiminibus innexis continent, quos ego minime probandos puto. nam dependentibus palmitibus neque pluuiae neque pruinae grandinesue tantum nocent, quantum religatis et quasi tempestatibus oppositis. idem tamen palmites, priusquam fructus mitescant, uariantibus adhuc et acerbis uuis, religari debent, quo minus roribus queant putrescere aut uentis ferisue uastentur. *5* iuxta decumanum atque semitas palmites intrinsecus flectendi sunt, ne praetereuntium incursu laedantur.

Et hac quidem ratione tempestiua uitis perducitur ad iugum; nam quae uel infirma uel breuis est, ad duas gemmas recidenda est, quo uehementiorem fundat materiam, quae protinus emicet in iugum.

---

**SAhjρç** – statuminis ridicae *scripsi* statuminsidi **SA** statuminsi **h** statuminis **jç** statuminis insidi **λσ** – 5 firmitatem et ubertatem **jç** firmitatem et libertatem **SA** ubertatem et firmitatem **hλρyø** ubertatem **f** – 8 summum **R** – sunt **SA** curuae sunt et **R** – 9 alliduntur **SA** alligantur **R** – *ante* ipso *add.* in **hλfyçø** – 10 salebris **$h^2$fçø** salubris **Sj** salubus **A** salebries **$h^1$** salebras **λρ** salebrus **y** – 13 diuersis **AR** – 14 circulo *om.* **AR** – ciruatur **A** – 15 fructus **A$h^1$f** – curuaturae **SAh** – 16 iuxta **$h^2$λσ** iuncta **SAj$r^1$** eiuncta **$h^1$** – 18 inexis **$S^1$** nexis **$S^2$** – 19 pluuiae neque pruinae **jρç** ruinae **SAø** pluuiae neque pruinae ruinae (ruinae pruinae **m**) **$h^1$λfy** pruinae **$h^2$** – 20 religas **SA** – 22 aceruis **A** – foribus **A** – 23 ferisue uastentur **S** feris deuastentur **A** ferisque uastentur **j** ferisque deuastentur **hλσ** – 24 palmes **SA** – plectendi **SA** – 26 hanc **$S^1$A** – perducitur *post* iugum *trp.* **hσ** – 27 uel infirma **R** uim firma **SA** – 28 quo **SA**

## 21 Nouella uinea quomodo putanda sit

*1* Quinquennis uineae non alia est putatio, quam ut figuretur, quemadmodum supra institui dicere, neue superuagetur, sed ut caput trunci pedali fere spatio sit inferius iugo, quaternisque brachiis, quae duramenta quidam uocant, diuidatur in totidem partis. haec brachia sat erit interim singulis palmitibus in fructum submitti, donec uineae iusti sint roboris. cum deinde aliquot annis [et] quasi iuuenilem aetatem ceperint, quot palmites relinqui debeant, incertum est. *2* nam loci laetitia plures, exilitas pauciores desiderat, siquidem luxuriosa uitis, nisi fructu conpescitur, male deflorescit et in materiam frondemque effunditur; infirma rursus, cum onerata est, adfligitur.

Itaque pingui terra singulis brachiis licebit bina iniungere flagella nec tamen numerosius onerare, quam ut una uitis octo seruiat palmitibus, nisi admodum nimia ubertas pluris postulabit. iam enim pergulae magis quam uineae figuram optinet, quae supra hunc modum materiis distenditur. *3* nec debemus committere, ut brachia pleniora trunco sint, uerum adsidue, cum modo e lateribus eorum flagella licuerit summittere, amputanda erunt superiora duramenta, ne iugum excedant sed nouellis palmis semper uitis renouetur, quae si satis excreuerint, iugo superponantur. sin aliqua earum uel perfracta uel parum procera fuerit locumque idoneum optinebit, unde uitis anno sequenti reuocari debeat, in pollicem tondeatur, quem quidam custodem, alii resecem, nonnulli praesidiarium appellant, id est sarmentum gemmarum duarum uel trium; ex quo cum processere frugiferae materiae, quicquid est supra uetusti ⟨i⟩bi brachi, amputatur; et ita ex nouello palmite uitis pullescit.

---

**21:** 2–17 *Plin. nat. 17,178–180* – 4–6 *Pallad. 3,12,5* – 13–15 *Pallad. 3,12,6* – 23–25 *Plin. nat. 17,181*

---

**21:** 1 *haec uerba in textu litt. comm.* **SAR** – 3 stitui **SA** – 4 sint **SA** – 6 interim **cp** interius **SAR** – 7 deinde **j** quod **SA** quod deinde **hλσ** – aliquod **SA** – 8 et **SAR** *om.* **ü**$^2$**t** – quod **SA** – 9 debant **A** – pluris **λσ** – 11 infirma **R** in prima **SA** – 13 ingungere **S** – flala **A** – 14 numerius **SA** – quam ut **SR** quamu **A** – 15 *post* nisi *add.* si **hjmfρy** – postulauit **SA** – 16 uineae figuram *om.* **SA** – 17 committe **A** – 20 semper *om.* **A**$^2$ is **A**$^1$ – 21 iugu **A**$^1$ – superponatur **A** – sin aliqua earum **R** silanique harum **SA** – 22 perfacta **S**$^2$**A** facta **S**$^1$ – fuerint **SA** – 23 optineuit **S**$^1$ – policem **AR** – 24 tondetur **A** – estodem **S**$^1$ – resecent **S**$^1$**A** – 26 precessere **S** – fructiferae **jmfyø** – 27 uetusti ibi *scripsi* uetus tibi **SA** uetusta-

Atque haec ratio bene institutarum uinearum in perpetuum custodienda erit.

## 22 Male formatas uineas restituere

*1* Si uero aliter formatas acceperimus et iam multorum annorum neglegentia superueneri⟨n⟩t iugum, considerandum erit, cuius longitudinis sint duramina, quae excedant praedictam mensuram. nam si duorum pedum aut paulo amplius fuerint, poterit adhuc uniuersa uinea sub iugum mitti, si tamen palus trunco est adplicitus. *2* is enim a uite summouetur et in medio spatio duorum ordinum ad lineam pangitur; transuersa deinde uitis ad statumen perducitur atque ita iugo subicitur. at si duramenta eius longius excesserunt, ut in quartum aut etiam in quintum statumen prorepserint, maiore sumptu restituitur: mergis namque, qui nobis maxime placent, propagata celerrime prouenit.

*3* Hoc tamen, si uetus et exesa est superficies trunci. at si robusta et integra, minorem operam desiderat: quippe hiberno tempore ablaqueata fimo satiatur, angusteque deputatur, et inter quartum et tertium pedem a terra uiridissima parte corticis acuto mucrone ferramenti uulneratur. frequentibus deinde fossuris terra permiscetur, ut incitari uitis possit et ab ea maxime parte, quae uulnerata est, pampinum fundere.

*4* Plerumque autem germen de cicatrice procedit, quod siue longius prosiluit, in flagellum summittitur, siue breuius, in pollicem, siue admodum exiguum, in furunculum. is ex quolibet uel minimo capillamento fieri potest: nam ubi unius aut alterius folii pampinus prorepsit e duro, dummodo ad maturitatem perueniat, sequente

---

**22:** 9–19 *Pallad. 3,16,1* – 9–12 *Plin. nat. 17,182* – 13–19 *Pallad. 12,3* – 20–22 *Plin. nat. 17,181* – 28–41 *Pallad. 4,7,3*

---

tem **R** – brachii **R** – uitis *om.* **A** – 29 atque **R** autem **SA** – hanc **SA** – uene **S**$^1$ – institurum **A**

**22:** 1 *pr.* **SAhbfyç** – restituetur **S** – 2 iam *om. u. sp. r.* **A** *om.* **R** – 3 neglegentibus **A** – superuenerint *Gesner* superuenerit **SAR** – 4 sint **SR** si ut **A** – supradictam **R** – 5 poterint **SA** – ad hunc **SA** – 6 mitu **A** – tam **SA** – *post* adplicitus *rubr.* De mergulo **SAhbfyç** – 7 is enim a **R** si semina **S** sis enim a **A** – 9 ad **SA** – excesserint **R** – 10 properserint **SA** – 11 sumtu **S** – restituentur **R** – maxi **S**$^1$ – plaget **S**$^1$ placet **S**$^2$**A** – 13 at si **h**$^2$**j** ad si **SA** sin autem **h**$^1$**λσ** – 15 saciatur **S** – angustaequo **SA** – 18 et *om.* **SA** – 19 panpinum **S** – 20 plerique **S**$^1$ – autem *bis* **S** – catrice **A**$^1$ – 21 sumitur **S** – policem **Ajλfryø** – 22 uel **R** et **SA** – 25

uere, si non adnodatus neque adrasus est, uehementem fundit materiam; quae cum conualuit et quasi brachium fecit, licet tum superuagatam partem duramenti recidere et ita reliquam iugo subicere. *5* multi, sequentes conpendium temporis, talis uineas supra quartum pedem detruncant, nihil reformidantes eiusmodi resectionem, quoniam fere plurimarum stirpium natura sic se commodat, ut iuxta cicatricem nouellis frondibus repullescant. sed haec quidem ratio minime nobis placet, siquidem uastior plaga, nisi habet superpositam ualentem materiam, quae possit inolescere, solis halitu torretur, mox deinde roribus et imbribus putrescit.

*6* Ac tamen, cum est utique uinea recidenda, prius ablaqueare, deinde paulum infra terram conuenit amputare, ut superiecta humus uim solis arceat et e radicibus nouellos prorumpentis caules transmittat, qui possint uel sua maritare statumina uel, si qua sunt uidua in propinquo, propaginibus uestire. *7* haec autem ita fieri debebunt, si uineae altius positae nec in summo labantis radices habebunt et si boni generis erunt. namque aliter in cassum dependetur opera, quoniam degeneres etiam renouatae pristinum seruabunt ingenium; at quae summa parte terrae uix adhaerebunt, deficient, antequam conualescant. *8* altera ergo uinea fructuosis potius surculis inserenda erit, altera funditus extirpanda et reserenda, si modo soli bonitas suadebit; cuius cum uitio consenuit, nullo modo restituendam censemus.

Loci porro uitia sunt, quae fere ad internicionem uineta perducunt, macies et sterilitas terrae, salsa uel amara uligo, praeceps et praerupta positio, nimium opaca et soli auersa ualles, harenosus etiam tofus uel plus iusto ieiunus sabulo nec minus terreno carens ac nuda glarea et si qua est proprietas similis, quae uitem non alit. *9* ceterum, si uacat his et horum similibus incommodis, potest ea ratione fieri restibilis uinea, quam priore libro praecepimus. illa

adnotatus **R** – adrasus **jbσ** adprasus **S** adprassus **Ah**$^1$ adpressus **h**$^2$**m** – uateriam **SA** – 26 tunc **R** – 27 relinquam **A** – 29 pedum **A** – 31 nobellis **A** – repullescant **SAhf**$^1$ repollescant **j** repullescat **λσ** – 32 nobilis **SA** – habet *om.* **SA** – 36 umus **S**$^1$ – 38 qui **SR** quae **A** – 40 uineae **SAjç** uinidae **mfryø** uinedae **h** uiniole **ń** humidae **b** – 41 dependetur **h**$^2$**jρç** dependentem **SA** dependentur **h**$^1$**λfyø** – 42 degeneres etiam **p** degeneri sit uiam **SA** de genere sit etiam **h**$^2$ degeneris etiam **j** degeneres sit (sint **bρç**) etiam **h**$^1$**λσ** – 45 rererenda **A** – 46 suadedebit **A** – consenuit **R** conseubit **S** consueuit **A** – 48 internicionem **iç** internitionem **SAR** – 49 terra **hλσ** – salsae **SAj** – amarae **Sj** mare **A** – 50 aduersa **jρø** – 51 uel **SA** et **R** – 52 nuda **R** da **SA** – 54 quam **γ** quae **SAR** – 55 sint **R** – 56 emendantur … disseremus *om.* **SA** – 57 ad eam **R** eadem **SA**

rursus mali generis uineta, quae, quamuis robusta sunt, propter sterilitatem fructu carent, ut diximus, emendantur insitione facta, de qua suo loco disseremus, cum ad eam disputationem peruenerimus.

**23** *1* Nunc, quia parum uidemur de putatione uinearum locuti, maxime necessariam partem propositi operis diligentius persequemur.

## De putatione uineae

Placet ergo, si mitis ac temperata permittit in ea regione, quam colimus, caeli clementia, facta uindemia secundum Idus Octobris auspicari putationem, cum tamen aequinoctiales pluuiae praecesserint et sarmenta iustam maturitatem ceperint; nam siccitas seriorem putationem facit. *2* sin autem caeli status frigidus et pruinosus hiemis uiolentiam denuntiat, in Idus Februarias hanc curam differemus. atque id licebit facere, si erit exiguus possessionis modus; nam ubi ruris uastitas electionem nobis temporis negat, ualentissimam quamque partem uineti frigoribus, macerrimam uere uel autumno, quin etiam per brumam meridiano axi oppositas uitis, Aquiloni per uer et autumnum deputare conueniet; *3* nec dubium, quin sit horum uirgultorum natura talis, ut, quanto maturius detonsa sint, plus materiae, quanto serius, plus fructus adferant.

**24** *1* Quandoque igitur uinitor hoc opus obibit, tria praecipue custodiat: primum, ut quam maxime fructui consulat; deinde, ut in annum sequentem quam laetissimas iam hinc eligat materias; tum etiam, ut quam longissimam perennitatem stirpi adquirat. nam quicquid ex his omittitur, magnum adfert domino dispendium.

---

**23:** *Plin. nat. 17,189–192; Pallad. 3,12,1* – 5–9 *Pallad. 11,4,1*

**24:** 3–5 *Pallad. 3,12,1* – 28–35 *Plin. nat. 17,193; Pallad. 3,12,4* – 45–49 *Plin. nat. 17,192; Pallad. 3,12,5* – 49–52 *Pallad. 3,12,2* – 54–62 *Pallad. 3,12,6* – 54–56 *Pallad. 3,12,3* – 63–71 *Pallad. 3,12,2* – 75–81 *Pallad. 3,12,6* – 104–105 *Pallad. 3,12,6* – 107–110 *Plin. nat. 17,192*

---

**23:** 4 *pr.* **SAhbfyçø** – 8 *post* iustam *add.* martam iustam **S** arta **A** – 9 frigidis **SA** – pruinosis **Ahfry** – 10 hac **SA** – differremus **S** – 13 frigoris **A** – 14 pruinam **A** – axi oppositas **S** axin oppositas **A**$^1$ axi (at si **h**$^2$) in oppositas **A**$^2$**hjmσ** axi impositas **bń** – 15 per **SR** uer **A** – deputari **AR** – 16 natura talis **R** naturalis **SA** – 17 detonsas **S**$^1$**Afø**

**24:** 3 anno **S**$^1$**A** – hic **SA** – eligat *om.* **SA** – 4 pernitatem **S**$^1$**A** – adquirat **S**$^2$**hmy** atquirat **S**$^1$**Afø** acquirat **jbρç** – 6 sint **SA** – partes **A**$^2$**j** – 9 positionis **S**

*2* Vitis autem cum sit per quattuor diuisa partis, totidem caeli regiones aspicit. quae declinationes, cum contrarias inter se qualitates habeant, uariam quoque postulant ordinationem pro conditione suae positionis in partibus uitium. igitur ea brachia, quae septentrionibus obiecta sunt, paucissimas plagas accipere debent, et magis, si putabuntur ingruentibus iam frigoribus, quibus cicatrices inuruntur. *3* itaque una tantummodo materia iugo proxima et unus infra eam custos erit summittendus, qui uitem mox in annum renouet. at e contrario per meridiem plures palmites summittantur, qui laborantem matrem feruoribus aestiuis opacent nec patiantur ante maturitatem fructum inarescere. orientis atque occidentis haud sane magna est in putatione differentia, quoniam solem pari horarum numero sub utroque axi uitis accipit.

*4* Modus itaque materiarum is erit, quem dictabit humi atque ipsius stirpis laetitia. haec in uniuersum, illa per partis custodienda sunt. nam ut ab ima uite quasi a quibusdam fundamentis incipiam, semper circa crus dolabella demouenda terra est; et si suboles, quam rustici suffraginem uocant, radicibus adhaeret, diligenter explantanda ferroque adleuanda est, ut hibernas aquas respuat: nam praestat ex uulnere postea subolem repullescentem uellere quam nodosam et scabram plagam relinquere. hoc enim modo celeriter cicatricem ducit, illo cauatur atque putrescit.

*5* Percuratis deinde quasi pedibus crura ipsa truncique circumspiciendi sunt, ne aut pampinarius palmes innatus aut uerrucae similis furunculus relinquatur, nisi si iugo[m] superiecta uitis desiderabit ab inferiore parte reuocari. si uero trunci pars senecta solis adflatu peraruit aut aquis noxiisque animalibus, quae per medullas inrepunt, cauata uitis est, dolabella conueniet expurgare quicquid

---

conpositionis **Ahfρ** constitutionis **jλyçø** – parte **R** – ea **R** in **SA** – 11 putabantur **SA** – ingruentibus iam **R** ingredientibus **SA** – 12 proxima **jńç** proximam (*uel* -xum-) **SAhλfryø** – 13 ustos **S**$^1$**A** – 14 ad **S**$^1$**A** – 16 inarescere *Ald.* humum legere **S** humu legere **A** humo (humore **h**$^2$) legere **hjfρ** humo urescere **λy** urescere **ç** urescere legere **ø** – 17 haud **R** aut **SA** – 18 exi **SA** – 19 is erit **S** serit **AR** – dictabit **S**$^2$ dictauit **S**$^1$ ditauit **AR** – 22 et *om.* **SA** – soboles **S**$^2$**jbρyç** – 23 ructicis **SA** – explantada **S**$^1$ explanida **A** explananda **hρ** tanda **yø** – 24 ferroque **SR** ferre quae **A** – 25 postea ... uellere *hoc loco* **hλσ** *post* adleuanda est **jr** *om.* **SA** – sobolem **jbρç** sobulem **y** – 28 perdibus **S** – circumspicienda **jρy** circum inspiciendi **hf**$^1$**y** circum inspicienda **λf**$^2$**çø** – 29 innatus **A** inantus **S** internatus **R** – 30 furunculus **Sjρyø** runculus **A** surculus **hλr**$^1$**ç** frunculus **f** – iugo **p** iugum **SAR** – superiecta **jmç** supersecta **SAhbyø** superlecta **ρ** supersepta **f** – 31 ab *om.* **A** – 32 adflatus **S** – dullas **A**$^1$ – 33 inreputant **S**$^1$ inrepant **S**$^2$ – expurgari **hλσ** – quit-

emortuum est, deinde falce eradi uiuo tenus, ut a uiridi cortice ducat cicatricem. *6* neque est difficile mox adleuatas plagas terra, quam prius amurga madefeceris, linere: nam et teredinem formicamque prohibet, solem etiam et pluuias arcet eiusmodi litura, propter quae celerius coalescit et fructum uiridem conseruat. cortex quoque aridus fissusque per summa trunci dependens corpore tenus delibrandus est, quod et melius uitis quasi sordibus liberata conualescit et minus uino faecis adfert. iam uero muscus, qui more compedis crura uitium deuincta conprimit situque et ueterno macerat, ferro destringendus et eradendus est.

*7* Atque haec in ima parte uitis. nec minus ea, quae in capite seruanda sint, deinceps praecipiuntur. plagae, quas in duro uitis accipit, obliquae rotundaeque fieri debent; nam citius coalescunt et, quamdiu cicatricem non obduxerunt, commodius aquam fundunt; transuersae plus umoris et recipiunt et continent. eam culpam maxime uinitor fugito. sarmenta lata, uetera, male nata, contorta, deorsum spectantia decidito, nouella et fructuaria, recta summittito; brachia tenera et uiridia seruato, arida et uetera falce amputato; ungues custodum annotinos resecato; *8* in quattuor ferme pedes supra terram uitem elatam totidem brachiis conponito, quorum singula spectant singulas decusati iugi partis; tum uel unum flagellum, si macrior uitis erit, uel duo, si plenior, brachio cuique summittito, eaque iugo superposita praecipitato.

*9* Sed meminisse oportebit, ne in eadem linea unoque latere brachi esse duas materias plurisue patiamur; namque id maxime uitem infestat, ubi non omnis pars bracchii pari uice laborat neque aequa portione sucum proli suae dispensat sed ab uno latere exugitur, quo fit, ut ea uena, cuius omnis umor adsumitur, uelut icta fulgure arescat.

*10* Vocatur etiam focaneus palmes, qui solet in bifurco medius

---

quit **S**$^1$ – 34 radi **SA**$^2$**j** redi **A**$^1$ – 36 deficeris **SA** – lenire **A** linire **R** – 37 solam **A** – pluui **S**$^1$**A** pluuiam **S**$^2$ – 39 delibradus **S** – 40 sordidus **S** – 41 uno **SA** – umore concedit cura **SA** – 42 deuita **S**$^1$ – et *om.* **SA** – 44 atque **R** et quae **S** quae **A** – parte **R** crate **SA** – 45 plagas **SA** – 46 rotudaeque **S**$^1$ – conualescunt **R** – 47 obduxerint **hλσ** – 48 pus **SA** – praecipiunt **Ahjλr**$^1$ excipiunt **b**$^1$**σ** – iam **A** – 50 recidito **R** – recta *om.* **SA** – summitito **A** summitto **hjmrø** – 52 ferme **λp** firmae **SAhjσ** – 53 terram **R** terranam **SA** – conposito **SA** – 54 singula spectant *om.* **A** – singulas **A** singula **SR** – 57 meminesse **S**$^1$ – late **S**$^1$**A** – brachii **S**$^2$**hλσ** – 58 ita **SA** – 59 brachii **R** bracchia **S** brachia **A** – neque *Schn.* quae **SA** atque **R** – 60 ab **SR** ad **A** – 61 ea uena **hλσ** aeuena **SAj** – icta **S**$^2$**AR** ita **S**$^1$ – 62 fulgure **hλfyçø** pulchere **S** pulgere **A** fulgore **jρ** – 63 uocatur **λσ** uidetur **SAj** oratur **h** – melius **SA** – 65 dua **A** – qua se **R** quasi **SA** – uelud **A**

prorepere, et idcirco eum praedicto uocabulo rustici appellant, quod inter duo brachia, qua se diuidit uitis, enatus uelut fauces obsidet atque utriusque duramenti trahens alimenta praeripit. hunc ergo tamquam aemulum diligenter idem amputant et adnodant, priusquam conroboretur. si tamen ita praeualuit, ut alterutrum brachium adflixerit, id, quod inbecillius est, tollitur et ipse focaneus summittitur. *11* reciso enim brachio aequaliter utrique parti uires mater sumministrat.

Igitur caput uitis pede[s] infra iugum constituito, unde se pandant quattuor, ut dixi, brachia, in quibus quotannis uitis renouetur amputatis ueteribus et summissis nouis palmis, quarum dilectus scite faciendus: nam ubi magna materiarum facultas est, putator custodire debet, ne aut proximas duro, id est a trunco et capite uitis, relinquat aut rursus extremas; nam illae minimum uindemiae conferunt, quoniam exiguum fructum praebent, simile⟨s⟩ scilicet pampinariis, hae uitem exhauriunt, quia nimio fetu onerant et usque in alterum ac tertium palum, quod uitiosum esse diximus, ⟨materi⟩as tendunt. *12* quare mediae in bracchio commodissime palmae summittentur, quae nec spem uindemiae destituant nec emacient stirpem suam. nonnulli fructus auidius eliciunt extrema et media flagella summittendo nec minus proximum duro sarmentum in custodem resecando, quod faciendum, nisi permittentibus soli et trunci uiribus, minime censeo: nam ita se induunt uuis, ut nequeant maturitatem capere, si benignitas terrae atque ipsius trunci laetitia non adsit.

*13* Subsidiarius idemque custos in pollicem resecari non debe[n]t, cum palmae, ex quibus proximi fructus sperantur, idoneo loco sitae sunt. nam ubi ligaueris eas et in terram spectantis deflexeris, infra uinculum materias exprimes. *14* at si longius, quam ritus agricolarum permittit, a capite uitis emicuerit et brachiis in aliena

– 66 praerepit **hλ** prorepit **j** – 67 amputent **SAh** – adnotant **R** – 69 adfixerit **SA** – 72 uitis *om.* **SA** – pede *ed.pr.* pedum **SA** pedes **h** pedes supra (infra *om.* **ry**) **λfρyç** supra pedes **jø** – constituito unde **R** constet retunde **SA** – 73 quodannis **SA** – 75 *post* faciendum *add.* est **hλσ** – 76 a **R** ad **SA** – 77 relinquatur **hλσ** – minimem **A**[1] – 78 similes **ç**[1] simile **SAR** – 80 paulum **SA** – esse **hλç** esset **SAjσ** – materias tendunt *scripsi* se extendunt *fortasse recte Ald.* ostendunt **SAR** – 81 medio **R** – brachio **AR** – 82 summittuntur **hλσ** – destuant **A** – 83 emaciem **S** ematiem **A** – sua **SA** – auidus **Ahjmfryø** – 86 minime **R** me **S** e **A** – nequeant **γ** neque an **S** neque ante **AR** – 87 maturitem **A** – capere **hjσ** facere **SA** cauere **λ** – laetia **A** – policem **AR** – 89 debet **p** debent **SAR** – 90 palma **SA** – loci **SA** – 91 eas et **Sjλfyçø** ea sed **Ahρ** – depresseris **fyø** – 92 exprimis **SA** – ad **S**[1]**A**

iugorum compluuia perrepserint, custodem ualidum et quam maxime iuxta truncum duorum articulorum uel trium relinquemus, ex quo quasi pollice proximo anno citata materia formetur in brachium et sic recisa uitis ac reuocata intra iugum contineatur.

*15* Sed in summittendo custode haec maxime sunt obseruanda: primum ne resupina caelum sed prona potius plaga terram spectet — sic enim et gelicidiis ipsa se protegit et ab sole obumbrabitur —, deinde, ne sagittae sed ungulae similis fiat resectio — nam illa celerius et latius emoritur, haec tardius et angustius reformidat —. quodque etiam usurpari uitiosissime animaduerto, maxime uitandum est: nam dum seruiunt decori, quo sit breuior custos et similis pollici, iuxta ar⟨ti⟩culum sarmentum recidunt. *16* id autem plurimum officit, quoniam secundum plagam posita gemma pruinis et frigore, tum deinde aestu laborat. optimum est igitur medio fere internodio subsidiarium tondere palmitem deuexamque resectionem facere post gemmam, ne, ut ante iam diximus, superlacrimet et gemmantem caecet oculum.

*17* Si resicis facultas non erit, circumspiciendus est furunculus, qui, quamuis angustissime praecisus in modum uerrucae, proximo uere materiam exigat, quam uel in bracchium uel in fructum remittamus. si neque is reperitur, saucianda ferro est atque exulceranda uitis in ea parte, qua pampinum studemus elicere. iam uero ipsos palmites, quos uindemiae praeparamus, clauiculis ac nepotibus liberandos magno opere censeo, *18* sed in is recidendis alia condicio est atque alia in is, quae procedunt e trunco: nam quidquid est, quod e duro prominet, uehementius adplicita falce adnodatur et

---

– 93 *ante* a *add.* et **R** – 94 cumpluuia **Aj** – quam **Sjbń** qua **Ahmfryçø** – 95 maximum **R** – truncus **SA** – articulorum **jç** particulorum **SAhλσ** – 96 pollice **S** police **A** policem **R** – in *om.* **SA** – 97 et *om.* **SA** – renouata **jbfyçø** – in **SAj** intra **hλσ** – 98 sumittendo **SA** – custodem **SA** – 99 primum ne resupina **R** pro munere supina **SA** – poti **SA** – plaga $h^2$**jσ** plagas **SA**$h^1$**λ** – 100 celicidiis $S^1$**A** – sore $S^1$ – obumbrabitur $S^2h^1jb^2$**fyç** umbraretur **Amρ** obumbraretur $h^2$ obumbraret $b^1$ imbraretur **ø** *incertum* $S^1$ – 101 *post* sed *add.* ne **R** – ungulis **hλfρyø** – 102 latus **SA** rarius **ρ** – 104 dequori $S^1$ – quod **hjσ** – 105 polli **SA** – articulum $q^1$**tl** arculum **SAR** – 107 laborabat **A**$h^1$ – *post* laborat *rubr.* media uitis inter duos oculos **SAhbfyç** – 108 intermedio **SA** – tendere **SAh** – palmites **SA** – 109 post **SR** potest **A** – iam *om.* **SA** – super lacrimam **A** – 111 resicis **edwåo** recisis **SA** resecis **R** – 112 percisus **A** – 113 qua **A** – facchium **SA** – 114 his **A** – repperitur **Ahjbf** – 115 eligere **AR** – 117 magnopere **R** – iis **hλσ** – 118 is quae $S^2$**j** iquae $S^1$**A** iis (his **ρ**) quae **hλσ** – e $S^2$**R** et $S^1$**A** – quicquit $A^1$ quicquid $A^2$**R** – 119 prohiemet **Ahm**$b^2$**ρ** – adplicata **AR** – adnotatur $S^1$ – 120 celarius

eraditur, quo celerius obducat cicatricem; rursus, quicquid e tenero processit, sicut nepos, parcius detondetur, quoniam fere coniunctam gerit ab latere gemmam, cui consulendum est, ne falce destringatur. pressius enim si annodes, adplicito ferro, aut tota tollitur aut conuulneratur, propter quod palmes, quem mox in germinatione citauerit, inbecillis ac minus fructuosus erit, tum etiam magis obnoxius uentis, scilicet quia infirmus de cicatrice prorepserit.

*19* Ipsius autem materiae, quam summittimus, longitudini modum difficile est inponere: plerique tamen in tantum prouocant, ut curuata et praecipitata per iugum nequeat terram contingere. nos suptilius dispicienda illa censemus, primum uitis habitum — nam si robusta est, amplioris materias sustinet —, deinde soli quoque pinguitudinem, quae nisi adest, quamuis ualidissimam uitem celeriter necabimus, procerioribus emaciatam flagellis *20* — sed longi palmites non mensura uerum gemmarum numero aestimantur: nam ubi maiora sunt spatia inter articulos, licet eo usque materiam producere, dum paene terram contingat (nihilominus enim paucis frondescet pampinis); at ubi spissa internodia frequentesque oculi sunt, quamuis breue sarmentum multis palmitibus uirescit ac numeroso fetu exuberat, quare modus talis generis necessarie maxime est adhibendus, ne procerioribus fructuariis oneretur — et ut consideret uinitor, proximi anni magna necne fuerit uindemia. *21* nam post largos fructus parcendum est uitibus et ideo anguste putandum, post exiguos inperandum.

Super cetera illud etiam censemus, ut duris tenuissimisque et acutissimis ferramentis totum istud opus exequamur. optusa enim et hebes et mollis falx putatorem moratur, eoque minus operis efficit et plus laboris adfert uinitori; nam siue curuatur acies, quod accidit molli, siue tardius penetrat, quod euenit in retuso et crasso ferramento, maiore nisu est opus. tum etiam plagae asperae atque inaequales uites lacerant; neque enim uno sed saepius repetito ictu

---

$S^1$ – obdurat **SA** – 121 coniuncta **SAλyø** – 122 gerit *om.* **SA** – consuledum $S^1$ – 123 si **R** ne **SA** – adplicato **λy** – 124 geraminatione **A** – 126 obnoxium **SA** – 129 nequeat (me- **j**) terram **jλσ** nequeat teram **S** neque ad terram **Ah** – 130 despicienda **hλfñy** – 131 sustineat **SA** – 132 pinguidinem $A^1$ – 133 necauimus **S** negauimus **A** – semaciatam **SAj** – 135 rarticulos **A** – *ante* licet *add.* eos **R** – 137 uui $S^1$ – 140 adibendus $S^1$ – ne *om.* **SA** – 141 negne **S** – uindema $S^1$ – 142 largo **A** – 145 istut $S^1$ – exsequamur **A** – 146 falae **A** – sputatorem **SA** – 147 curuatura **SAj** – 148 mollis **SA** – quod ... retuso *om.* **SA** – 149 esto **S** – 150 unos et $S^1$ – 151 quod **R** – preci $S^1$ – 152 praefingatur **SA** – lanita $S^1$**A** – 154 prolixaest **A** – asiem $S^1$**A** – 156 iscitiam $S^1$**A**

res transigitur. *22* quo plerumque fit, ut, quod praecidi debeat, praefringatur, et sic uitis laniata scabrataque putrescat umoribus nec plagae consanentur. quare magnopere monendus putator est, ut prolixet aciem ferramenti et, quantum possit, nouaculae similem reddat nec ignoret in quaque re, qua parte falcis utendum sit. nam plurimos per hanc inscitiam uastare uineta comperi.

**25** *1* Est autem sic disposita uinitoriae falcis figura, ut capulo pars proxima, quae rectam gerit aciem, culter ob similitudinem nominetur, quae flectitur, sinus, quae a flexu procurrit, scalprum; quae deinde adunca est, rostrum appellatur; cui superposita semiformis luna⟨e⟩ species securis dicitur, eiusque uelut apex pronus inminens mucro uocatur. harum partium quaeque suis muneribus fungitur, si modo uinitor gnarus est iis utendi[s]. *2* nam cum in aduersum pressa manu desecare quid debet, cultro utitur, cum retrahere autem, sinu, cum adleuare, scalpro, cum in⟨se⟩care, rostro, cum ictu caedere, securi, cum in angusto aliquid expurgare, mucrone. maior autem pars operis in uinea ductim potius quam caesim facienda est, nam ea plaga, quae[que] sic efficitur, uno uestigio adleuatur: prius enim putator adplicat ferrum atque ita, quae destinauit, praecidit. *3* qui caesim uitem petit, si frustratus est, quod saepe euenit, pluribus ictibus stirpem uulnerat. tutior igitur et utilior putatio est, quae, ut rettuli, ductu falcis, non ictu conficitur.

## 26 De iuganda uinea

*1* Haec peracta sequitur, ut ante iam diximus, adminiculandae iugandaeque uineae cura, cui stabiliendae melior est ridica palo, neque ea quaelibet; nam est praecipua cuneis fissa olea [go], tum

---

**26:** 3–19 *Varro rust. 1,8,4* – 3–8 *Plin. nat. 17,174* – 26–32 *Plin. nat. 17,180*

---

**25:** 2 ob **S$^2$R** ab **S$^1$A** – 4 adunca **h$^2$ütç** adunt **S** aduni **Ajλfρy** adum **ø** adumen **h$^1$** – rostrum **hütç** nostrum **SAjλσ** – 5 lunae **hü$^2$tpç** luna **SAjλσ** – 7 iis utendi *Schn.* iis utendis **S** *om.* **AR** – *ante* cum *add.* eum **AR** – 9 autem **x$^3$ütø$^2$** aut (autem **ç**) in **SAR** *om.* **h$^2$** – sinum **Ah$^1$jλσ** – insecare *scripsi* incure **SAh$^1$jmfyø** in crure **bρ** incuruare **h$^2$ç** *uide diss. pp. 160 sq.* – cum (*ante* ictu) **åcdqγpç** cui **SAR** – 11 uineam **AR** – ductim **S** duc **A** ducit **jλσ** indunt **h$^1$** in duo **h$^2$** duo **ç** – caesim **u$^2$ü$^2$t** cresin **SA$^2$b$^1$ρ** in **A$^1$** chresin **h$^1$λf** diresim **jy** in tres **h$^2$ç** – 12 quae **γ** quaeque **SAR** – 13 distinauit **A** – 14 cesem **Ajmσ** caesam **hbç** – 15 stirpe **Ahjmfryø** – 16 uilior **AR** – ductu **S$^2$hç** dictu **S$^1$Aλfø** dicta **jρy**

**26:** 1 *pr.* **SAhbfyç** – 2 hac **Sbń** – adminiculanda **A$^1$** – 4 olea go tum **S** oleam

quercus et suber ac si qua sunt similia robora. tertium optinet locum pedamen teres, idque maxime probatur ex iunipiro, tum ex lauru et cupressu. recte etiam faciunt ad eam rem siluestres sabinae, atque et sabuci probabiles usu statuminis. haec eorumque similia pedamenta post putationem retractanda sunt partesque eorum putres dedolandae acuendaeque, *2* atque alia conuertenda, quae sinceritatem habent, alia summouenda, quae uel cariosa uel iusto breuiora sunt, eorumque in uicem idonea reponenda, iacentia statuenda, declinata corrigenda. iugo si non erit opus nouo, sarturae recentia uincula inserantur; si restituendum uidebitur, antequam uitis palo adplicetur, perticis uel harundinibus conectatur ac tum demum, sicut in nouella praecepimus, uitem iuxta caput infraque brachia conligemus [uitem iuxta caput] cum ridica. idque facere non oportebit omnibus annis eodem loco, ne uinculum incidat et truncum strangulet.

*3* Brachia deinde sub stella quadripertito locabimus tenerosque palmites super iugum ligabimus, nihil repugnantes naturae, sed ut quisque obsequetur, leuiter curuabitur, ne deflexus frangatur neue iam tumentes gemmae detergeantur. atque ubi duae materiae per unam partem iugi mittentur, media pertica interueniat, diremptaeque palmae per iugorum conpluuia decurrant et uelut mersae cacuminibus in terram despiciant. *4* id ut scite fiat, meminerit adligator, ne torqueat sarmentum sed tantum inflexum deuinciat et ut omnis materia, quae modo potest praecipitari, iugo superponatur, ut potius innixa perticae quam e uinculo dependeat. saepe enim

---

gotum *uel sim.* **Ah**$^1$**jσ** olea in totum **h**$^2$ gotum *incl. ed.pr.* tum *retinui* – 5 querrus **S**$^1$ quertus **A**$^1$ – suber **Sh**$^2$ supero **Ah**$^1$**bρ** subero **jfyçø** sidero **m** – 6 probatur **o**$^2$**qγh**$^2$**ç** prodatur **SAR** – tum **SA**$^1$ -rum **A**$^2$**R** – ex (*ante* lauru) **SAhb**$^1$**σ** et **jb**$^2$ alextra **m** – 7 sabinae *scripsi praeeunte Sobel p. 74* abuius **S** ab huius **AR** – 8 probabiles *Schn.* probabilis **SAjλσ** probabili **h** – usus **R** – statuminis **S** statum in his **A** tantum in his **R** – 10 acuendaeque **S** quae **Ahλfryø** *om.* **jńç** – ceritatem **SAhj** – 12 eoruntque **S** – uice **AR** – statuenda **S**$^2$**jb** stuenda **S**$^1$**Amfy** statstuenda **h**$^1$ struenda **h**$^2$**ç** studenda **ρø** – 13 sartureae **SA** – 14 restituendum **ń** restituendam (-da **bç**) **SAR** – 15 arundinibus **S** – connectatur **R** – 16 infraque ... uitem *pr.* **SAfyç** *om.* **hjλρø** iuxta caput *om.* **R** uitem iuxta caput *inclusit Ald.* – 19 stranguilet **SA** – 20 lococabimus **SA**$^1$ – 21 sed **Shjρyø** est **A** est sed **λf** sed est **ç** – 22 quisquis **SA** – obsequitur **hλσ** – 23 tumentis **λfρyø** – 24 media **R** in ea **S** mea **A** – diremptaeque **mfyç** diremtaeque **S** diremque **A** direptaeque **hb** diremptaque **j** directaeque **ρ** diremparteque **ø** – 25 compluria **hjλfryø** – 26 scte **S**$^1$ sote **A** – 27 *post* sed *add.* et **hλσ** – et **hλσ** sed **SAj** – 28 omni **SA** – materiae **SAhλf**$^1$ – mundo **SA** – 29 pendeat **hλσ** pendat **j** – 30 notaui **hσ** motaui **S** mutaui **A** puto notaui **j** innotaui **λ**

notaui per imprudentiam rusticos subicere iugo palmam et ita conligare, ut solo uimine suspendeat; quae uinea cum accipit pampini et uuarum pondus, infringitur.

**27** *1* Sic deinde ordinata uineta festinabimus emundare sarmentisque et calamentis liberare, quae sicco tamen loco legenda sunt, ne lutosa humus inculcata maiorem fossori laborem praebeat, qui protinus adhuc silentibus uineis inducendus est. nam si palmis in[i]cientibus progemmantibusque fossorem immiseris, magnam partem uindemiae decusserit. igitur antequam germinent, per diuertium ueris atque hiemis, quam altissime fodiendae uineae sunt, quo laetius et hilarius pullent; eaeque ubi se frondibus uestierint, teneris caulibus necdum adultis modus adhibendus est. *2* idemque uinitor, qui ante ferro, nunc manu deputet umbrasque compescat ac superuacuos pampinos deturbet. nam id plurimum refert non inscite facere, siquidem uel magis pampinatio quam putatio uitibus consulit. nam illa quamuis multum iuuat, sauciat tamen et resecat; haec clementius sine uulnere medetur et anni sequentis expeditiorem putationem facit, *3* tum etiam uitem minus cicatricosam reddit, quoniam id, ex quo uiride et tenerum decerptum est, celeriter consanescit. super haec materiae, quae fructum habent, melius conualescunt et uuae commodius insolatae percoquuntur.

*4* Quare prudentis est ac maxime callentis uinitoris aestimare ac dispicere, quibus locis in annum debeat materias summittere, nec orbos tantum detrahere palmites, uerum etiam frugiferos, si supra modum se numerus eorum profuderit; siquidem euenit, ut quidam

---

**27:** 1–4 *Plin. nat. 17,188; Pallad. 3,20,1*

---

**27:** 1 festinauimus **SAj** – 2 calametis **S** calamitis **A** – 3 fussori **A**[1] – 4 adhuc **mpø** ad id ut **SAhb**[1]**ϱ** adhuc ut **jb**[2]**fy** adhuc id ut **ç** – inducendus *ed.pr.* indicendis **S** indicendus **A** indulgendus **R** – incientibus *Pont.* initientibus **Sm** inicientibus **Abr**[1] incipientibus **hjσ** – 5 miseris **SAj** – 6 decusseris **jç** – germinent **f**[1] germinem **SA** germine **hyø** germinet **λf**[2]**ϱç** geminet **j** – diuortium **R** – 7 qua **A** – 8 pullent **ewåo**[1] pullente **SA** pullulent **R** – eaeque **h**[1]**jϱ** aeque **SAλyçø** atque **f** eaque **h**[2] – ubi se frondibus **SR** uuis effodibus **Ar**[1] uuis effrondibus **h**[1] *post add.* effodibus **y** uuis effodibus **ø** – 9 habendus **SA** – idque **hλσ** – 10 decutet **SAj** – superuacuas **A** – 11 scite **SA** – 12 pampinationi quam putationi **SAh** – uitibus *om.* **SA** – 13 et resecat **R** regat **SA** – 14 annis **SA** – 16 uiridem **A** – decerptum **bń** deceptum **SAhmfryçø** decreptum **j** – 17 hac **SA** – 18 comodius **S** – percoquuntur **hmσ** percoquantur **SAb** praecoquantur **j** – 19 prutentis **S** – ac (*ante* maxime) **Sjλσ** et **Ah** – ac (*ante* dispicere) **S**[2]**AR** a **S**[1] – 20 despicere **jλσ** – 21 si *om.* **A** – 23 trigemini **jλfyø** – palmis egerminent **R** palme

oculi trigeminis palmis egerminent, quibus binos detrahere oportet, quo commodius singulos alumnos educent. *5* est enim sapientis rustici reputare, num maiore fructu uitis se induerit, quam ut perferre eum possit. itaque non solum frondem superuacuam uolet decerpere, quod semper faciendum est, uerum interdum partem aliquam fetus decutere, ut ubere suo grauatam uitem leuet; idque faciet uariis de causis pampinator industrius, etiam si non erit maior fructus, quam ut maturescere queat. *6* si autem continuis superioribus annis dapsilis prouenit, religatam uitem requiescere ac refici par erit, si futurae materiae consulendum. nam cacumina flagellorum defringere luxuriae comprimendae causa uel dura parte trunci sitos pampinos summouere, nisi ad renouandam uitem unus atque alter seruandus est, tum e capite quicquid inter bracchia uiret, explantare atque eos, qui per ipsa duramenta steriles nequicquam matrem opacant, palmites detergere cuiuslibet uel pueri est officium.

**28** *1* Tempus autem pampinationis, antequam florem uitis ostendat, maxime est eligendum, sed et postea licet eandem repetere. medium igitur eorum dierum spatium, quo acini formantur, uinearum nobis aditum negat, quippe florentem fructum mouere non expedit. pubescentem uero et quasi adulescentem conuenit religare foliisque omnibus nudare, tum et crebris fossionibus implere. nam fit uberior puluerationibus. *2* nec infitior plerosque ante me rusticarum rerum magistros tribus fossuris contentos fuisse, ex quibus Graecinum, qui sic refert: potest uideri satis esse constitutam uineam ter fodere; Celsus quoque et Atticus consentiunt tres esse motus in uite seu potius in omni surculo naturales, unum, quo

**28:** 1–4 *Plin. nat. 17,189; Pallad. 6,2,2* – 8–10 *Plin. nat. 17,188*

se germinent **S**[1] palmi se germinent **S**[2]**A** – binis **SA** – 25 maiorem **A**[1]**hf**[1] – induerint **SAh** – qua **SA** – 27 decepere **A** – 28 uitae **Ah**[1] – inque **SA** – 30 autem **hj**[1]**λσ** aut **SAj**[2] – 31 dacili **SAj** – prouenit *Josephson p. 106* probentur **SAhjλ** prouentu **b**[1]**σ** prebentur **r**[1] – fatigatam **yçø** – 32 par erit **j** paruerit **SA** patitur **hλfyçø** patietur **ρ** *cfr Josephson p. 107* – 33 defringere **t** definge **SAh**[1]**mr**[1] defringe **h**[2] confringere (-ge **b**) **jbσ** *cfr Önnerfors Eranos 52,222* – causa **R** crura **SA** – 34 sitos **R** si post **SA** – summouerent **Ahλσ** surremouere **j** – nisi **SR** si **A** – 35 e **R** et **SA** – quicquit **A** – brachia **AR** – 36 explanare **jfy** – steriles **jλfyçø** similes **SAhρ** – nequidquam **A**

**28:** 3 acina **λσ** – 4 negant **hλσ** – 5 et *om.* **SAj** – 6 nudare ... puluerationibus *om.* **SA** – 8 Graecinus **R** – 9 quit **A** – sic **R** si **SA** – refet **A**[1] – 10 ter fodere **R** perfodere **SA** – 11 naturalis **hλσ** – unum **S**[2]**hjσ** utrium **S**[1]**A** uitium **λ** – 12

germinet, alterum, quo confloreat, tertium, quo maturescat. hos ergo motus censent fossionibus concitari: non enim natura, quod uult, satis efficit, nisi eam labore cum studio iuueris. atque haec colendarum uinearum cura finitur uindemia.

**29** *1* Redeo nunc ad eam partem disputationis, qua sum professus uitium inserendarum tuendarumque insitionum praecepta.

### Quo tempore inserenda sit

Tempus inserendi Iulius Atticus tradidit ex Kalendis Nouembribus in Kalendas Iunias, quoad posse custodiri surculum sine germine adfirmat. eoque debemus intellegere nullam partem anni excipi, si sit sarmenti silentis facultas. id porro in aliis stirpium generibus, quae firmioris et sucosioris libri sunt, posse fieri sane concesserim. *2* in uitibus nimis temere tot mensum rusticis insitionem permissam dissimulare non est fidei meae, nec quia ignorem brumae temporibus aliquando insitam uitem conprehendere; sed non quid in uno uel altero experimento casu fiat uerum quid certa ratione plerumque proueniat discentibus praecipere debeamus. etenim, si exiguo numero periclitandum sit, in quo maior cura temeritati medetur, possum aliquatenus coniuere; *3* cum uero uastitas operis etiam diligentissimi agricolae curam distendit, omnem scrupulum summouere debemus. est enim contrarium, quod Atticus praecipit: nam idem per brumam negat recte

---

**29:** *Thphr. CP 1,6; Cato agr. 41; Colum. arb. 26,6; Pallad. 3,17,1–7, 4,1, 14,45–50; Gp. 4,12* – 4–6 *Plin. nat. 17,117* – 38–41 *Plin. nat. 17,116* – 47–49 *Plin. nat. 17,114* – 54–57 *Plin. nat. 17,109* – 57–58 *Plin. nat. 17,106* – 86–91 *Varro rust. 1,40,6; Plin. nat. 17,138; Gp. 4,13* – 99–110 *Colum. arb. 8,3; Plin. nat. 17,116*

---

floreat **R** – 13 concitarie **SA** – 14 uult **hjbρç** uoli **SA**$^{1}$ uolt **A**$^{2}$**mfyø** – etficit **S** – laborem **SA** – iuberis **SA**$^{1}$ – 15 uindemiare **A**

**29:** 1 redeo **SR** ideo **A** – partes **SA**$^{1}$**A**$^{3}$ – quam **hλσ** – tuendarum *om.* **S**$^{1}$ – 3 *pr.* **SAhbfyç** – quod **S** – inserendus **S** – 4 insertionis **λy** – 5 Calendas **SAhm** – quosad **A**$^{1}$ – 7 sarmenti (-tis **hf**) silentis **SR** sarmentis alentis **A** – alis **S**$^{1}$ – 8 firmioribus **SAj** – sucosioris **hj**$^{2}$**λfy** sutosioris **SA** sucusioris **ρ** succosioris **çø** sucosis **j**$^{1}$ – 9 mensium **hλfρy** – 10 quia **hλσ** qui **SAj** – 11 ignorem **hx**$^{2}$**ü**$^{2}$**tp ńy** nigriorem **SAjλσ** – conprendere **A** – 13 ratcone **S**$^{1}$ – praecipere **jbfyçø** permiscere **SAmρ** permistere **h**$^{1}$ permittere **h**$^{2}$ – 14 debemus **bfyçø** – 15 coniuere **j** meri contueri **SA** conniuere **hλσ** – 16 dilengentissimi **A**$^{1}$ – curam distendit **hjσ** curandis tendit **SAλ** *post add.* atque impedit **R** – 17 contrarius **SAhλσ** – 18 quot **S**$^{1}$ – bruma **Ahfrø** – 19 ueneam **S**$^{1}$ – laedit **R** dedit **SA** laedat **j**$^{1}$ – 20

putari uineam; quae res quamuis minus laedit uitem, merito tamen fieri prohibetur, quod frigoribus omnis surculus rigore torpet nec propter gelicidia corticem mouet, ut cicatricem consanet.

*4* Atque idem Atticus non prohibet eodem ipso tempore inserere, quod et cum totius obtruncatione uitis et cum eiusdem resectionis fissura praecipit fieri. uerior itaque ratio est inserendi tepentibus iam diebus post hiemem, cum et gemma se et cortex naturaliter mouet nec frigus ingruit, quod possit aut surculum insitum aut fissurae plagam inurere. *5* permiserim tamen festinantibus autumno uitem inserere, quia non dissimilis est eius aeris qualitas uernae.

Sed quocumque quis tempore destinauerit inserere, non aliam sciat esse curam surculis explorandis, quam quae tradita est priore libro, cum de malleolis eligendis praecepimus; quos ubi generosos et fecundos et quam maturissimos uiti detraxerit, diem quoque tepidum silentemque a uentis eligat. *6* tum consideret surculum teretem solidique corporis nec fungosae medullae, crebris etiam gemmis et brevibus internodiis. nam plurimum interest non esse longum sarmentum, quod inseratur, et rursus pluris oculos, quibus egerminet, inesse. itaque si sunt longa internodia, necesse erit ad unam uel summum duas gemmas recidere surculum, ne proceriorem faciamus, quam ut tempestatis uentos et imbres immobilis pati possit.

*7* Inseritur autem uitis uel recisa uel integra perforata terebra, sed illa frequentior et paene omnibus agricolis cognita insitio, haec rarior et paucis usurpata. de ea igitur prius disseram, quae magis in consuetudine est.

## De inserenda uite

*8* Reciditur uitis plerumque supra terram, nonnumquam tamen et infra, quo loco maxime solida est atque enodis. cum iuxta terram insita est, surculus adobruitur cacumine tenus; at cum editior a

---

ricori **S**¹ rigori **S²A** – 23 *ante* quod *add.* propter **A** – et cum **S** cum eti **A** cum et **hλσ** et **j** – otius **SA** – uitii **SA** – 25 gemma se **S** gemmas **AR** – 27 permiserit **SA** permiscerim **j** – 31 isse **S**¹ – 34 trepidum **A**¹ – silemtemque **SA** – 35 fungosae **Sjρç** iugose **A** fugosae **hbfø** fugossae **m** frigosae **y** – 36 internodis **A** – 37 ut **R** – 39 ne ... quam *om.* **SAh** – 40 et imbres *om.* **SA** – immobiles **SAhmρy** – 42 perferata **A** – 43 prene **A** – 46 *pr.* **SAhbfyç** – 48 nodis **SAh** – 49 sur-

terra est fissura, diligenter subacto luto linitur et subposito musco ligatur, quod et calores et pluuias arceat. temperatur ita surculus, ut, calamo non absimilis, coagmentum habeat ad fissuram, sub qua nodus in uite desideratur, qui quasi alliget eam fissuram nec rimam patiatur ultra procedere. *9* is nodus etiam si quattuor digitis a resectionibus fuerit, inligari tamen eum, priusquam uitis findatur, conueniet, ne, cum scalpro factum fuerit iter surculo, plus iusto plaga hiet. calamus autem non amplius tribus digitis debet adleuari atque is ex ea parte, qua raditur, ut sit leuis. eaque rasura ita deducitur, ut medullam contingat uno latere atque altero paulo ultra corticem destringatur figureturque in speciem cunei, sicut ab ima parte acutus surculus latere altero sit tenuior atque altero plenior perque tenuiorem partem insertus eo latere artetur, quo est plenior, et utrimque contingat fissuram. nam nisi cortex cortici sic applicatur, ut nullo loco transluceat, nequit coalescere.

*10* Vinculi genus ad insitionem non unum est. alii uiminibus obstringunt, nonnulli circundant libro fissuram, plurimi ligant iunco, quod est aptissimum. nam uimen cum inaruit, penetrat et insecat corticem. propter quod molliora uincula magis probamus, quae cum circumuenere truncum, adactis harundineis cuneolis artantur. sed antiquissimum est et ante haec ablaqueari uitem radicesque summas uel suboles amputari et post haec adobrui truncum; isque cum conprehendit, aliam rursus exigit curam.

*11* Nam saepius pampinandus est, cum germinat, frequentiusque detrahendae suboles, quae ⟨e⟩ lateribus radicibusque prorepunt, tum, quod ex insito profudit, subligandum, ne uento surculus labefactetur aut explantetur tener pampinus. qui cum excreuit, nepotibus orbandus est, nisi si propter penuriam et caluitium loci

culis **A** – ad **S**[1]**A** – 50 fissura **R** ipsum **SA** – linito **A** – superposito **R** – 51 calore sed **S**[1] – plubias **S**[1] – 52 absimilis coagmentum habeat ad *Josephson pp. 110 sqq.* absimilis est purgamentum habens ad **SA** absimilis **j** ut coagmentet **λσ** coagmentet **ç** *om.* **hø** – 53 qui **S** quit **A** quid **R** – 56 *ante* ne *add.* et **S** – 57 hiet **S** it et **A** luet **j** hiet et **hλσ** – autem non **R** ut rarior **SA** – 58 his **Ahλσ** – parte *om.* **SA** – *post* sit *add.* ab ea parte **SA** – 59 pauilo **A** – 60 una **R** – 61 acutus (-tius **ρ**) **R** artus **SA** – sit *om.* **S**[1] – tenuor **A**[1] – atque altero plenior *om.* **S** – 62 tenuorem **A** – quod **S** – 63 uirinque **A** – nam nisi **hλσ** nec **SAj** – appellatur **Aj** – 64 nequit **γρńç** ne quid **SAR** – patiatur *ante* coalescere *add.* **SA** *post* coalescere *add.* **h**[2]**f** – 65 utminibus **A** – 66 non pulli **S**[1]**A** – 67 iugo **A** – 69 adacti sit **A** – arundineis **SA** – 71 soboles **S**[2]**jbyç** – 74 detrahendae **R** debrahitende **S** debrachitendae **A** – soboles **S**[2]**R** – e *scripsi* a **R** *om.* **SA** *uide diss. pp. 161 sqq.* – 75 in exsito **A** – profundit **R** – *post* surculus *add.* motus **R** – 76 explanetur **R** – 77 ordinandus **SA** – 78 summittuntur **S** summittur **A** sum-

summittuntur in propagines. autumnus deinde falcem maturis palmitibus admouet. sed putationis insitis custoditur ea ratio, ut, ubi nulla desideratur propago, unus surculus euocetur in iugum, alter ita recidatur, ut adaequetur plaga trunco, sic tamen, ne quid radatur e duro. *12* pampinandum non aliter est, quam in nouella uiuiradice; putandum uero sic, ut usque in quartum annum parcius imperetur, dum plaga trunci ducat cicatricem.

Atque haec per fissuram insitarum est ordinatio; *13* illa sic per terebrationem: primum ex uicino fructuosissimam considerare uitem, ex qua uelut traducem inhaerentem matri palmitem attrahas et per foramen tramittas. haec enim tutior et certior est insitio, quoniam, etsi proximo uere non conprendit, sequente certe, cum increuit, coniungi cogitur et mox a matre reciditur atque ipsa superficies insitae uitis usque ad receptum surculum obtruncatur. *14* huius traducis si non est facultas, tum detractum uiti quam recentissimum eligitur sarmentum, et leuiter circumrasum, ut cortex tantum detrahatur, aptatur foramini, atque ita luto circumlinitur resecta uitis, ut totus truncus alienigenis surculis seruiat; quod quidem non fit in traduce, qui materno sustinetur ubere, dum inolescat.

*15* Sed aliud est ferramentum, quo priores uitem perforabant, aliud, quod ipse usu nunc magis aptum conperi. nam antiqua terebra, quam solam ueteres agricolae nouerant, sc[r]obem faciebat et perurebat eam partem, quam perforauerat; deusta porro raro reuirescebat et insitus surculus conprehendebat, tum etiam scobis numquam sic eximebatur, ut non inhaereret foramini et porro

---

mitur **hjfρø** sumitur **λç** summittitur **y** – autemnus **SA** – 79 sed putationis **hjσ** se putationis **S** septuationis **A** si putationibus **λ** – 80 nullam **SAh$^{1}$mfyø** – 82 radatur **hλσ** aratur nam **SA** raditur **j** – 83 parcius **übflç** partius **SAR** – 84 ducat **R** ducit **S** duci **A** – 86 terebraciorem **A$^{1}$** terebracionem **A$^{2}$** – 87 uelud **A** – 88 tutior **R** putatior **SA** – est *om.* **S$^{1}$** – 89 conprehendit **AR** – 90 coniungi **jbç** coniugem **SA** coniugi **hmσ** – receditur **S** – 91 uitae **SA** – 92 tum **jç** cum **SA** tam **hλσ** – tractum **SA** – 93 carmentum **S$^{1}$A** – 94 artatur **SA** – lato **SA** – 95 ut ... surculis *Schn.* ultratus surculus alienigenis surculis **S** ultratus surculus **A** ut totus truncus alieni generis (generi **jf$^{2}$ρyø**) uitis (uiti **ç**) **R** – quot **A** – 96 quidam **SAhf** – non *om.* **SAh$^{1}$** – qua **SAhø** – dum **R** cum **SA** – 98 set aliut **S$^{1}$** – quod **A** – prioris **SA** – 99 aliut **S$^{1}$** – ipse **SR** in se **A** – usus **R** – matris **SA** – comperit **R** – antiquam **SA** – 100 tebra **S$^{1}$** tenebra **Ah$^{1}$mfy** – scobem *ed.pr.* scrobem **SAR** – *post* faciebat *add.* raro reuirescebat **λ** – 101 et *om.* **SAλ** – perurebat **hjσ** perferebat **SA** *om.* **λ** – qua **A** – deusta **R** de uineta **SA** – raro reuirescebat **hjσ** cum pro re (cum rore **S**) conualescebat **SA** *om.* **λ** *cfr Josephson pp. 112 sqq.* – 102 scrobis **h$^{2}$jλfρyø** – 103 et **SA** ea **R** – porpo **SA** – 106

interuentu suo prohibebat corpus surculi corpori uitis adplicari. *16* nos terebram, quam Gallicam dicimus, ad hanc insitionem commenti longe habiliorem utilioremque comperimus: nam sic excauat truncum, ne[c] foramen inurat, quippe non sc[r]obem sed ramenta facit, quibus exemptis plaga leuis relinquitur, quae facilius omni parte sedentem surculum contingat, nulla[m] interueniente lanugine, quam excitabat antiqua terebra.

*17* Igitur secundum uernum aequinoctium perfectam uitium insitionem habeto, locisque aridis et siccis nigram uitem inserito, umidis albam; neque est ulla eius propagandi necessitas, si modo tam mediocris est crassitudo trunci, ut incrementum insiti plagam possit contingere et nisi tamen uacuus locus demortui capitis uitem reposcit; quod cum ita est, alter ex duobus surculis mergitur, alter eductus ad iugum in fructum summittitur. neque inutile est ex ea uite, quam merseris, enascentis in arcu propaginis pampinos educare, quos possis mox, si ita competet, uel propagare uel ad fructum relinquere.

**30** *1* Quoniam constituendis colendisque uineis quae uideba⟨n⟩tur utiliter praecipi posse disseruimus, pedaminum iugorumque et uiminum prospiciendorum tradenda ratio est. haec enim quasi quaedam dotes uineis ante praeparantur, quibus si deficitur, agricola causam faciendi uineta non habet, cum omnia, quae sunt necessaria, extra fundum quaerenda sint. nec emptionis tantum, sicut ait Atticus, pretium onerat rustici rationem, sed est etiam comparatio molestissima: *2* conuehenda sunt enim tempore iniquissimo hiberni. quare salices uiminales atque harundineta uulga-

---

**30:** 11–12 *Plin. nat. 17,143* – 15–18 *Thphr. HP 3,3,2; Cato agr. 9; Varro rust. 1,23,4; Colum. arb. 29,1; Plin. nat. 16,77, 17,141; Gp. 11,13* – 19–23 *Plin. nat. 16,177* – 23–27 *Plin. nat. 17,141* – 26–29 *Plin. nat. 17,142–143* – 32–35 *Pallad. 3,23,2* – 37–40 *Plin. nat. 17,143*

---

longem **SA** – 107 exuacat **A** – ne **qγlpńç** nec **SAR** – scobem *ed.pr.* scrobem **SAR** – 108 ramenta *ed.pr.* tramenta **SA** rasamenta **R** – relinqui **SA** – 109 nulla **h$^2$wåozäcdqγlpϱç** nullam **SAR** – 110 lagunine **A** – quam *om.* **SA** – 112 inserito humidis **S$^2$R** inserit ob umidis **S$^1$A** – 114 insita **SA** – 115 contegere **jσ** contengere **h$^1$m** – capiti **S** – 117 est *om.* **Aλ** – 118 qua **A** – enacentis **SA**

**30:** 1 constituendis colendisque **jλσ** constituendisque **S$^1$** constituendis **S$^2$Ah** – uidebantur **cqγbpńç** uidebatur **SAhjmσ** – 4 praeparatur **S** – 7 rustici **jmb$^2$σ** uitici **S** uici **Ahb$^1$r$^1$** *cfr Josephson p. 116* – etst **S$^1$** – 8 conuehendant **S$^1$** (*? ras.*) **Ahϱ** – 9 quale **SA** – uulgares uel **A** – 10 consuto **S$^1$** – *ante* castaneis *rubr.* De

resque siluae, uel consulto consitae castaneis, prius faciendae sunt. salicum uiminalium Atticus putat singula iugera sufficere posse quinis et uicenis iugeribus ligandae uineae, harundineti singula iugera uicenis iugandis, castanieti iugerum totidem palandis, quot harundineti iugandis.

*3* Salicem uel riguus ager uel uliginis abundans optime, nec incommode tamen alit planus et pinguis, atque is debet conuerti bipalio. ita enim praecipiunt ueteres in duos et semissem pastinare salicto destinatum solum; nec refert, cuius generis uimen seras, dum sit lentissimum. *4* putant tamen tria esse genera, praecipue Graecae, Gallicae, Sabinae salicis, quam plurimi uocant Amerinam. Graeca flaui coloris est, Gallica obsoleti, purpurei sed tenuissimi uiminis; Amerina salix gracilem uirgam et rutilam gerit; atque hae uel [cum] cacuminibus uel taleis deponuntur. perticae cacuminum modicae plenitudinis, quae tamen dipondiarii orbiculi crassitudinem non excedant, optime panguntur eo usque, dum ad solidum demittantur. *5* taleae sesquipedales terreno inmersae paulum obruuntur. riguus locus spatia laxiora desiderat eaque senum pedum per quincuncem recte faciunt, siccaneus spissiora, sicut sit facilis accessus colentibus ea. quinum pedum interordinia esse abunde est, ut tamen in ipsa linea consitionis alterna uacuis intermissis bipedaneis spatiis consistant semina.

*6* Satio est eorum, priusquam germinent, dum silent uirgae, quas arboribus detrahi siccas conuenit. nam roscidas si recideris, parum commode proueniunt; ideoque pluuii dies in exputanda salice uitantur. fodienda sunt primo triennio salicta crebrius, id est ut nouella uineta; cum deinde conualuerint, tribus fossuris contenta sunt; aliter culta celeriter deficiunt. *7* nam quamuis adhibeatur

---

castanea ponenda **SAhfyç** – facienda **Aλρ** – 11 salicum *Schn.* licet **S** licet ut **AR** – uiminalium *Ald.* uiminalibus (-lis **ρ**) **SAR** – 12 uigenis **S**$^2$ – harundineti **A**$^2$**jfr**$^2$**yç** harundinetis **Shρø** harundetis **A**$^1$ harundinem **m** *om.* **b** – 13 uigenis **S**$^2$ – castaniet **SA** – quot **R** quod **S** quod id **A** – 16 his **Ahmfyø** – 18 suimen **Ahfø** – 20 America **A**$^1$ Amerina **A**$^2$**hλfρyø** – 21 est **R** et **SA** – purpureis **Af** – sed **S** et **AR** – 22 salix **R** sans **SA** – uirgam **R** uocant uirgam quo (uo **S**) **SA** – haec **AR** – 23 cum **SAR** *om.* **p** – 24 plenitudinis **p** planitudinis **SAR** – dipundiarii **AR** – 25 exedat **SA** excedat **hńø** – dimittatur **A** dimittantur **fy** – 26 taleae sesquipedales **Sjλρyç** tale est qui pedales **A** tale est (ist **f**) is qui pedales **hfø** – immersae **j** in mense **SAhλσ** – 29 ea *om.* **S**$^1$ – interordini **S** – 33 detrahit **SAh** – nam **R** ab **SA** – 34 commode **SAhjρ** prospere **fr**$^2$**yçø** prospere commode **λ** – 35 facienda **SA** – prima **SAj** – creuius **SA** – 36 inde **A** – conualerint **A**$^1$

cura, plurimae salices intereunt, quarum in locum ex propinquo mergis propagari debent curuata et defossa cacumina, quibus restituatur quicquid intercidit. anniculus deinde mergus decidatur a stirpe, ut suis radicibus tamquam uitis ali possit.

## 31 Genistae satio

*1* Perarida loca, quae genus id uirgultorum non recipiunt, genistam postulant. eius, cum sit satis firmum, tum etiam lentissimum est uinculum. seritur autem semine, quod cum est natum, uel defertur bima uiuiradix, uel relicta, cum id tempus excessit, omnibus annis more segetis iuxta terram demeti potest. cetera uincula, qualia sunt ex rubo, maiorem operam, sed in egeno tamen necessariam, exigunt. *2* perticalis fere salix eundem agrum, quem uiminalis, desiderat, melior tamen riguo prouenit. atque ea taleis conseritur et, cum germinauit, ad unam perticam summittitur, crebreque foditur atque exherbatur, nec minus quam uinea pampinatur, ut in longitudinem potius quam in latitudinem euocetur. sic culta quarto demum anno caeditur. *3* nam quae uinculis praeparatur, potest annicula praecidi ad semissem super duos pedes, ut et trunco fruticet et in brachia uelut humilis uinea disponatur; si tamen siccior fuerit ager, bima potius resecabitur.

## 32 Harundinis satio

*1* Harundo minus alto pastinato, melius tamen bipalio seritur. ea, cum sit uiuacissima nec recuset ullum locum, prosperius resoluto quam denso, humido quam sicco, uallibus quam cliuis, flu-

---

**31:** 2–3 *Colum. arb. 29,1*

**32:** 2–9 *Thphr. HP 4,11,13; Cato agr. 6,3–4; Varro rust. 1,24,4; Colum. arb. 29; Plin. nat. 17,144; Pallad. 3,23; Gp. 5,53* – 25–26 *Plin. nat. 17,262*

---

– 37 adibeatur **S**$^{1}$ – 38 plurimi **SA** – intereont **S**$^{1}$ – loco **AR** – 39 propagare **S**$^{1}$ – 40 quicquit **Ah** – intercidat **SA** intendit **ρ** interdicit **y** – 41 stipe **S**$^{1}$**Ah**$^{1}$**fryø** – sis **Ay** – ali possit **R** prosit **SA**

**31:** 1 *pr.* **SAhmfyç** – 3 eius **R** plus **SA** – 4 seruitur **S**$^{1}$**A** – 5 radix **SA** – id **hλσ** ut **SA** uel **j** – 7 operam *bis* **A**$^{1}$ – 9 talis **SA** tales **h**$^{1}$**jfø** – 12 *post* longitudinem *add.* ramorum **R** – latitudine **S** – euocatur **Aj** – 14 adnicula **SA** – 15 et (*ante* in) **R** sed **SA** – disponantur **S**$^{1}$

**32:** 1 *pr.* **SAhbfyç** – harundini **S** – 2 harundo **S**$^{2}$**hjλρç** itarundo **S**$^{1}$ idarundo **Afy** id harundo **ø** – 4 denso **R** de suo **SA** – humido **S**$^{2}$**R** numido **S**$^{1}$**A** – cliuis *ed.pr.* duis **S**$^{1}$ dumis **S**$^{2}$**AR** – 5 ueribus **A** – 6 feritur **A**$^{1}$ – bubus **A**$^{1}$ – seritur

minum ripis et limitibus ac uepribus commodius quam mediis agris deponitur. *2* seritur bulbus radicis, seritur et talea calami, nec minus toto prosternitur corpore. bulbus tripedaneis interuacantibus spatiis obrutus anno celerius maturam perticam praebet, talea e⟨t⟩ tota harundo serius praedicto tempore euenit. sed siue recisa in dupundium et semissem talea siue tota prostrata depone[re]tur, exstent earum cacumina, quae si obruta sunt, totae putrescunt.

*3* Sed cultus harundinetis primo triennio non alius est quam ceteris. cum deinde consenuit, repastinandum est. ea est autem senectus, cum uel exaruit situ et inertia plurium annorum uel ita densatum est, ut gracilis et cannae similis harundo prodeat. *4* sed illud de integro refodi debet, hoc potest intercidi et dirarari, quod opus rustici castrationem uocant, quae tamen refectio harundineti caeca est, quia non apparet in terra, quid aut tollendum sit aut relinquendum. tolerabilius tamen harundo castratur, antequam caeditur, quod aliquatenus uelut indices calami demonstrant, quid eruendum sit. *5* tempus repastinandi et conserendi est, priusquam oculi harundinum egerminant. caeditur deinde post brumam. nam usque in id tempus incrementum capit, ac tum conpescitur, cum obriguit hiberno frigore. fodiendum quotiens et uinetum. sed macies eius cinere uel alio stercore iuuanda est, propter quod caesum plerique incendunt harundinetum.

## 33 Castanieti satio

*1* Castanea roboribus proxima est et ideo stabiliendis uineis habilis. tum in repastinato nux posita celeriter emicat et post quin-

---

**33:** *Gp. 10,63* – 2–35 *Plin. nat. 17,147–150; Pallad. 12,7,17–22* – 2–3 *Pallad. 12,15,2* – 25–26 *Verg. georg. 2,15; Plin. nat. 17,59*

---

(*post* radicis) *om.* **SA** – 7 toto *om.* **A** – interuagantibus **A** – 8 satiis **S**$^1$ satis **A** – obruitus **A** – talea et *Ald.* taleae **SAR** – 9 tota **SAj** totae **hλσ** – tarundo **S**$^1$**A** arundo **S**$^2$ – 10 taleae **λρy**$^2$ talei **f** – tota **SA** totae harundines **jλσ** totae **h** – prostrata **S** pretrata **A** prostratae **R** – deponetur **m** deponeretur **SAhjf**$^2$**yø** deponerentur **bf**$^1$**ρ** deponentur **ç** – 11 camina **SA** – quae **jfρy** uel **SA** harundines **h** *om.* **λçø** – obrutae **R** – 12 cuitus **A** – es **S**$^1$ – 14 plurimum **A** – ita densatum **R** it ad sensatum **S** ita desensatum **A** – 16 disrarari **hjσ** dirari **λń** – 17 castrationem **jb**$^1$**fr**$^2$**yçø** stipationem **SAhλρ** – uocarit **SA** – 20 quod aliquatenus **hb**$^2$**σ** quod quatenus **j** quatenus **SA** quod aliquatenus quatenus **λy** – 22 oculis **SA** – hegerminant **S**$^1$**A** – 23 in id tempus **λσ** id in tempus **SAj** in tempus id **hr** – confescitur **S**$^1$**r**$^2$ conficitur **Ahbr**$^1$ – 24 uinetum *scripsi* uineam **SA** uineta **h**$^2$**jbσ** uinetam **h**$^1$ uinea **m** – 26 incedunt **SAf**

**33:** 1 *pr.* **SAhbfyç** – castanietis **S** castaneti **A**$^1$ – 2 et ideo **SA** ideoque **R** – 3

quennium caesa more salicis recreatur atque in palum formata fere usque in alteram caesionem perennat. ea pullam terram et resolutam desiderat, sabulonem umidum uel refractum tofum non respuit, opaco et septentrionali cliuo laetatur, spissum solum et rubricosum reformidat. *2* seritur ab Nouembri mense per totam hiemem sicca terra et repastinata in altitudinem dupundii et semissis. nuces in ordine semipedalibus, ordines autem quinum pedum spatiis dirimuntur. in altitudinem dodrantis castanea depressis sulcis committitur; qui ubi nucibus sunt consiti, priusquam conplanentur breues harundines ab latere castanearum panguntur, ut per hos sationis indices tutius fodi et runcari possint.

*3* Simulatque semina stillauerint et iam bima transferri queunt, interuelluntur ac bini pedes arbusculis uacui relinquuntur, ne densitas plantas emaciet. spissius autem propter uarios casus deponitur: nam interdum, priusquam enascatur, aut siccitatibus nux inarescit aut aquarum abundantia putrescit, interdum subterraneis animalibus, sicuti muribus et talpis, infestatur, propter quae saepe nouella castanieta caluescunt. atque ubi frequentanda sunt, melius ex uicino, si conpetit, mergi more pertica declinata propagatur quam exempta reseritur. *4* haec enim uelut inmota sua sede uehementer germinat; at quae radicitus exempta et deposita est, biennio reformidat; propter quod compertum est commodius nucibus quam uiuiradicibus eiusmodi siluas institui. spatia huiusce sationis, quae suprascripta sunt, capita castanearum recipiunt numero MMDCCCLXXX; cuius summae, sicut ait Atticus, ex facili iugera singula praebebunt statuminum duodena milia. etenim taleae propius stirpem recisae quadrifidas plerumque, ac deinde secundae taleae eiusdem arboris bifidas ridicas subministrant, quod

---

in **SA** ex **R** – nox **SA** – 4 salicti **R** – atque **R** neque **SA** – 5 usuque **S** – cessionem **S**$^2$ – rea **S** – pulsam **SA** – 7 ciuo **S**$^1$ cibo **A** – solum et rubricosum *om.* **SA** – rubricosum *om.* **h**$^2$**λf**$^1$**ø** – 9 dipundii **Ajλr** dupondii **ø** – temissis **A** – nuces *Ald.* nucem **SAR** – 10 ordine **S** ordinem **AR** – 11 dodrantes **SA** – 13 lattere **A** – 14 totius **A** – possit **SA** – 15 queunt **R** quae ut **SA** – 16 bini **S**$^2$ uini **S**$^1$**Ahλσ** im **j** – relinguntur **S**$^1$ – 17 semaciet **S**$^1$**Ah**$^1$ – spissius **jfńyçø** ipsius **SAhλr** – 18 nox **A**$^1$ – 19 inharescit **SA** – 20 sicuti muribus *om.* **SA** – 21 frequendanda **A** – 22 sic **AR** – merci **S**$^1$**A** – 23 sed **S** – 24 uehenter **A** – radicibus **SAhλρ** – 26 patria **A** – 28 numero MMDCCCLXXX *om. u. sp. r.* **jfø** – numero *om.* **R** – MM *om. u. sp. r.* **A** – DCCC (DCCCC **ρ**) **R** ACC **SA** – ait *om.* **S**$^1$ – 29 statuminum **Sjλfy** statum in unum **A** statu in imum **ρç** statum (statu **ø**) in inum **hø** – milla **SA** – 30 *post* taleae *add.* ac **R** – propius **fçø** proprius **SAR** – quadripedas **SAb**$^1$**ρ** quadrifedas **y** – 31 arboris bifidas **R** arbori sui fluuias **SA** – 32

genus fissilis adminiculi manet diutius quam teres palus. *5* cultus idem est positionis qui uineae. supputari debet bima, quin etiam trima. nam bis ferro repetenda est uerni principio, ut incitetur eius proceritas.

Potest etiam quercus simili ratione seri, uerum biennio tardius quam castanea deciditur, propter quod ratio postulat tempus potius lucrari, nisi dumosi glareosique montes atque ea genera terrae, quae supra diximus, glandem magis quam castaneam postulabunt. *6* Haec de uineis Italicis uinearumque instrumentis quantum reor non inutiliter et abunde disserui, mox agricolarum prouincialium uineaticos nec minus nostratis et Gallici arbusti cultus traditurus.

---

adminiculis **SAhy** – 33 fossionis **b**[1]**fy**[2]**ø** positionis fossionis **h** fossionis positionis **m** – 36 potest **R** post **SA** – 37 decitur **S**[1]**A** dicitur **S**[2] – oratio **A** – 38 *post* nisi *add.* si **hjmσ** – duosi **S**[1] – 39 cupra **S**[1]**A** – 43 *postscr.:* Explicit L (Liber **A**[2] *om.* **A**[1]) Iuni Moderati Columellae rei rusticae liber quintus liber II **SAhf** Liber quintus rei rusticae explicit **rçø** Liber quintus explicit **b** L Iuni Moderati Columellae liber quintus explicit **m** *om.* **jńy**

L. IVNI MODERATI COLVMELLAE

# REI RVSTICAE

LIBER QVINTVS

SVRCVLARIS LIBER TERTIVS

I. Quemadmodum datas formas agrorum metiri debeas.
II. Quotena semina iugerum in ternos pedes ac deinde usque in denos pedes disposita recipiat.
III. Culturas prouincialium uinearum.
IV. De ulmariis faciendis.
V. De ordinando arbusto et quae sit eius cultura.
VI. De seminariis oliuarum faciendis.
VII. De cultu oliuetorum.
VIII. De arboribus pomiferis.
IX. De insitionibus arborum.
X. De cythiso.

---

*Titulus:* L (Liber **A**) Iuni Moderati Columellae rei rusticae liber sextus surcularis liber tertius feliciter **SA** Liber Iuni Moderati Columellae rei rusticae liber sextus incipit feliciter **h** L Iuni Moderati Columellae rei rusticae liber sextus feliciter (*om.* **ç**) incipit (*om.* **rø**) surcularis liber tertius incipit (*om.* **ryç**) **ryçø** Incipit VI **m**

*Argumentum: rubrica* Liber sextus haec continet **f** – *numeros om.* **jf** – *arg. om.* **ç** – 2 iugeram **A**[1] – usque in denos pedes **jfń** nos **SA** usque in denos pedes nos **hλryø** – 3 de culturas **hj** de cultura **λσ** – 5 ordinanda **SA**

I *1* Prioribus libris, quos ad te de constituendis colendisque uineis, Siluine, scripseram, nonnulla defuisse dixisti, quae agrestium operum studiosi desiderarent; neque ego infitior aliqua me praeterisse quamuis inquirentem sedule, quae nostri saeculi cultores quaeque ueteres litterarum monumentis prodiderunt. sed cum sum professus rusticae rei praecepta, nisi fallor, adseueraueram, quae uastitas eius scientiae contineret, non cuncta me dicturum sed plurima; nam illud in unius hominis prudentiam cadere non poterat. *2* neque enim est ulla disciplina, non ars, quae singulari consummata sit ingenio. quapropter, ut in magna silua boni uenatoris est indagantem feras quam plurimas capere nec cuiquam culpae fuit non omnis cepisse, ita nobis abunde est tam diffusae materiae, quam suscepimus, maximam partem tradidisse, quippe cum ea uelut omissa desiderentur, quae non sunt propria nostrae professionis; ut proxime, cum de conmetiendis agris rationem Marcus Trebellius noster requireret a me, uicinum atque adeo coniunctum esse censebat demonstranti, quemadmodum agrum pastinemus, praecipere etiam pastinatum quemadmodum metiri debeamus. *3* quod ego non agricolae sed mensoris officium esse dicebam, cum praesertim ne architecti quidem, quibus necesse est mensurarum nosse rationem, dignentur consummatorum aedificiorum, quae ipsi disposuerunt, modum conprehendere, sed aliud existiment professioni suae

---

1: 34–58 *Grom. 94 sqq., 339, 367, 371; Boeth. geom. 401 sqq.; Isid. orig. 15,15* – 34–36 *Varro ling. 5,34; Varro rust. 1,10,2* – 37–38 *Varro ling. 5,35; Varro rust 1,10,2* – 38–40 *Varro ling. 5,39* – 43 *Varro rust. 1,10,2* – 48–52 *Varro ling. 5,35; Varro rust. 1,10,2* – 48–49 *Varro rust. 1,18,5* – 57–58 *Varro rust. 1,10,2; Heron geom. 4,7*

---

**1:** 1 at **S** – de *om.* **A** – 2 scripus seram **S**$^1$ seribus sera **A** – nonnullam **S** – 3 studio **SA** – 4 inquerentem **S** – 5 sum professus **e** summo festus **SA** sim (si **f** *om.* **h**$^1$) professus **R** – 6 *post* fallor *add.* non **R** – unitas **SA** – 7 non *om.* **R** – cunta **S** – 8 prouidentiam **hj**$^2$**λfr**$^2$**ńyçø** – 9 ar **S**$^1$ – singulari **äγp** consulari **SA** singuli singulari **R** – 12 abunde **SA** satis abundeque **R** – 13 ea **jç** mea **SAbfϱyø** in ea **hm** – 15 conmentiendis **SAλ** – 16 nostrae **A** – a me requireret **hσ** – requiret **A** – 17 pastinaremus **R** – 19 mensuris **A**$^1$ – 21 quem **R** – disposuerint

conuenire, aliud eorum, qui iam extructa metiuntur et imposito calculo perfecti operis rationem conputant; quo magis ueniam tribuendam esse nostrae disciplinae, si eatenus progreditur, ut dicat, qua quidque ratione faciendum, non quantum id sit, quod effecerit. *4* uerum quoniam familiariter a nobis tu quoque, Siluine, praecepta mensurarum desideras, obsequar uoluntati tuae cum eo, ne dubites id opus geometrarum magis esse quam rusticorum, desque ueniam, si quid in eo fuerit erratum, cuius scientiam mihi non uindico.

Sed ut ad rem redeam, modus omnis areae pedali mensura conprehenditur, qui est digitorum XVI. pes multiplicatus in passus et actus et climmata et iugera et stadia centuriasque, mox etiam in maiora spatia procedit. *5* passus pedes habet quinque. actus minimus, ut ait Marcus Varro, latitudinis pedes IIII, longitudinis habet pedes CXX. clima quoquouersus pedum est LX. actus quadratus undique finitur pedibus CXX; hoc duplicatum fecit iugerum, et ab eo, quod erat iunctum, nomen iugeri usurpauit. sed hunc actum prouinciae Baeticae rustici agnuam uocant, itemque XXX pedum latitudinem et CLXXX longitudinem porcam dicunt. *6* at Galli candetum appellant in areis urbanis spatium centum pedum, in agrestibus autem pedum CL, quod aratores candetum nominant; semiiugerum quoque arepennem uocant. ergo, ut dixi, duo actus iugeri efficiunt longitudinem pedum CCXL, latitudinem pedum CXX, quae utraeque summae in se multiplicatae quadratorum faciunt pedum milia XXVIII DCCC. stadium deinde habet passus CXXV, id est pedes DCXXV, quae mensura octies efficit M passus; is ueniunt quinque milia pedum. *7* centuriam nunc dicimus, ut idem Varro ait, ducentorum iugerum modum; olim autem ab centum iugeribus uocabatur centuria, sed mox duplicata nomen retinuit sicuti tribus, dictae primum a partibus populi tripertito diuisi, quae tamen nunc multiplicatae pristinum nomen possident.

*8* Haec non aliena nec procul a ratiocinio, quod tradituri sumus, breuiter praefari oportuit; nunc ueniamus ad propositum. iugeri partis non omnis posuimus sed eas, quae cadunt in aestimationem

---

**R** – 23 aliut **A** – extructa metiuntur et imposito **R** extructam (-runc- **A**) et iuncturae posito **SA**¹ extruncta metiunctur et imposito **A**² – 26 quatum **S** – 32 qui est *scripsi* quia **S** qui **AR** – 35 latitudinem **SA** – 37 facit **A²R** – 38 erit **SAhλσ** – usurpabit **SA** – 40 CLXXV **Ah**¹ – porca **A** – calli **S**¹ – 41 gandetum **S** – 42 nomenant **S**¹ – 44 iugerum **R** – *post* efficiunt *add.* in **hλσ** *uide diss. pp. 163 sq.* – 45 CCXX **S** – utraque **A** – 46 XXVIIII **A** – VCCC **hmfyç** *u. sp.* CCC **j** – 47 quae *om.* **A** – is ueniunt quinque milia pedum **R** sunt campum **SA** – 48 sicut **R** – 49 *post* ducentorum *add.* numerum **A** – ob **A²hjλfρyø** a **ç** – 53 ratocinio

facti operis; nam minores persequi superuacuum fuit, pro quibus nulla merces dependitur. igitur, ut diximus, iugerum habet quadratorum pedum $\overline{\text{XXVIII}}$ DCCC, qui pedes efficiunt scripula CCLXXXVIII. *9* ut a minima parte, id est ab dimidio scripulo, incipiam, pars DLXXVI pedes efficit L, id est iugeri dimidium scripulum; pars CCLXXXVIII pedes centum, hoc est scripulum; pars CXLIIII pedes CC, hoc est scripula duo; pars septuagensima et secunda pedes CCCC, hoc est sextula, in qua sunt scripula IIII; pars XLVIII pedes DC, hoc est sicilicus, in quo sunt scripula sex; *10* pars XXIIII pedes MCC, hoc est semuncia, in qua scripula XII; pars XII pedes $\overline{\text{II}}$ CCCC, hoc est uncia, in qua sunt scripula XXIIII; pars VI pedes $\overline{\text{IIII}}$ DCCC, hoc est sextans, in quo scripula XLVIII; pars IIII pedes $\overline{\text{VII}}$ CC, hoc est quadrans, in quo scripula LXXII; *11* pars III pedes $\overline{\text{VIIII}}$ DC, hoc est triens, in quo scripula XCVI; pars III et XII pedes $\overline{\text{XII}}$, hoc est quincunx, in quo scripula CXX; pars dimidia pedes $\overline{\text{XIIII}}$ CCCC, hoc est semis, in quo scripula CXLIIII; pars dimidia et duodecima pedes $\overline{\text{XVI}}$ DCCC, hoc est septunx, in quo scripula CLXVIII; partes duae tertiae pedes $\overline{\text{XVIIII}}$ CC, hoc est bes, in quo scripula CXCII; partes tres quartae pedes $\overline{\text{XXI}}$ DC, hoc est dodrans, in quo scripula CCXVI; *12* pars dimidia et tertia pedes $\overline{\text{XXIIII}}$, hoc est dextans, in quo scripula CCXL; partes duae tertiae et quarta pedes $\overline{\text{XXVI}}$ CCCC, hoc est deunx, in quo scripula CCLXIIII; iugerum pedes $\overline{\text{XXVIII}}$ DCCC, hoc est as, in quo scripula CCLXXXVIII.

*13* Iugeri autem modus si semper quadraret in agendis mensuris, ut longitudinem haberet pedum CCXL, latitudinem pedum CXX, expeditissimum esset ratiocinium; sed quoniam diuersae formae agrorum ueniunt in disputationem, cuiusque generis species subiciemus, quibus quasi formulis utemur.

---

**S**$^1$**A** – 55 posuimus **γbpç** possumus **SAhjσ** possimus **m** – 57 mercede penditur **SA** – 59 ut ... id *om.* **A** – 61 XLIIII **AR** – 62 pars septuagensima et secunda *hoc loco* **ütb**$^2$ *ante* pars CXLIIII *trp.* **SAR** – 63 sextulam **S** – XLIIII **A** XVIII **jfρçø** – 64 quo **SAjmç** qua **hbσ** – 65 *post* qua *add.* sunt **R** – 67 *post* in quo *add.* sunt **hλσ** – pedes *om.* **SAh**$^1$**λfyçø** – 68 *post* in quo *add.* sunt **λ** – 70 quincunx **h**$^3$**pç** quincuncxs **S** quincunces **Aj** quincuns **h**$^2$**λfńyø** quinquunx **r** *ras.* **h**$^1$ – CX **S** – 72 septunae **Ay**$^1$ septim **j** septumae **f** septiunx **ø** – CLXVIII **j** CLXIIX **SAhλσ** CLXIX **ø** – partes duae tertiae *om.* **S**$^1$ – 73 $\overline{\text{XVIII}}$ CC **j** – 75 dextans *Ald.* destas **SA** destans **R** – 76 CCXLV **A** CCXLII **h**$^2$**λçø** CCXLI **f** – pars **S**$^1$ – duae tertiae et quarta **hλσ** tertiae et secunda et quarta **SA** tertiae duae et quarta **j** – deunxs **S** deunaes **A** deunes **j** – 79 iugeris **R** – modum **SA** – 80 pedum (*ante* CCXL) **ü**$^2$**t** pedes **SAR** – CCXL **hüp** CCXLVIII **S** CXLVIII **A** CXL **j**$^2$**m**$^2$**bσ** CLXL **m**$^1$ CLL **j**$^1$**ç**$^1$ – pedum (*ante* CXX) **t** pedes **SAR** *uide diss. pp. 163 sq.* – 81 *post* esset *add.* eius **R** – 82 diisputationem **A**$^1$

**2** *1* Omnis ager aut quadratus aut longus aut cuneatus aut triquetrus aut rotundus, aut etiam semicirculi uel arcus, nonnunquam etiam plurium angulorum formam exhibet.

Quadrati mensura facillima est; nam cum sit undique pedum totidem, multiplicantur in se duo latera, et quae summa ex multiplicatione effecta est, eam dicemus esse quadratorum pedum, tamquam: esto locus quoquouersus centum pedum; ducimus centies centenos; fiunt $\overline{\text{X}}$; *2* dicemus igitur eum locum habere $\overline{\text{X}}$ pedum quadratorum, quae efficiunt iugeri trientem et sextulam, pro qua portione operis effecti numerationem facere oportebit.




*3* At si longior fuerit quam latior, ut exempli causa iugeri forma pedes habet longitudinis CCXL, latitudinis pedes CXX, ita, ut paulo ante dixi, latitudinis pedes cum longitudinis pedibus sic multiplicabis: centies uicies duceni quadrageni; fiunt $\overline{\text{XXVIII}}$ DCCC; dicemus iugerum agri tot pedes quadratos habere, similiterque omnis longitudinis pedes cum pedibus latitudinis multiplicabimus.




---

**2:** 1–10 *Heron geom. 5; Heron metr. 1,1; Grom. 354; Boeth. geom. 415* – 11–16 *Heron geom. 6; Heron metr. 1,1; Grom. 354; Boeth. geom. 416* – 17–22 *Boeth. geom. 418* – 23–29 *Heron geom. 10; Heron metr. 1,17; Grom. 354; Boeth. geom. 404* – 30–35 *Heron geom. 7; Heron metr. 1,3; Grom. 297 sq.; Boeth. geom. 413* – 36–42 *Heron geom. 17; Heron metr. 1,25; Grom. 355; Boeth. geom. 423* – 43–48 *Heron geom. 18,9; Heron metr. 1,30; Grom. 355; Boeth. geom. 424* – 49–57 *Heron geom. 19; Heron metr. 1,27–32; Grom. 356* – 58–64 *Heron geom. 21,16–17; Heron metr. 1,19; Grom. 356; Boeth. geom. 420*

---

**2:** 2 rutundus **S**$^1$**A**$^1$**hjfy** rutondus **ø** – 3 forma **SAhfø** – exiget **SA** – 7 est **SA** – 10 etfecti **SA** – *formam pr.* **SAhjç** – 11 ad **S**$^1$**A**$^1$ – 12 pedes (*post* latitudinis) *Ald.* pedum **SAR** *uide diss. pp. 163 sq.* – 13 multiplicabimus **hλσ** – 14 uities **S** – XXVIIII **A** – 16 *formam pr.* **Sh** *numeros tantum pr.* **AR** – LXXVIII **A** – 17 logus

*4* Sin autem cuneatus ager fuerit, ut puta longus pedes centum, latus ex una parte pedes XX, ex altera pedes decem, duas latitudines conponemus: fiet utraque summa pedes XXX; huius pars dimidia est XV; decies et quinquies longitudinem multiplicando efficiemus pedes MD; hos igitur in eo cuneo quadratos pedes esse dicemus, quae pars erit iugeri semuncia et scripula tria.




*5* At si paribus lateribus triquetrum metiri debueris, hanc formam sequeris: esto ager triangulus pedes quoquouersus CCC; hunc numerum in se multiplicato; fiunt pedes $\overline{\text{XC}}$; huius summae partem tertiam sumito, id est $\overline{\text{XXX}}$; item sumito partem decumam, id est $\overline{\text{VIIII}}$; utramque summam componito; fiunt pedes $\overline{\text{XXXVIIII}}$; dicemus hanc summam quadratorum esse in eo triquetro, quae mensura efficit iugerum et trientem et sicilicum.




*6* Sed si triangulus disparibus fuerit lateribus ager, tamquam in subiecta forma, quae habet rectum angulum, aliter ratiocinium ordinabitur: esto unius lateris linea pedes L et alterius pedes centum; has duas summas in se multiplico; quinquagies centeni quinque milia; horum pars dimidia $\overline{\text{II}}$ D; quae pars iugeri unciam et scripulum efficit.




---

**S** – 18 ex (*ante* altera) **S** et (et ex ρ) **AR** – 20 xv **p** decus quinquies **SA** decies et quinque **j** *om.* **hλσ** – 22 *formam pr.* **SAhç** – 23 ad **S**[1]**A**[1] – paribus **R** tribus **SA** – 24 est **SA** – 27 sumam **S** – 28 triqueto **Sj** – 29 et (*ante* sicilicum) *om.* **SA** – *formam pr.* **SAhç** – 32 pedes (*ante* centum) *scripsi* pedis **m** pedum **SAR** *uide diss. pp. 163 sq.* – 35 *formam pr.* **SAh** – 36 podismum inito **jmfryø** podis minito

*7* Si rotundus ager erit, ut circuli speciem habeat, sic podismum inito: esto area rotunda, cuius diametros, id est dimensio, habeat pedes LXX; hoc in se multiplico; septuagies septuageni $\overline{\text{IIII}}$ DCCCC; hanc summam undecies multiplico; fiunt pedes quinquaginta tria milia nongenti; huius summae quartam decimam duco, pedes $\overline{\text{III}}$ DCCCL; hos esse quadratos in eo circulo dico, quae summa efficit iugeri sescunciam, scripula duo et dimidium.




*8* Si semicirculus fuerit ager, cuius basis habeat pedes CXL, curuaturae autem latitudo pedes LXX, oportebit multiplicare latitudinem cum basi; septuagies centeni quadrageni fiunt $\overline{\text{VIIII}}$ DCCC; haec undecies fiunt $\overline{\text{CVII}}$ DCCC; huius summae quarta decima est $\overline{\text{VII}}$ DCC; hos pedes esse dicemus in semicirculo, qui efficiunt iugeri quadrantem, scripula quinque.




*9* Sin autem minus quam semicirculus erit, arcum sic metiemur: esto arcus, cuius basis habeat pedes XVI, latitudo autem pedes IIII; latitudinem cum basi pono; fit utrumque pedes uiginti; hoc duco quater; fiunt LXXX; horum pars dimidia est XL; item sedecim pedum, qui sunt basis, pars dimidia VIII; hi octo in se multiplicati fiunt LXIIII; quartam decimam partem duco; ea efficiet pedes IIIIS paulo

---

**SA** pedis (pedismum **h**[1]) muminito **h** podismum mite **b** podis miminito **ńç** – 37 esto *om.* **S** – dimidiammetros **S**[1] dimidiametros **S**[2]**A** – 38 hos **S**[1] – septuages **SA** – 40 nungenti **S**[1] – duco **SA** sumo duco **hλfçø** summo **j** summo duco **ρ** sumo **y** – 41 hoc **SAhλσ** – 42 sescunciam *scripsi* sesunciam **S** sexunciam (sexcun- **yç**) **AR** – scripulam **A** – *formam pr.* **SAh** – 43 semicirculum **SA** – ager *om.* **S** – 44 latitudo **hλσ** latitudinem **SAj** – 45 septuagena (-ginta **m**[1]**ρ**) **AR** – centena **Ahj** – 48 *formam pr.* **SAh** – 49 sin **S**[2]**hλσ** sint **S**[1]**A** si **jń** – 50 uasis **S**[1]**A**[1] – 53 rasis **A** – hi … LXIIII *om.* **Aj** – 54 duco *Ald.* dico **SAR** – ea **λfçø** eam **SAhjy**

amplius; hos adicies ad quadraginta; fit utraque summa pedes XLIIIIS; hos in arcu quadratos esse dico, qui faciunt iugeri dimidium scripulum nona parte minus.




*10* Si fuerit sexangulorum, in quadratos pedes sic redigitur: esto exagonum quoquouersus lineis pedum XXX; latus unum in se multiplico; tricies triceni DCCCC; huius summae tertiam partem statuo, CCC, eiusdem partem decimam, XC; fiunt CCCXC; hoc sexies ducendum est, quia sex latera sunt, quae consummata efficiunt MMCCCXL; tot igitur pedes quadratos esse dicemus; itaque erit iugeri uncia dimidio scripulo et decima parte scripuli minus.




**3** *1* His igitur uelut primordiis talis ratiocinii praeceptis non difficiliter mensuras inibimus agrorum, quorum nunc omnis persequi species et longum et arduum est. duas etiam nunc formulas praepositis adiciam, quibus frequenter utuntur agricolae in disponendis seminibus: esto ager longus pedes MCC, latus pedes CXX; in eo uites disponendae sunt ita, ut quini pedes inter ordines relinquantur; quaero, quot seminibus opus sit, quoniam quinum pedum

*om.* **ρ** – IIIIS **S** IIII **AR** – 55 quadrages **SA** – utrumque **SAj** – 56 XLIIIIS **S** XLIIII **AR** – quadratos **wåzät** quadratus **SA** quadrato **R** – 57 nona **SA** quinta et uigesima **R** – *formam pr.* **SAh** – XLIIIIS **S** XLIIII **Ah** – 58 exangulorum **S** – redigetur **hλfρyç** – 59 pedum **ü** pedes **SAR** *uide diss. pp. 163 sq.* – 60 trigies **S²** – trigeni **S²ρ** triginta **hfyø** XXX **jç** – 62 quia **S** qui **A** quoniam **R** – 63 itaque erit **A²R** inquerit **SA¹** – 64 *formam pr.* **SAh**

**3:** 1 *ante* his *uerba* Inter quot pedes uinea ponenda est **SA¹** *eadem uerba ut rubr. pr.* **bfy** – uelud **A** – 4 indiciam **SA¹** – disponendis **t** dispositis **SAhjbρ** dispendendis **mfyçø** – 6 eos **S** – 7 quaero *om.* **S** – quod **SAhm** – pedem **S** –

spatia inter semina desiderantur. *2* duco quintam partem longitudinis, fiunt ccxl, et quintam partem latitudinis, hoc est xxiiii; his utrisque summis semper singulos asses adicito, qui efficiunt extremos ordines, quos uocant angulares; fit ergo altera summa ducentorum quadraginta unius, altera uiginti quinque; has summas sic multiplicato: quinquies et uicies duceni quadrageni singuli; fiunt $\overline{\text{vi}}$ xxv; totidem dices opus esse seminibus.




*3* Similiter inter senos pedes si uoles ponere, duces sextam partem longitudinis, $\overline{\text{I}}$ cc, fiunt cc, et sextam latitudinis, cxx, id est uiginti; his summis singulos asses adicies, quos dixi angulares esse; fiunt cci et xxi; has summas inter se multiplicabis: uicies et semel ducentos et unum; atque ita efficies mmmmccxxi; totidem seminibus opus esse dices.




*4* Similiter, si inter septenos pedes ponere uoles, septimam partem longitudinis et latitudinis duces, et adicies asses angulares; eodem modo eodemque ordine consummabis numerum seminum. denique quotcumque pedum spatia facienda censueris, totam partem longitudinis et latitudinis duces et praedictos asses adicies.

*5* Haec cum ita sint, sequitur, ut iugerum agri, quod habet pedes ccxl longitudinis et latitudinis pedes cxx, recipiat inter pedes ternos — hoc enim spatium minimum esse placet uitibus ponendis

10 summis semper **SA**[1] semissem per **A**[2]**bρç** summis **j** summis per **hmfyø** – 13 quadrageni *om.* **S** – 14 *formam pr.* **SAh** – vixcv **A** – 15 inter *om.* **SA** – sextam partem *om.* **S** – 16 *post* sextam *add.* partem **hλσ** – *post* latitudinis *add.* sextam partem **S** – 19 mmmmccxi **SA** – 20 *formam pr.* **SAh** – mmmmccxxii **S** mmmmccxvi **A** – 21 in **A** – 22 anguleres **A**[1] – 23 eodem modo *om.* **SA** – ordines **SA** – consumabis **jλρyçø** – 24 quodcumque **SAρ** – facienda *bis* **A**[1] –

— per longitudinem semina LXXXI, per latitudinem inter quinos pedes semina XXV, qui numeri inter se multiplicati fiunt seminum MMXXV. *6* uel si [XXV] quoquouersus inter quaternos pedes uinea erit disposita, longitudinis ordo habebit semina LXI, latitudinis XXXI, qui numeri efficiunt in iugero uites MDCCCXCI. uel si in longitudinem per quaternos pedes, in latitudinem per quinos pedes fuerit disposita, ordo longitudinis habebit semina LXI, latitudinis XXV, ⟨qui numeri inter se multiplicati efficiunt MDXXV⟩. *7* quod si inter quinos pedes consitio fuerit, per longitudinem ordinis habebit semina XLVIIII, sed rursus per latitudinem semina XXV, qui numeri duo inter se multiplicati efficiunt MCCXXV. at si per senos pedes eundem uitibus locum placuerit ordinare, nihil dubium est, qui[i]n longitudini dandae sint XLI uites, latitudini autem uiginti una, quae inter se multiplicata efficiunt numerum DCCCLXI. *8* sin autem inter septenos pedes uinea fuerit constituenda, ordo per longitudinem recipiet capita XXXV, per latitudinem XVIII, qui numeri inter se multiplicati efficiunt DCXXX; totidem dicemus semina praeparanda. at si inter octonos pedes uinea conseretur, ordo per longitudinem recipiet semina XXXI, per latitudinem autem XVI, qui numeri inter se multiplicati efficiunt CCCCXCVI. at si inter nouenos pedes, ordo in longitudinem recipie[n]t semina XXVII et in latitudinem XIIII, qui numeri inter se multiplicati faciunt CCCLXXVIII. *9* uel inter denos pedes, ordo longitudinis recipiet semina uiginti quinque, latitudinis XIII; hi numeri multiplicati faciunt CCCXXV. et ne in infinitum procedat disputatio nostra, eadem portione, utcumque placueri⟨n⟩t laxiora spatia, semina faciemus.

Ac de mensuris agrorum numerisque seminum dixisse abunde sit. nunc ad ordinem redeo.

---

censeris **S** – 26 uti **hργçø** – 27 CCXL ... pedes *om.* **SA** – 28 inimum **A** – 31 uel si **R** uersi **SA** – XXV **SAR** *om.* **u¹γ** – 32 LXL **A** – 33 gero **SA¹** – *ante* MDCCCXCI *add.* mille **SA** – 35 *ante* LXI *ras.* **S** – XXII **jλσ** – qui ... MDXXV *addidi* qui numeri efficiunt capita 1525 **p** *om.* **SAR** – 36 si *om.* **SAj** – 38 sed **Ahj** set **S** et **λσ** – 39 efficiunt **R** et fiunt **S¹A** effiunt **S²** – CMCCXXV **SA** – ad **S¹A¹** – 40 quin¦ ç qui in **SAR** – 41 longitudine **R** – 46 ad **S¹A¹** ac **hλø** – 47 XXI **A** – 48 etficint **S¹** etficiunt **S²** – ad **S¹A¹** – 49 recipiet **wåzäcqγ lpńç** recipient **SAhjλfryø** – XXVIII **λfργ** – 52 in *om.* **SAhr** – 53 nostra eadem **R** nostreadem **SA** – placuerint *Ald.* placuerit **SAR**

## 4 De uineis prouincialibus

*1* Vinearum prouincialium plura genera esse comperi, sed ex his, quas ipse cognoui, maxime probantur uelut arbusculae breui crure sine adminiculo per se stantes, deinde quae pedaminibus adnixae singulis iugis inponuntur — eas rustici cantheriatas appellant —, mox quae defixis harundinibus circumuinctae per statumina calamorum materiis ligatis in orbiculos gyrosque flectentur — eas nonnulli characatas uocant —. *2* ultima est conditio stratarum uitium; quae ab enata stirpe confestim uelut proiecta per humum porrigitur.

Omnium autem sationis fere eadem est conditio: nam uel scrobe uel sulco semina deponuntur, quoniam pastinationis expertes sunt exterarum gentium agricolae, quae tamen ipsa paene superuacua est his locis, quibus solum putre et per se resolutum est:

namque hoc imitamur arando,

ut ait Vergilius, id est etiam pastinando. *3* itaque Campania, cum uicinum ex nobis capere potest exemplum, non utitur hac molitione terrae, quia facilitas eius soli minorem operam desiderat. sicubi autem densior ager prouincialem rusticum maiorem poscit inpensam, quod nos pastinando efficimus, ille sulco facto consequitur, ut laxius subacto solo deponat semina.

**5** *1* Sed ut singula earum, quae proposui, uinearum genera persequar, praedictum ordinem repetam.

Vitis, quae sine adminiculo suis uiribus consistit, solutiore terra[e] scrobe, densiore sulco ponenda est, sed scrobes et sulci plurimum

---

4: *Colum. arb. 4* – 2–9 *Plin. nat. 17,164–165* – 3–4 *Plin. nat. 14,13* – 14 *Verg. georg. 2,204*

5: *Pallad. 3,11* – 3–13 *Plin. nat. 17,80* – 23–26 *Colum. arb. 4,5; Pallad. 3,10,3* – 37–39 *Plin. nat. 17,140* – 46 *Verg. georg. 1,53* – 47–54 *Plin. nat. 17,184* – 55–66 *Pallad. 3,14* – 62–64 *Plin. nat. 17,173* – 84–87 *Plin. nat. 17,176* – 87–90 *Plin. nat. 17,173* – 90–92 *Pallad. 10,18* – 96–101 *Pallad. 9,3* – 102–105 *Pallad. 3,11, 3,14* – 117–119 *Pallad. 3,11* – 126–129 *Plin. nat. 17,186; Pallad. 3,14*

---

**4:** 1 *pr.* **SAhbfy** – 2 compori **S**$^1$ – 3 incognoui **SA**$^1$ – uelud **A** – breui **jmyçø** leui **SAhbfρ** – crucre **A**$^1$ – 5 iugis *om.* **A**$^1$ – 6 difixis **A** – statuimia **S**$^1$ – 8 characatas **jλfç** charaeatas **SA** charecatas **h** chareacatas **ρ** chareaeatas **y** charastatas **ø** – straitarum **SA** stratorum **b** strattarum **f** stiatarum **r** – 9 uelud **A** – 10 sationum **jλσ** – 12 centium **S** – ipse **SA** – 13 solem **S**$^1$**A** – putrem **SA** – 15 id est **SA** idem **R** – 17 qui **SA** – 20 semina sed **S**$^2$**R** seminas et **S**$^1$**A**

**5:** 3 terra **γp** terrae **SAR** – 4 desiore **A** – sed **hλσ** sed et **j** *om.* **SA** – 5 tempe-

prosunt, si in locis temperatis, in quibus aestas non est perferuida, ante annum fiant, quam uinea conseratur. soli tamen ante bonitas exploranda est: nam si ieiuno atque exili agro semina deponentur, sub ipsum tempus sationis scrobis aut sulcus faciendus est. *2* scrobis in longitudinem altitudinemque defossus tripedaneus abunde est, latitudine tamen bipedanea. uel si quaterna pedum spatia inter ordines relicturi sumus, commodius habetur eandem quoquouersus dare mensuram scrobibus, non amplius tamen quam in tres pedes altitudinis depressis. ceterum quattuor angulis semina adplicabuntur, subiecta minuta terra, et ita scrobes adobruentur.

*3* Sed de spatiis ordinum eatenus praecipiendum habemus, ut intellegant agricolae, siue aratro uineas culturi sint, laxiora interordinia relinquenda, siue bidentibus, angustiora, sed neque spatiosiora quam decem pedum neque contractiora quam quattuor. multi tamen ordines ita disponunt, ut per rectam lineam binos pedes aut, ut plurimum, ternos inter semina relinquant, transuersa rursus laxiora spatia faciant, per quae uel fossor uel arator incedat.

*4* Sationis autem cura non alia debet esse, quam quae tradita est a me tertio uolumine; unum tamen huic consitioni Mago Carthaginiensis adicit, ut semina ita deponantur, ne protinus totus scrobis terra compleatur sed dimidia fere pars eius sequente biennio paulatim adaequetur; sic enim putat uitem cogi deorsum agere radices. hoc ego siccis locis fieri utiliter non negauerim, sed ubi aut uliginosa regio est aut caeli status imbrifer, minime faciendum censeo; nam consistens in semiplenis scrobibus nimius umor, antequam conualescant, semina necat. *5* quare utilius existimo repleri quidem scrobes, stirpe deposita, sed, cum semina comprehenderint, statim post aequinoctium autumni debere diligenter atque alte ablaqueari et, recisis radiculis, si quas in summo solo citauerint, post paucos

---

ratis **R** terrae ratio **S** prae ratio **A** – perfruida **A**[1] – 6 ante ... conseratur *om.* **SA** – 7 *post* est *add.* si ante annum fiant **SA** – *post* deponentur *add.* quam uinea conseratur **SA** – 8 sub ... faciendus est *om.* **SA** – *post* faciendus est *add.* si ante annum fiant quam uinea conseratur **R** *uide diss. pp. 164 sq.* – scrobibus **R** – 9 defossis tripedaneis **R** – 10 latitudinem **A** – quaternum **R** – 11 habemus **hλσ** habeamus **j** – 15 si **A**[1] – 17 uidentibus **A** – 19 quinos **A** – 20 ut *om.* **SA** – relinquat **SA** – 21 faciant **R** fiat **SA** – amator **SA** – incedat **p** incidat **S** incidit **A** incedit **R** – 23 Chartaginiensis **A** – 24 adigit **S** – 25 *post* dimidia *add.* quoque **R** – pars fere **hσ** – uiennio **S**[1] – 28 inbrifer **S** – 29 semipleni **SA** – nimius **R** seminis **SA** – conualescat **SA** – 30 seminum **A** – quarum etilius **S** quaru etilius **A**[1] – 31 scrobe **SA**[1] – sed **SA** et **R** – comprehenderint statim **R** tim **SA** – 32 autumnale **R** – 33 cisis **A**[1] – radicibus **jρ** radicibus radiculis **h**[1] – 34 obrui **SA**

dies adobrui. sic enim utrumque incommodum uitabitur, ut nec radices in superiorem partem euocentur neque inmodicis pluuiis parum ualida uexentur semina. *6* ubi uero iam corroborauerint, nihil dubium est, quin caelestibus aquis plurimum iuuentur. itaque locis, quibus clementia hiemis permittit, adapertas uites relinquere et tota hieme ablaqueatas habere eas conueniet.

De qualitate autem seminum inter auctores non conuenit: alii malleolo protinus conseri uineam melius existimant, alii uiuiradice, de qua re quid sentiam, iam superioribus professus sum. *7* et nunc tamen hoc adicio: esse quosdam agros, quibus non tam bene translata semina quam immota respondeant, sed istud rarissime accidere; notandum item diligenter explorandum esse

quid quaeque ferat regio, quid quaeque recuset.

depositam ergo stirpem, id est malleolum uel uiuiradicem, formare sic conuenit, ut uitis sine pedamine consistat. hoc autem protinus effici non potest: *8* nam nisi adminiculum tenerae atque infirmae contribueris, prorepens pampinus terrae se adplicabit. itaque posito semini harundo adnectitur, quae uelut infantiam eius tueatur atque educet producatque in tantam staturam, quantam permittit agricola. ea porro non debet esse sublimis: nam usque in sesquipedem coercenda est.

*9* Cum deinde robur accipit et iam sine adiumento consistere ualet, aut capitis aut brachiorum incrementis adolescit. nam duae species huius quoque culturae sunt: alii capitatas uineas, alii brachiatas magis probant. quibus cordi est in brachia uitem conponere, conuenit summa parte, qua decisa nouella uitis est, quicquid iuxta cicatricem citauerit, conseruari et in quattuor brachia pedalis mensurae diuidere, ita ut omnem partem caeli singula aspiciant. *10* sed haec brachia non statim primo anno tam procera summittuntur, ne oneretur exilitas uitis, sed conpluribus putationibus in

---

– 35 adicies **S$^1$A** – 36 *post* uexentur *add.* nihil *et u. sp.* **A$^1$** – corroborauerint **R** conprobauerunt **SA** – 37 nihil *om.* **SA** – iubentur **A$^1$** – 39 *post* hieme *add.* permittit ... hieme *iterum* **S** – 40 alia **S$^1$A** – 41 malleoli **SA** – uiuiradice de **S$^2$A$^2$ń$^2$ç** uiuiradicendae **S$^1$A$^1$** uiuiradices de **R** – 43 *ante* quibus *add.* in **R** – tam *om.* **SA** – 44 respondeat **S** – istut **S$^1$** – 45 item **S** itae **A** itaque et **R** – *post* esse *add.* uersibus aliter **SA** – 46 *ante* quid *add.* et **R** *Verg.* – quit **A** – ferat ... quaeque *om.* **S$^1$** – *post* regio *add.* et **R** *Verg.* – quit **A** – recuseret **S$^1$A** – 47 uiridem **SA** – 48 uitis *om.* **A$^1$** – 49 *post* tenerae *add.* uiti **hλσ** – infirmum **SA** – 50 sed **A** – adplicauit **SA** – 51 harundi **SA** – uelud **A** – 53 sesquipedem **xtb** sexquipedem **SAR** – 56 ualens **R** – 59 *post* conuenit *add.* ut a **R** – quitquit **S$^1$A** – 60 citauerit **h$^2$mσ** curauerit **SAh$^1$jbr$^1$** – brachia *om.* **A$^1$** – 61 cesi **SA** – singuli **SA** – 65

praedictam mensuram educuntur; deinde ex brachiis quasi quaedam cornua prominentia relinqui oportet atque ita totam uitem omni parte in orbem diffundi.

*11* Putationis autem ratio eadem est, quae in iugatis uiti⟨bu⟩s. uno tantum differ[e]t, quod pro materiis longioribus pollices quaternum aut quinum gemmarum relinquuntur. pro custodibus autem bigemmes resices fiunt. in ea deinde uinea, quam capitatam diximus, iuxta ipsam matrem usque ad corpus sarmentum detrahitur, una aut altera tantummodo gemma relicta, quae ipsi trunco adhaeret. *12* hoc aut riguis aut pinguissimis locis fieri tuto potest, quoniam uires terrae et fructum et materias ualent praebere. maxime autem aratris excolunt, qui sic formatas uineas habent, eamque rationem sequuntur detrahendi uitibus brachia, quod ipsa capita sine ulla extantia neque aratro neque bubus obnoxia sunt. nam in brachiatis plerumque fit, ut aut crure aut cornibus boum ramuli uitium defringantur, saepe etiam stiua, dum sedulus arator uomere perstringere ordinem et quam proximam partem uitium excolere studet. *13* atque haec quidem cultura uel brachiatis uel capitatis uitibus, antequam progemment, adhibetur.

Cum deinde germinauerunt, fossor insequitur ac bidentibus eas partes subigit, quas bubulcus non putauit pertingere. mox, ubi materias uitis exigit, insequitur pampinator et superuacuos deterget, fructuosos palmites summittit, qui cum induruerunt, uelut in coronam religantur. hoc duabus ex causis fit: una, ne libero excursu in luxuriam prorepant omniaque alimenta pampini absumant, altera, ut religata uitis rursus aditum bubulco fossorique in excolendam se praebeat. *14* pampinandi autem modus is erit, ut opacis locis umidisque et frigidis aestate uitis nudetur foliaque palmitibus detrahantur, ut maturitatem fructus capere possit et ne

---

omni partem **S**$^1$**A** omnem partem **S**$^2$ – 67 eadem **R** nam eodem **SA** – uitibus **γp** uitis **SAR** – 68 differt **ewåozäγlpr** differet **SAhjbfyç** differri **m** differunt **ń** differret **ø** – 70 resices fiunt **Sh**$^2$ resic (resec **h**$^1$) efficiunt **Ah**$^1$**j** reseces (resecae **λf** reseres **ρ**) fiunt **λfρyç** *om. u. sp. r.* **ø** – 71 sarmentum **R** in mentem **SA** – 73 haec **R** – autem *om.* **S**$^1$ – 75 excolunt **R** excolis **S**$^1$ (*?, ras.*) **A** excoli **S**$^2$ – sit **A** – habens **A** – eam **R** – 76 secuntur **SA** – capite **SA** – 77 bubo noxia **S** – 79 etiam **S**$^2$**AR** et eam **S**$^1$ – sedibus **λρø** sedcilus **j** – 81 braciatis **A** – capitatatis **A** – 82 uitibus *om.* **SA** – progemment **S** progerment **A** gemmet **hjλfρ** gemment **yø** germinet **ç** – adibetur **S**$^1$ – 83 germinauerint **h**$^1$**jλr** germinauerit **h**$^2$**fńyçø** – uidentibus **S**$^1$**A** – 84 potuit **jfr**$^2$**yçø** – 86 fructoosos **S**$^1$ – palmite **S** – induerunt **A**$^1$ – uelud **A** – 87 duobus **A**$^1$ – causit **A**$^1$ – 88 luxuriam **SA**$^2$**R** iuriam **A**$^1$ – 89 fossurisque **S**$^1$ fossorisque **S**$^2$**A** – 90 his **A**$^1$ – 92 detrahuntur **SA** – 94

situ putrescat, locis autem siccis calidisque et apricis e contrario palmitibus uuae contegantur et, si parum pampinosa uitis est, aduectis frondibus et interdum stramentis fructus muniatur. *15* Marcus quidem Columella, patruus meus, uir inlustribus disciplinis eruditus ac diligentissimus agricola Baeticae prouinciae, sub ortu Caniculae palmeis tegetibus uineas adumbrabat, quoniam plerumque dicti sideris tempore quaedam partes eius regionis sic infestantur Euro, quem incolae Vulturnum appellant, ut, nisi teguminibus uites opacentur, uelut halitu flammeo fructus uratur.

Atque haec capitatae brachiataeque uitis cultura est. nam illa, quae uni iugo superponitur aut quae materiis summissis harundinum statuminibus per orbem conectitur, fere eandem curam exigit quam iugata. *16* nonnullos tamen in uineis characatis animaduerti, et maxime heluennaci generis, prolixos palmites quasi propagines summo solo adobruere, dein rursus ad harundines erigere et in fructum summittere. quos nostri agricolae mergos, Galli candosoccos uocant eosque adobruunt simplici ex causa, quod existimant plus alimenti terram praebere fructuariis flagellis. itaque post uindemiam uelut inutilia sarmenta decidunt et a stirpe summouent; nos autem praecipimus easdem uirgas, cum a matre fuerint praecisae, sicubi demortuis uitibus ordines uacent aut si nouellam quis uineam instituere uelit, pro uiuiradice ponere, quoniam quidem partes sarmentorum, quae fuerant obrutae, satis multas habent radices, quae depositae scrobibus confestim conprehendant.

*17* Superest reliqua illa cultura prostratae uineae, quae nisi uiolentissimo caeli statu suscipi non debet; nam et difficilem laborem colonis exhibet, nec umquam generosi saporis uinum praebet. atque ubi regionis conditio solam eam culturam recipit, bipedaneis scrobibus malleolus deponitur, qui cum egerminauit, ad unam materiam reuocatur eaque primo anno compescitur in duas gemmas; sequente deinde, cum palmites profundit, unus summittitur, ceteri

---

pampinos **A**$^1$ – 95 aduects **A**$^1$ – 100 tecuminibus **S**$^1$**A**$^1$ – 101 uelud **A** – habitu **jρø** – 103 uno **hjbρø** in uno **f** – materies **SA** – 104 istatuminibus **S**$^1$**A** – connectitur **R** – 105 nonnullus **S**$^1$ – in *om.* **Aj** – 106 heluen(n)aci (-ati **p**) **tp** etluenaci **SA** eluennaci **hjmfyç** elunnati **b** euoluen(n)aci **ρ** eluennanti **ø** – prolixus **S**$^1$ – 107 deinde **AR** – ad *om.* **SA** – eringere **S**$^1$ – 108 summittere *om.* **A**$^1$ – *post* quos *add.* se **SAj** – andooccos **SA** andosoccos **j** – 109 adobrunt **A** – existiment (-met **h**) **hbσ** existimem **j** existimenti **m** – plus **R** eius **SA** – 110 terri **SA** – 112 a *om.* **SAj** – 114 partese **SA** – sarmentarum **S**$^1$ – 118 siolentissimo **SA** – 119 nec umquam **S**$^2$**R** mecum quam **S**$^1$ mecum quasi **A** – 120 condicio **A** – recepit **SA** – 122 compescitur **jλfçø** conspicitur **SAhr**$^1$**y** conpascitur **ρ** – 123 *post* unus *add.*

decutiuntur. at ille, qui summissus est, cum fructum edidit, in eam longitudinem deputatur, uti iacens non excedat interordinii spatium.

*18* Nec magna est putationis differentia cubantis et ad statumen ⟨e⟩rectae uineae, nisi quod iacenti uiti breuiores materiae summitti debent, resices quoque angustius in modum furunculorum relinqui. sed post putationem, quam utique autumno in eiusmodi uinea fieri oportet, uitis tota deflectitur in alterum interordinium atque ita pars ea, quae fuerat occupata, uel foditur uel aratur, et, cum exculta est, eandem uitem recipit, ut altera quoque pars excoli possit. *19* de pampinatione talis uineae parum inter auctores conuenit: alii negant esse nudandam uitem, quo melius contra iniuriam uentorum ferarumque fructum abscondant; aliis placet parcius pampinare, ut et uitis non in totum superuacuis frondibus oneretur et tamen fructum uestire aut protegere possit, quae ratio mihi quoque commodior uidetur.

## 6 De ulmariis faciendis

*1* Sed iam de uineis satis diximus; nunc de arboribus praecipiendum est.

---

6: *Colum. arb. 16; Gp. 4,1* – 10–15 *Thphr. HP 3,14,1; Plin. nat. 16,72* – 21–23 *Cato agr. 5,8* – 23–30 *Plin. nat. 17,200; Pallad. 3,10,4* – 34–41 *Plin. nat. 17,76* – 53–55 *Plin. nat. 17,75* – 59–61 *Plin. nat. 17,77* – 66–68 *Plin. nat. 17,77, 17,203* – 68–71 *Pallad. 3,13,3* – 71–73 *Plin. nat. 17,202; Pallad. 3,10,5* – 93–94 *Cato agr. 28,2; Plin. nat. 17,87* – 102–109 *Pallad. 3,13,2* – 102–106 *Plin. nat. 17,201* – 118–122 *Plin. nat. 17,252* – 125–127 *Plin. nat. 17,205* – 127–130 *Pallad. 3,10,5* – 130–134 *Pallad. 3,10,3* – 130–131 *Verg. georg. 2,261–262* – 133–134 *Plin. nat. 17,85* – 135–140 *Verg. georg. 2,269–272; Colum. arb. 17,4; Plin. nat. 17,83* – 142–146 *Cato agr. 28,2* – 147–149 *Pallad. 3,10,5* – 152–155 *Plin. nat. 17,207* – 159–172 *Pallad. 3,13,1* – 161–163 *Plin. nat. 17,208* – 166–172 *Plin. nat. 17,199* – 171–172 *Pallad. 3,13,1* – 178–181 *Plin. nat. 17,208; Pallad. 3,13,2* – 186–188 *Plin. nat. 17,209–210; Pallad. 3,13,2* – 191–196 *Plin. nat. 17,180* – 193–196 *Pallad. 3,13,3* – 197–203 *Plin. nat. 17,181* – 204–205 *Plin. nat. 17,211* – 206–209 *Plin. nat. 17,204* – 219–225 *Cato agr. 32* – 234–235 *Pallad. 3,13,3* – 241–247 *Pallad. 3,13,3*

---

cum **SA** – 124 decutiunt **S** decutienda **A** – at **R** que **SA** – illa **A** – 125 uti **S** uiti **Ahλσ** ut **j** – excedi **S** excedit **A** – interordini **A** interordinis **R** – 126 curantis **SAλfyø** – ad *om.* **SA** – statumen erectae *scripsi* statumen rectae **SAhλσ** statum erectae **j** – 128 resices *scripsi* resicis **SA** recis **h** reseces **jλϱyç** recisis **f** res **ø** – angustiis **Sh** – 129 relinqui **jfçø** relictis **SAhϱ** relinqui relictis **λ** relinque **y** – sed **R** et **SA** – 130 *ante* uitis *add.* ut **hλσ** – deflectitur **tp** deplectitur **SA** deflectatur **R** – 131 pars ea **R** per sea **S**$^{1}$**A** per se **S**$^{2}$ – 132 excuncta **SA**$^{1}$ exculcta **A**$^{2}$ – 134 ali **SA**$^{1}$ – negant esse **hλσ** negentes se **S** negentes esse **A** enim negant esse **j** – 135 ferarum quo **SA** – 137 aut **SA** ac **jλfϱyç** et **hø** – satio **R**

Qui uolet frequens et dispositum arbustum paribus spatiis fructuosumque habere, operam dabit, ne emortuis arboribus rarescat ac primam quamque senio ac tempestate adflictam summoueat et in uicem nouellam subolem substituat. id autem facile consequi poterit, si ulmorum seminarium paratum habuerit; quod quomodo et qualis generis faciendum sit, non pigebit deinceps praecipere. *2* Vlmorum duo esse genera conuenit, Gallicum et uernaculum. illud Atinia, hoc nostras dicitur. Atiniam ulmum Tremelius Scrofa non ferre sameram, quod est semen eius arboris, falso est opinatus; nam rariorem sine dubio creat et idcirco plerisque et sterilis uidetur seminibus inter frondem, quam prima germinatione edit, latentibus. itaque nemo ⟨Atin⟩iam serit ex ⟨s⟩amera sed ex subolibus; *3* est autem ulmus longe laetior et procerior quam nostras frondemque iocundiorem bubus praebet, qua cum adsidue pecus paueris et postea generis alterius frondem dare institueris, fastidium bubus adferes. *4* itaque, si fieri poterit, totum agrum genere uno Atiniae ulmi conseremus; si minus, dabimus operam, ut in ordinibus disponendis pari numero uernaculas et Atinias alternemus; ita semper mixta fronde utemur et quasi hoc condimento inlectae pecudes fortius iusta cibariorum conficient. sed uitem maxime populus uidetur alere, deinde ulmus, post etiam fraxinus. *5* populus, quia raram neque idoneam frondem pecori praebet, a plerisque repudiata est. fraxinus, quia capris et ouibus gratissima est nec inutilis bubus, locis asperis et montosis, quibus minus laetatur ulmus, recte seritur. ulmus, quia et uitem commodissime patitur et iocundissimum pabulum bubus adfert uariisque generibus soli prouenit, a plerisque praefertur. itaque, cui arbustum nouum instituere cordi erit, seminaria ulmorum uel fraxinorum parentur ea ratione, quam deinceps subscripsimus. nam populi melius cacuminibus in arbusto protinus disponuntur.

---

**6:** 1 *pr.* **SAhλryç** – 7 uicem nouellam **$A^2$R** uice nouellam **S** uicino uillam **$A^1$** – sobolem **$S^2$R** – 8 mulmorum **$A^1$** – quod quomodo **γ** quoquo modo **SA** quod quoquo modo **j** quod et quoquo modo **hσ** – 9 picebit **$A^1$** – 11 Atinia **A** – Tremellius **AR** – 12 ferre sameram **SAj** ferre (fere **r**) samaram (fa- **ø**) **hλσ** – 13 sine **R** semini **SA** – 15 Atiniam serit *scripsi* inserit **SA** iam serit **R** – samera **$ü^2$t** amere **SA** amera **hjλρ** amara **fy** samara **ç** amer **ø** – sed ex *om.* **$SAj^1$** – sobolibus **$S^2$bç** – 17 iucundiorem **Ahjλfyç** – praebet *om.* **SA** – qua **hλσ** que **SA** quia **j** – paueris **S** parueris **A** alueris **R** – 18 darem **$S^1$A** – 19 adfert **R** – 22 inlecto **AR** – 23 iusta **d** iuxta **SAR** – ciuariorum **S** – 26 quae **R** – grauissima **Ahjmfρyø** – 27 montuosis **R** – 28 iucundissimum **Ahjλfyçø** – 29 bubos **A** – 30 refertur **AR** – cui **R** si **S** *om.* **A** – 31 est **hjλρy** – 34 pibaliao **A** – 36 aream **AR** – ameram **R**

*6* Igitur pingui solo et modice umido bipalio terram pastinabimus ac diligenter occatam et resolutam humum uerno tempore in areas componemus; sameram deinde, quae iam rubicundi coloris erit et compluribus diebus in sole ita iacuerit, ut aliquem tamen sucum et lentorem habeat, iniciemus areis et eas totas seminibus spisse contegemus atque ita cribro putrem terram duos alte digitos incernemus et modice rigabimus stramentisque areas co⟨o⟩periemus, ne prodeuntia cacumina seminum ab auibus praerodantur. *7* ubi deinde prorepseri⟨n⟩t plantae, stramenta colligemus et manibus herbas carpemus, itaque leuiter et curiose faciendum est, ne adhuc tenerae breuesque radiculae ulmorum conuellantur. atque ipsas quidem areas ita anguste compositas habebimus, ut, qui runcaturi sunt, medias partes earum facile manu contingant. nam si latiores fuerint, ipsa semi⟨na i⟩nibunt, quae proculcata noxam capient.

*8* Aestate deinde priusquam sol oriatur aut ad uesperum seminariu⟨m⟩ conspargi [se]minus quam rigari debet et, cum ternum pedum plantae fuerint, in aliud seminarium transferri. ac ne radices altius agant, quae res postmodum in eximendo magnum laborem adfert, tunc, cum plantas in aliud seminarium transferemus, oportebit non maximos scrobiculos sesquipedem inter se distantis fodere, deinde radices in nodum, si breues, uel in orbem coronae similem, si longiores erunt, inflecti et oblitas fimo bubulo scrobiculis deponi ac diligenter circumcalcari. *9* possunt etiam collectae cum stirpibus plantae eadem ratione disponi, quod in Atinia ulmo fieri necesse est, quia non seritur ex samera. sed haec ulmus autumni tempore melius quam uere disponitur paulatimque ramuli eius in manu detorquentur, quoniam primo biennio ferri reformidat ictum. tertio demum anno acuta falce abra[n]ditur atque, ubi translationi

---

– rubicondi **Ahmf** – 37 diebus *om.* **AR** – in sole ita **S** insoita **Ah$^{1}$jfyø** insorta **mρ** inscita **b** in sole diebus **h$^{2}$ç** – lacuerit **Ah$^{1}$jλfρyø** – 38 arees **S$^{1}$** aries **Ahλσ** – 39 cribo **A$^{1}$j$^{2}$** scribo **j$^{1}$** – digito **A** – 40 trametisque **AR** – cooperiemus **γ** coperiemus **S** comperiemus (-ies **m**) **AR** – 42 prorepserint **γç** prorepserit **SA$^{2}$R** proreppserit **A$^{1}$** – strameta **A** – 44 breque **S$^{1}$** braeusque **A$^{1}$** – 45 quidam **SA** – 46 contingant **S$^{2}$hmńçø** continga **S$^{1}$** contin *u. sp.* **A$^{1}$jb** contingimus **f** conti *u. sp.* **ø** contingat **r** contingantur **y** – nam *om.* **S** – 47 ipsa semina inibunt quae *scripsi* ipsi (ipsa **t**) seminibusque (semina **t**) **SAR** *cfr Sundwall Eranos 30,47* – 49 seminarium **o$^{2}$ü$^{1}$r** seminario **SAR** – 50 minus *scripsi* seminus **SA** seminis **R** *uide diss. p. 165* – 51 pedem **S$^{1}$** – aliut **S$^{1}$** – 53 seminarum **SA** – 54 sexquipedem **AR** – foedere **S$^{1}$A** – 59 amera **S$^{1}$AR** – 60 remuli **S$^{1}$A** – 62 abraditur **h$^{2}$ü$^{2}$tp** ablandi-

iam idonea est, ex eo tempore autumni, quo terra imbribus permaduerit, usque in uernum tempus, antequam radix ulmi in eximendo delibretur, recte seritur.

*10* [in se] In resoluta terra ternum pedum quoquouersus faciendi scrobes; at in densa sulci eiusdem altitudinis et latitudinis, qui arbores recipia⟨n⟩t, praeparandi. sic deinde in solo roscido et nebuloso conserendae sunt ulmi, ut earum rami ad orientem et occidentem derigantur, quo plus solis mediae arbores, quibus uitis applicata et religata innititur, accipiant. *11* quod si etiam frumentis consulemus, uberi solo inter quadraginta pedes, exili, ubi nihil seritur, inter uiginti, arbores disponantur. cum deinde adolescere incipie⟨n⟩t, falce formanda⟨e⟩ et tabulata instituenda sunt. hoc enim nomine usurpant agricolae ramos trunco[s] prominentis, eosque uel prop[r]ius ferro conpescunt uel longius promittunt, ut uites laxius diffundantur: hoc in solo pingui melius, illud in gracili. *12* tabulata inter se ne minus ternis pedibus absint atque ita formentur, ne superior ramus in eadem linea sit, qua inferior; nam demissum ex eo palmitem germinantem inferior atteret et fructum decutiet.

Sed quamcumque arborem seueris, eam biennio proximo putare non oportet. post deinde, si ulmus exiguum incrementum ⟨ceperit⟩, uerno tempore, antequam librum demittit, decacuminanda est iuxta ramulum, qui uidebitur esse nitidissimus, ita tamen, uti supra eum trunco[m] stirpem dodrantalem relinquas, ad quam ductus et adplicatus ramus adligetur et correptus cacumen arbori praebeat. *13* deinde stirpem post annum praecidi et adleuari oportet. quod si nullum ramulum arbor id⟨on⟩eum habuerit, sat erit nouem pedes a terra relinqui et superiorem partem detruncari, ut nouae uirgae,

tur **SAh**$^1$**jmfńø** arraditur **b** abblanditur **rç** ablauditur **y** – 63 iam **γr** nam **SAR** – 66 in se **SAR** *om.* γ – 67 at **jbσ** ad **SA** ac **h** aut **m** – et latitudinis *om.* **AR** – 68 recipiant γ respiat **S** respiciat **AR** – sic **S** sed **AR** – roscio **SA** – 69 nebulosae **SA** – eorum **S**$^1$ – 70 dirigantur **AR** – 72 intra **AR** – exili γ exibi **Smρ** exhibi (-beri **ç**) **Ahjbfyçø** – 74 incipient **γp** incipiet **SAR** – formandae γ formanda **SAR** – 75 trunco *Ald.* truncos **SA** truncosque **R** – prominentis γ promittentis **SAR** – 76 propius **cdγbp** proprius **SAR** – conpescunt *om.* **A**$^1$ – 78 tabunlata **A**$^1$ – se ne minus *Ald.* se si minus **S** seminibus **A**$^1$ se minus **A**$^2$**R** – 79 quam **AR** – 83 ceperit *addidi* recipit *add. Ald.*, *om.* **SAR** – 84 demit **AR** – 85 ramulam **SA** ramum **λ** – essem tidissimus **S**$^1$ – nitidissimis **A**$^1$ – 86 trunco *Ald.* truncum **SAR** – dodrantalem *Ald.* dodrantem **Sb** drodamtranitem **A** dodrantanitem **hmfρø** dodrantanidem **j** dodrantantem **y** dodrantaneam **ç** – ad quam **S**$^2$**h**$^2$**ρç** aquam **S**$^1$**Ah**$^1$**jλfyø** – ductus γ dubitus **SAR** – 88 praedici **S**$^1$**A**$^1$ – 89 nullam **SAh**$^1$**jmfρy**$^1$ – arbor idoneum **γpç** arbori deum **S**$^1$**AR** arbor idem **S**$^2$ – 91

quas emisera[n]t, ab iniuria pecoris tutae sint. sed, si fieri poterit, uno ictu arborem praecidi, si minus, serra desecari et plagam falce adleuari oportebit eamque plagam luto paleato contegi, ne sole aut pluuiis infestetur. *14* post annum aut biennium, cum enati ramuli recte conualuerint, superuacuos deputari et idoneos in ordinem summitti conueniet. quae ulmus a positione bene proueneri[n]t, eius summae uirgae falce debent enodari. at si robusti ramuli erunt, ita ferro amputentur, ut exiguam stirpem prominentem trunco relinquas. cum deinde arbor conualuerit, quicquid falce contingi poterit, exputandum est adleuandumque eatenus, ne plaga corpori mat[u]ri[u]s adplicetur.

*15* Vlmum autem nouellam formare sic conuenit: loco pingui octo pedes a terra sine ramo relinquendi uel in aruo gracili septem pedes, supra quod spatium deinde per circuitum in tres partes arbor diuidenda est, ac tribus lateribus singuli ramuli summittendi primo tabulato adsignentur. *16* mox de ternis pedibus superpositis alii rami summittendi sunt ita, ne isdem lineis, quibus in inferiore, positi sin⟨t⟩, eademque ratione usque in cacumen ordinanda erit arbor. atque in frondatione cauendum, ne aut prolixiores pollices fiant, qui ex amputatis uirgis relinquuntur, aut rursus ita adleuentur, ut ipse truncus laedatur aut delibretur — nam parum gaudet ulmus ⟨us⟩que in corpus nudari — uitandumque, ne de duabus plagis una fiat, quoniam talem cicatricem non facile cortex conprehendit.

*17* Arboris autem perpetua cultura est non solum diligenter eam disponere sed etiam truncum circumfodere et, quidquid frondis enatum fuerit, alternis annis aut ferro amputare aut astringere, ne nimia umbra uiti noceat. cum deinde arbor uetustate⟨m⟩ fuerit adepta, prop⟨e⟩ terram uulnerabitur ita, ut excauetur usque in

---

emiserat **l** emiserant **SAR** – iniugeria **A** – 94 fluuiis **SA** – uiennium **S**$^1$ – enatu **S**$^1$**A** – 95 *post* idoneos *add.* in ordineos **A** – 96 prouenerit **ü**$^2$**tbpńç** prouenerint **SAR** – eius summae **h**$^2$**ç** eiussimae **SAh**$^1$**jσ** leuissimae **λ** enissimae **y** – 97 ad **S**$^1$**A** – 99 quidquid **S**$^1$**hb** – 100 matris **γ** maturius **SAR** – 103 arbo **S**$^1$**A**$^1$ – 105 *post* lateribus *add.* in **A** – 107 iisdem **jbfρç** – in *om.* **S** – 108 superiore **AR** – positi sint *Ald.* positis in **SAR** – easdemque **S** – 110 relinquntur **S**$^1$ – 111 laetatur **S**$^1$**A** laetetur **R** – 112 usque *scripsi* quae **SAR** – de *om.* **A**$^1$**j** – 115 *post* solum *add.* autem **AR** – eadem **AR** – 116 quicquid **Ajmσ** – 117 fuerit **A**$^2$**R** est **S** fue **A**$^1$ – aut (*ante* ferro) **R** autem **SA** – ne nimia **S**$^2$ eniia **A**$^1$ enimia **S**$^1$**A**$^2$ enimla *seu* emnila **h**$^1$**jmσ** ne ulla **b** ne illa **h**$^2$ – 118 enoceat **Ah**$^1$**jσ** – uetustatem **γlpńç** uetustate **SAR** – 119 prope terram *Pomoell pp. 24 sq.* pro terram **S** propter

medullam deturque exitus umori, quem ex superiore parte conceperit. uitem quoque, antequam ex toto arbor praeualescat, conserere conuenit. *18* at si teneram ulmum maritaueris, onus iam non sufferet; si uetusta⟨e au⟩tem uitem adplicueris, coniugem necabit. ita subpares esse aetate et uiribus arbores uitesque conuenit.

Sed arboris maritandae causa scrobis uiuiradici fieri debet latus pedes duo, altus leui terra totidem pedes, graui dupundiu⟨m⟩ et dodrantem, longus pedes sex aut minimum quinque. absit autem hic ab arbore ne minus sesquipedali spatio. nam si radicibus ulmi iunxeris, male uitis conprehendet, et, cum tenuerit, incremento arboris opprimetur. *19* hunc scrobem, si res permittit, autumno facito, ut pluuiis et gelicidiis maceretur. circa uernum deinde aequinoctium binae uites, quo celerius ulmum uestiant, pedem inter se distantes scrobibus disponendae, cauendumque, ne aut septentrionalibus uentis aut rorulentae sed siccae serantur. *20* hanc obseruationem non solum in uitium positione sed in ulmorum ceterarumque arborum praecipio et uti, cum de seminario eximuntur, rubrica notetur una pars, quae nos admoneat, ne aliter arbores constituamus, quam quemadmodum in seminario steterint. plurimum enim refert, ut eam partem caeli spectent, cui ab ten⟨er⟩o consuerunt. melius autem locis apricis, ubi caeli status neque praegelidus neque nimium pluuius est, autumni tempore et arbores et uites post aequinoctium deponuntur. *21* sed eae ita conserendae sunt, ut summam terram, quae aratro subacta sit, semipedem alte substernamus radicesque omnes explicemus et deposita⟨s⟩ stercorata, ut ego existimo, si minus, certe subacta operiamus et circumcalcemus ipsum seminis codicem.

Vites in ultimo scrobe deponi oportet materiasque earum per scrobem porrigi, deinde ad arborem erigi atque ab iniuria pecoris caueis emuniri. *22* locis autem praeferuidis semina septentrionali parte arbori adplicanda sunt, locis frigidis a meridie, temperato

---

ramum **AR** – 120 deturque **S** quae **AR** – 122 ad **S**$^1$**A**$^1$ – aritaueris **S**$^1$**A**$^1$ – onus *om.* **AR** – iam *Schn.* nam **SAR** – 123 sufferret **AR** – uetustae autem *Pomoell p. 19* uetustate **S** uetustatem **Ajλρø** uetustam **hfyç** – adpliceris **S**$^1$**A**$^2$**R** – negabit **AR** – 125 matritandem **A**$^1$ – scrouis **S**$^1$ – 126 altus **γ** albus **SA**$^1$ aluus (alius **mr**$^1$**y**) **A**$^2$**R** – pedes *scripsi* pedum **SAR** *uide diss. pp. 163 sq.* – dupundium *Ald.* dupundiu **SA**$^1$ dupundio **A**$^2$**mσ** dopondio **h**$^1$ dupondio **h**$^2$**b** dipundio **j** – 127 pede **S**$^1$**A**$^1$ – aut **S** habet **AR** – 128 sesquipedali **ty** sexquipedali (-deli **A**$^1$) **SAR** – 131 facit **S**$^1$**AR** – 134 uentris **S**$^1$ – rorulenti **S**$^1$ – serantur **γ** ferantur **SAR** – 137 subrica **R** – *post* ne *add.* in **AR** – 139 tenero **ohγlρç** teno **SAjλfyø** – 140 praegalidus **S** – 141 arbore **A** – 142 ea **A** – 143 somnum a terra **S** – 144 subterna-

statu caeli aut ab oriente aut ab occidente, ne toto die solem uel umbram patiantur. proxima deinde putatione melius existimat Celsus ferro abstineri ipsosque coles in modum coronae contortos arbori circumdari, ut flexura[m] materias profundat, quarum ualidissimam sequente anno caput uitis faciamus. *23* me autem longus docuit usus multo utilius esse primo quoque tempore falcem uitibus admouere nec superuacuis sarmentis pati siluescere. sed eam quoque, quae primo summittetur, materiam ferro coercendam censeo usque in alteram uel tertiam gemmam, quo robustiores palmites agat, qui cum primum tabulatum adprehenderint, proxima[m] putatione[m] dispone⟨n⟩tur. omnibus annis alioquin in superius tabulatum excitabitur, relicta semper una materia, quae adplicata trunco cacumen arboris spectet.

*24* Iamque uiti constitutae certa lex ab agricolis inponitur: plerique ima tabulata materiis frequentant, uberiorem fructum et magis facilem cultum sequentes. at qui bonitati uini student, in summas arbores uitem promouent: ut quaeque materia sedebit, ita in celsissimum quemque ramum extendunt sic, ut summa uitis summam arborem sequatur, id est, ut duo palmites extremi trunco arboris adplicentur, qui cacumen eius spectent, et prout quisque ramus conualuit, uitem accipi⟨a⟩t. *25* plenioribus ramis plures palmites, alius ab alio separati, inponantur, gracilioribus pauciores, uitisque nouella tribus toris ad arborem religetur: uno, qui est in crure arboris, a terra quattuor pedibus distant⟨e⟩, altero, qui summa parte uitem capit, tertio, qui mediam uitem conplectitur. torum imum inponi non oportet, quoniam uires uiti adimit; interdum tamen necessarius habetur, cum aut arbor sine ramis truncata est aut uitis praeualens in luxuriam euagatur. *26* cetera putationis ratio talis est, ut ueteres palmites, quibus proximi anni fructus pependit, omnes recidantur, noui circumcisis undique capreolis et nepotibus, qui ex his nati sunt, amputatis committantur, et si laeta

mus **S**$^1$ – raticesque **S** – depositas *Ald.* disposita **S** deposita **AR** – 150 temporatu **S**$^1$**A** temperatu **S**$^2$ – 151 diem **S**$^1$**Aρ** – 153 contortortos **A**$^1$ – 154 flexura **γ** plexuram **SA** flexuram **R** – materias *Ald.* materiae **SAR** – 155 faciemus **A**$^1$ – longum **Ahjmb**$^1$**fryø** – 157 superuacuis **wåzäucdqγlpç** superuacuus **SAR** – 160 proxima putatione *ed. pr.* proximam putationem (amp- **A**$^2$) **SAR** – 161 disponentur *Ald.* disponetur **SAR** – 162 stabulatum **S** – 164 uitie **S**$^1$ uitii **A** – lex *om.* **S** – 166 at qui **S** atque **AR** – 167 sedebit ita **S** sede uetita **AR** – 169 abrem **S**$^1$ – 171 uitem **hjρyçø** item **SA** uicem **λ** utem **f** – accipiat *Ald.* accipit **SAR** – 174 cruere **S**$^1$**A** cruce **fç** – distante **γp** distant **SAR** – 175 capis **SA**$^1$ – 176 imum *Ald.* uiuum **SAR** – inponit **S**$^1$**A** – non **SA** tamen **R** – 182 ramorum **h**$^2$ morum

uitis est, ultimi potius palmites per cacumina ⟨ra⟩morum praecipitentur, si gracilis, trunco proximi, s⟨i⟩ mediocris, medii, quoniam ultimus palmes plurimum fructum adfert, proximus minimum uitemque exhaurit atque attenuat.

*27* Maxime autem prodest uitibus omnibus annis resolui. nam et commodius enodantur et refrigerantur, cum alio loco adligatae sunt, minusque laeduntur ac melius conualescunt. atque ipsos palmites ita tabulatis superponi conuenit, ut a tertia gemma uel quarta religati dependeant, eosque non constringi, ne sarmentum uineae praecidatur. *28* quod si ita longe tabulatum est, ut materia parum commode in id perduci possit, palmitem ipsum uiti adligatum supra ter⟨tiam⟩ gemma⟨m⟩ religabimus. hoc ideo fieri praecipimus, quia, quae pars palmitis praecipitata est, ea fructu induitur; at quae uinculo adnexa susum tendit, ea materias sequente anno praebet.

*29* Sed ipsorum palmitum duo genera sunt: alterum, quod ex duro prouenit, quod quia primo anno plerumque frondem sine fructu adfert, pampinarium uocant, alterum, quod ex anniculo palmite procreatur, quod quia protinus, fructuarium appellant. cuius ut semper habeamus copiam, imae palmitum partes ad tres gemmas religandae sunt, ut quidquid intra uinculum est, materias exigat. *30* cum deinde annis et robore uitis conualuit, traduces in proximam quamque arborem mittendae; easque post biennium amputare atque alias teneriores tramittere conuenit: nam uetustate uitem fatigant. nonnumquam etiam, cum arborem totam uitis conprehendere nequit, ex usu fuit partem aliquam eius deflexam terrae inmergere et rursus ad eandem arborem duas uel tres propagines excitare, quo pluribus uitibus circumuenta celerius uestiatur.

*31* Viti nouellae pampinarium inmitti non oportet, nisi necessario loco natus est, ut uiduum ramum maritet. ueteribus uitibus loco

---

(more λ) **SAR** – 183 proximi si *Ald.* proximis **SAR** – medii *Ald.* edit **S**$^1$ medit **S**$^2$**AR** – 184 nimium **AR** – 186 uitibus *om.* **A**$^1$ – 189 ut **γç** et **SAR** – 191 ut **γç** in **SAR** – 192 uitia diligatum **A** – 193 tertiam gemmam *Schn.* ter gemma **SAR** – religabimus *ed.pr.* religauimus **SAR** – *ante* praecipimus *add.* preci **S**$^1$ – 194 praecapitata **SAhfryø** – ea *Schn.* ex **SAR** – fructo **Ahmfryø** – 195 adnexa *ed.pr.* annexa **ütç** abnexa **SAj** abnexas **hλfρyø** – usum **hλσ** – 197 palmitem **AR** – 200 quot **A** – 201 imae *scripsi* inae **SA**$^1$ in ea **A**$^2$**R** – palmitem **AR** – at **S**$^1$ – 202 quicquit **A**$^1$ quicquid **A**$^2$**jmσ** – 205 *post* amputare *add.* nihil **AR** – transmittere **AR** – 207 nequit **S** ne quid **AR** – ex *om.* **A**$^1$ – usum **S** – 209 uitibus **S**$^2$ uitisus **S**$^1$ uitis **AR** – 211 ueribus **S**$^1$**Ah**$^1$**jλfyø** – loco **γh**$^2$**ç** loca **SAh**$^1$**jλσ** – 212

nati palmites pampinarii utiles sunt et plerique ad tertiam gemmam resecti optime summittuntur; nam insequenti anno materias fundunt. *32* quisquis autem pampinus loco natus in exputando uel alligando fractus est, modo ut aliquam gemmam habuerit, ex toto tolli non oportet, quoniam proximo anno uel ualidiorem materiam ex una creabit.

*33* Praecipites palmites dicuntur, qui de annotinis uirgis enati in duro adligantur. hi plurimum fructus adferunt sed plurimum matri nocent. itaque, nisi extremis ramis, aut si uitis arboris cacumen superauit, praecipitari palmitem non oportet. *34* quod si tamen id genus colis propter fructum summittere quis uelit, palmitem intorqueat, deinde ita alliget et praecipitet; nam et post eum locum, quem intorseris, laetam materiam citabit et praecipitatu⟨s⟩ minus uirium in se trahet, quamuis fructu exuberet. praecipitem uero plus anno pati non oportet. *35* alterum et genus palmitis, quod de nouello nascitur et in tenero adligatum dependet, materiam uocamus. ea et fructum et noua flagella bene procreat. etiam si ex uno capite duae uirgae summittuntur, tamen utra[m]que materia dici[di]tur; nam pampinarius quam uim habeat, supra docui. focaneus est, qui inter duo brachia uelut in furca de medio nascitur; eum colem deterrimum esse conperi, quod neque fructum ferat et utraque brachia, inter quae natus est, attenuet; itaque tollendus est.

*36* Plerique uitem ualidam et luxuriosam falso crediderunt feraciorem fieri, si multis palmitibus summissis oneretur. nam ex pluribus uirgis plures pampinos creat, et cum se multa fronde co⟨o⟩perit, peius defloret nebulasque et rores diutius continet omnemque uuam perdit. ualidam ergo uitem in ramos deducere censeo et traduc[t]ibus dispergere atque dir⟨a⟩rare, certosque uinearios coles praecipitare et, si nimis luxuriabitur, solutas materias relinquere: ea ratio uitem feraciorem faceret. *37* sed ut densum arbustum commendabili fructu et decore est, sic, ubi uetustate rarescit, pariter et inutile et

---

at **S**$^1$ – tertiam **ü**$^2$**tl** terram **SAR** – 213 refecti **AR** – anni **SA** – 215 alligandi **SA** – factus **A**$^1$ – ex toto tolli **S**$^2$ ex totolli **S**$^1$ extolli **AR** – 217 creabit **h**$^1$ creauit **SAh**$^2$**jλσ** – 218 annotinus **S**$^1$ – 219 adplicantur **S**$^1$ – 220 at **S**$^2$ – 224 citauit **S**$^1$**AR** – praecipitatus *scripsi* praecipitata **SAR** – 225 uirium *Ald.* uinum **SAR** – 226 est **S**$^2$ – de *om.* **A**$^1$ – 229 utraque **h**$^2$**γρç** utramque **SAh**$^1$**jλσ** – materiam **R** – dicitur *ed.pr.* deciditur **SAR** – 232 esse **h**$^2$**γlp**$^2$ est **SAh**$^1$**jλσ** – 234 luxoriosam **S** – 235 summissus **SAjfø** – 236 cooperit *ed.pr.* coperit **S** comperit **AR** – 237 et rores **R** errores **SA** – 238 traducibus **tńç** traductibus **SAR** – 239 disperge **SAjmfø** – dirarare *Ald.* dirrare **SAf** durare **hjλρçø** dirare **y** – unearios **S** – 242

inuenustum est. quod ne fiat, diligentis patris familiae est primam quamque arborem senio defectam tollere et in eius locum nouellam restituere uitemque aut ⟨adiu⟩ncta[m] uiuiradice frequentare aut, si sit facultas, quod est longe melius, ex proximo propagare. cuius utriusque ratio consimilis est ⟨ei⟩, quam tradidimus.

Atque haec de Italico arbusto satis praecepimus.

**7** *1* Est et alterum genus arbusti Gallici, quod uocatur ⟨r⟩umpotinum; id desiderat arborem humilem nec frondosam. cui rei maxime uidetur esse idonea [p]opulus; ea est arbor⟨i⟩ acernae similis. quin etiam cornus et carpinus et ornus, nonnunquam et salix, a plerisque in hoc ipsum disponitur, sed salix nisi aquosissimis locis, ubi aliae arbores difficiliter conprehendunt, ponenda non est, quia uini saporem infestat. potest etiam ulmus sic disponi, ut ⟨ad⟩huc tenera decacuminetur, ne altitudinem quindecim pedum excedat. *2* nam fere ita constitutum rumpotinetu⟨m⟩ animaduerti, ut ad octo pedes locis siccis et cliuosis, a⟨d⟩ duodecim locis planis et uliginosis tabulata disponantur. plerumque autem ea arbor in tres ramos diuiditur, quibus singulis ab utraque parte conplura brachia summittuntur. tum omnes paene uirgae, ne ⟨o⟩bumbrent, eodem tempore, quo uitis putatur, abraduntur.

*3* Arboribus rumpotinis, ⟨si⟩ frumento non inseruitur, in utramque partem XX pedum spatia interueniunt; at si segetibus indulgetur, in alteram partem XL pedes, in altera⟨m⟩ XX relinquuntur. cetera simili ratione atque in arbusto Italico administra⟨n⟩tur, ut uites longis scrobibus deponantur, ut eadem diligentia curetur atque in

---

7: 1–7 *Varro rust. 1,8,3; Plin. nat. 17,201* – 1–3 *Plin. nat. 14,12* – 5–7 *Cato agr. 9; Colum. arb. 29,1* – 12–14 *Plin. nat. 17,202* – 15–17 *Pallad. 3,10,5*

---

et inutile **S** cum utile **AR** – 243 est *om.* **S**$^{1}$ – 245 -que aut adiuncta *scripsi* que aut enectam **S** quae at (aut **A**$^{2}$) nec tam **A** queat ut nec tam **R** *uide diss. pp. 165 sq.* – uiui radice **cdqγλ** uiuiradici **SAR** – frequentare aut si *scripsi* frequenter (-tetur **ø**) ea ut si **SAhjσ** frequenter ea ut **λ** – 247 ei *add. Ald., om.* **SAR**

7: 1 rumpotinum *ed. pr.* umpotinum **SAR** – 2 frundosam **S**$^{1}$ – cu **S**$^{1}$ – 3 esse *om.* **AR** – opulus *Ald.* populus **SAR** – arbori *scripsi* arbor **SAR** – cernae **Ah$^{1}$jλ fyçø** corne **ρ** ocerne **h**$^{2}$ – 4 carpius **SA**$^{1}$ – 5 aquocissimis **AR** – 6 difficiter **S$^{1}$A** – 7 ulmus **h$^{2}$cdqγb$^{2}$lç** ulmos **SAh$^{1}$jmb$^{1}$σ** – deponi **S**$^{1}$ disponit **A**$^{1}$ – adhuc **γb$^{2}$ńç** huc **SAhjmb$^{1}$fryçø** – 8 excadat **S$^{1}$Ah$^{1}$fy** – 9 rumpotinetum *Pol.* rumpotinetu **SA** supra otinetu **h$^{1}$jλσ** umpotinetum **h**$^{2}$ – 10 ad **ictp** a **SAR** – 12 cum plura **Ajλfρç** – 13 ne obumbrent *Pomoell pp. 30 sq.* nebumbrente **S** nebrumbrente (-bente **A**$^{1}$) **A** ne umbrent **R** – eo **AR** – 15 rumpotinis si *Ald.* ritum potinis **SAR** – 16 ad **S$^{1}$A** – 17 altera parte **SA**$^{1}$ – alteram **w$^{1}$d$^{1}$γbń** altera **SAhjmfryçø** – 18 administrantur **γń** administratur **SAR** – 20 ramos *Urs.* ranis

ramos deducatur, ut noui traduces omnibus annis inter se ex arboribus proximis committantur et ueteres decidantur. *4* si tradux ⟨tra⟩ducem non contingit, media uirga inter eas deligetur; cum deinde fructus pondere urguebit, subiectis adminiculis sustineatur. hoc autem genus arbusti ceteraeque omnes arbores quanto altius arantur et circumfodiuntur, maiore fructu exuberant; quod an expediat patri familiae facere, ⟨re⟩ditus docet.

**8** *1* Omnis tamen arboris cultus simplicior quam uinearum est longeque ex omnibus stirpibus minorem inpensam desiderat olea, quae prima omnium arborum est. *2* nam quamuis non continuis annis sed fere altero quo[d]que fructum adferat, eximia tamen eius ratio est, quod leui cultu sustinetur, et, cum se non induit, uix ullam inpensam poscit, sed et, si quam recipit, subinde fructus multiplicat; neglecta conpluribus annis non ut uinea deficit eoque ipso tempore aliquid etiam interim patri familiae praestat, et, cum adhibita cultura est, uno anno emendatur. *3* quare etiam nos in hoc genere arboris diligenter praecipere censuimus.

Olearum, sicut uitium, plura genera esse arbitror, sed in meam notitiam decem omnino peruenerunt: posi[t]a, Lici⟨ni⟩a, Sergia, Naeuia, Culminia, orces, regi[on]a, radius, †culi†, murtea. *4* ex quibus baca iucundissima est posiae, speciosissima regiae, sed utraque potius escae quam oleo est idonea. posi[t]a⟨e⟩ tamen oleum

---

**8:** 3–6 *Thphr. CP 4,13,5; Varro rust. 1,55,3; Plin. nat. 15,3* – 11–23 *Pallad. 3,18,4* – 11–13 *Cato agr. 6,1; Varro rust. 1,24,1; Verg. georg. 2,86; Plin. nat. 15,4; Isid. orig. 17,7,62–66* – 13–19 *Colum. arb. 17,3; Plin. nat. 15,13* – 18 *Plin. nat. 15,8* – 19–21 *Cato agr. 6,2* – 24–26 *Plin. nat. 15,1* – 26 *Plin. nat. 15,13* – 26–36 *Pallad. 3,18,3–4; Gp. 9,4,4–8* – 34–36 *Varro rust. 1,16,6; Colum. arb. 17,3; Plin. nat. 17,130, 20,1*

---

**S**$^1$ ramis **S**$^2$**AR** – noui **ä**$^1$**d** non uita **S** non noui **AR** – 21 comittantur **S** – 22 traducem **γ** dulcem **S**$^1$ ducem **S**$^2$**AR** – deligetur **Sb** diligetur **Ahjmfyø** diligenter **ρ** dirigetur **ç** – 23 sub tectis **S** – substineatur **S**$^1$ – 26 reditus *Schn.* ditus **SA** ditu **h**$^1$**jmfyø** dictu **bρ** ritus **h**$^2$**ç**

**8:** 4 quoque **γb**$^2$**lńç** quodque **SAhjmb**$^1$**fryø** – auferat **S**$^1$ – 5 illam **S** uillam **A**$^1$ – 6 inperisam **A**$^1$ – 7 neclecta **S**$^1$ negleta **A**$^1$ – 9 adiuita **A**$^1$ – 12 omnino **S** anno **AR** – posia *F.-H.* posita **SAR** – Licinia **γ** Licia **SAR** – 13 Naeuia *Ald.* neuira **S** neui **AR** – culmina **m**$^1$**bfρy** – orchos **jλ** orches **fρyø** orchas **ç** *om.* **h** – regia *Ald.* regiona **SAR** – radius *scripsi* scrisis **SAR** *uide diss. pp. 156 sqq.* – culi **SA** cul **R** – 14 uaca **S**$^1$**A** – positae **AR** – *post* speciosissima *add.* est **hλρ** – regiae sed *Schn.* regies (reges **h**$^1$) et (sed **b**) **SAR** – 15 utraque **S** uirga quae **AR** – leo **S**$^1$ – posiae *F.-H.* posita **SAR** – 16 est festinanter *Pomoell pp. 37 sqq.*

saporis egregii, dum uiride est, ⟨fest⟩inan⟨ter cor⟩rumpitur. orces quoque et radius melius ad escam quam in liquorem stringitur. oleum optimum Licinia dat, plurimum Sergia. omnisque olea [et] maior fere ad escam, minor oleo est aptior. *5* nulla ex iis generibus aut praeferuidum aut gelidum statum caeli pati[a]tur. itaque aestuosis locis septentrionali colle, frigidis meridiano gaudet, sed neque depressa loca ⟨ne⟩que ardua, magisque modicos cliuos amat, quales in Italia Sabinorum uel tota prouincia Baetica uidemus.

Hanc arborem plerique existimant ultra sexagensimum a mari aut non uiuere aut non esse feracem, sed in quibusdam locis recte ualet. *6* optime uapores sustinet posia, frigus Sergia[m]. aptissimum genus terrae est oleis, cui glarea subest, si superposita creta sabulo admixta est; non minus probabile est solum, ubi pinguis sabulo est, sed et densior terra, si uiuida et laeta est, commode recipit hanc arborem. creta ex toto repudianda est, magis etiam scaturriginosa et in qua[m] semper uligo consistit. inimicus est etiam ager sabulo macer aut nuda glarea: *7* nam etsi non emoritur in eiusmodi solo, nunquam tamen conualescit. potest tamen in agro frumentario seri uel ubi arbu[s]tus aut ilex steterant; nam quercus etiam excisa radices noxias olïueto relinquit, quarum uirus enecat oleam.

Haec in uniuersum de toto genere huius arboris habui dicere; nunc per partis culturam eius exequar.

## 9 De seminario oleae

*1* Seminariu⟨m⟩ olïueto praeparetur caelo libero, [modo] modice ualido et sucoso neque denso neque soluto solo, potius tamen resoluto. id genus fere terrae nigrae est; quam cum in tres pedes pastinaueris et alta fossa circumdederis, ne transitu[s] pecori⟨s⟩ ager

---

estinam **S** estimam (exti- **ρ** -maui **ø**) **AR** – corrumpitur *Ald.* rumpitur **SAR** – orces **R** orceis **SA** – 18 et **SAR** *incl. Urs.* – 19 his **AR** – 20 praeferuidum **Sf** praefert (profert **b**) uidum (*om. u. sp. r.* **y**) **Ahjλryø** perfert udum (uuidum **ń**) **ńç** – patitur **eγp**$^2$ patiatur **SAR** – 21 frigis **SA** – 22 neque *ed.pr.* que **SAR** – ardua **γ** arduo **SAR** – 23 Sauinorum **SA** – Vetica **S**$^1$**A**$^1$ – 24 sexagensimum **hf** sexagesimum *uel* LX **jλρyçø** censimum **S**$^1$**A** centesimum **S**$^2$ – 26 posia *F.-H.* postea **SA** posita **h**$^2$**λσ** possita **j** postea posita **h**$^1$ – sergia **γńç** sergiam **SAR** – 27 glaream **Aλfρyø** – 31 scaturiginosa **R** – qua **wåzäucdqγbρ** quam **SAhjmfyçø** – ulico **S**$^1$ – 32 macer aut **Sh**$^2$ macera ut **Ah**$^1$**mσ** macera et **jb** – 34 frumentano **SA**$^1$**h**$^1$**jy** frumentanos **A**$^2$ – arbutus **γç** arbustus **SAR** – 35 excisas **AR** – 37 *post* habui *add.* uobis **AR** – 38 pratis **SA**$^1$ – exsequar **A**

infes⟨t⟩etur, *2* ramos nouellos proceros et nitidos, quos conprehensos manus possit circumuenire, hoc est manubrii crassitudine[m], feracissimos arboribus adimito et quam recentissimo⟨s⟩ i⟨n⟩ taleas recidito ita, ne corticem aut ullam aliam partem, quam qua[e] serra praeciderit, laedas. hoc autem facile contingit, si prius uaram feceris et eam partem, supra quam ramum secaturus es, faeno aut stramentis texeris, ut molliter et sine noxa corticis taleae superpositae secentur. *3* tale⟨ae⟩ deinde sesquipedales serra praecidantur. atque illae plagae utraque parte falce leuentur et rubrica notentur, ut sic, quemadmodum in arbore steterat ramus, ita pars recte et cacumine caelum spectans deponatur; nam si inuersa mergatur, difficulter conprehendit, et cum [ualidis] conualuit, sterilis in perpetuum est. sed oportebit palorum capita et imas partes mixto fimo cum cinere oblinere et ita totos eos inmergi, ut putris terra quattuor digitis alte superueniat. *4* sed binis indicibus ex utraque parte ⟨m⟩uniantur. hi sunt de qualibet arbore[s] breui spatio iuxta eas positi et inter se uinculo conexi, ne facile singuli deiciantur. hoc

---

9: *Colum. arb. 17* – 2–44 *Thphr. HP 2,5; Cato agr. 46,1; Gp. 9,11,3* – 6–44 *Gp. 9,5,4–11* – 8–20 *Varro rust. 1,40,4; Plin. nat. 17,124* – 8–13 *Pallad. 3,18,6* – 13–36 *Cato agr. 45* – 13–20 *Gp. 9,11,10–11* – 20–22 *Varro rust. 1,47* – 32–36 *Gp. 9,4,1–4* – 32–33 *Pallad. 3,18,6* – 33–36 *Cato agr. 61,2; Varro rust. 1,30; Pallad. 11,8,1, 12,5* – 37–40 *Thphr. CP 3,7,2; Plin. nat. 17,80–81* – 40–43 *Plin. nat. 17,93; Pallad. 3,18,5* – 42–43 *Cato agr. 6,1* – 43–44 *Cato agr. 6,2; Varro rust. 1,24,1* – 45–48 *Pallad. 3,18,2* – 49–54 *Thphr. HP 2,5,3; Cato agr. 28,1; Plin. nat. 17,86* – 58–60 *Thphr. CP 3,4,3, 3,6,5; Verg. georg. 2,348; Pallad. 3,18,5* – 61–65 *Cato agr. 28,2* – 65–69 *Pallad. 3,18,5* – 79–82 *Plin. nat. 17,130* – 82–84 *Cato agr. 5,8; Plin. nat. 17,139; Pallad. 11,8,1* – 84–86 *Pallad. 11,8,2* – 87–94 *Pallad. 4,8,1* – 87–92 *Pallad. 11,8,2* – 87–88 *Cato agr. 5,8* – 94–97 *Pallad. 11,8,2* – 101–104 *Pallad. 4,8,2, 11,8,3* – 104–107 *Cato agr. 93; Plin. nat. 17,262, 17,265; Pallad. 4,8,1*

---

9: 1 *pr.* **SAhbyç** – 2 seminarium **γb**$^2$**lç** seminario **SAR** – oleueto **S**$^1$ oleiueto **A** – modo **SR** modo uel **A** *om.* **λ** – 4 festinaueris **S**$^1$ fastinaueris **A** – 5 transitu *scripsi* traditus (ad- **h**$^2$ tard- **r**) **SAR** – pecoris *scripsi* pecori **SAR** *uide diss. pp. 169 sq.* – ager **p**$^2$ ater **SAR** – 6 infestetur *Trotzki* inferetur **S**$^2$**h**$^2$ infereturi **S**$^1$**Ajσ** inrefuturi **h**$^1$ inferturi **λ** – ramus **SA**$^1$ – 7 crassitudine **γ** crassitudinem **SAR** – 8 recentissimos in *scripsi* recentissimoi **S**$^1$**A** recentissimo (reten- **j**) **S**$^2$**R** – 9 qua **t** quae **SAR** – serram **A** – 10 uara **A** uaria **R** – 11 es **S**$^2$ est **S**$^1$**AR** – 12 et **olçø** ut **SAR** – taleae **jλńç** talae **SAhfryø** – 13 taleae **γç** tali **SAR** – sexquipedales **AR** – serra **γ** terra **SAR** – 14 lubrica **SAh** – 16 inuersam **A**$^1$ uniuersa **mpø** – 17 ualidis **SAR** *inclusi* – 18 est **γ** esse **SAR** – 19 oblinire **h**$^2$**jλfp** – inmergi *Schn.* inmediri **SAR** – 19 digitis quattuor **S**$^1$ – 20 indicibus **i**$^1$**t**$^2$ inducibus **SAR** – 21 muniantur *Schn.* uniantur **SA** (h)umantur **R** – qualibes **Ah**$^1$**jmfyø** – arbore **h**$^2$**ütlp**$^2$**çø**$^2$ arbores **SAR** – breue **SA** – 22 connexi **R** – 23 facere **SAhλf**$^2$**çø** facile

facere utile est propter fossorum ignorantiam, ut, cum bidentibus aut sarculis seminarium colere institueris, depositae tale[r]ae non laedantur.

*5* Quidam melius existimant oculis excolere ⟨et⟩ eosde⟨m⟩ simili ratione disponere. sed utrumque debet post uernum aequinoctium seri et quam frequentissime seminarium primo anno sariri, postero et sequentibus, cum iam radiculae seminum conualuerunt, rastris excoli. sed biennio a putatione abstineri, tertio anno singuli⟨s⟩ seminibus binos ramulos relinqui et frequenter sariri summarium conuenit; *6* quarto anno ex duobus ramis infirmior amputandus est. sic excultae quinquennii arbusculae stabiles translationi sunt. plantae autem in oliueto disponuntur optime siccis et argillosis agris per autumnum, laetis et umidis uerno tempore, paulo antequam germinent.

*7* Atque ipsis scrobes quaternum pedum praeparantur anno ante; uel si tempus non largitur, priusquam depona⟨n⟩tur arbores, stramentis atque uirgis iniectis incen[a]dantur scrobes, ut eos ignis putres efficiat, quos sol et ⟨p⟩ruina facere debuerit. spatia oliuetis esse debent pingui et frumentario solo sexagenum pedum in alteram partem atque in alteram quadragenum, macro neque idoneo segetibus quinum et uice[si]num pedum. sed in Fauonium derigi ordines conuenit, ut aestiuo perflatu refrigerentur.

*8* Ipsae autem arbusculae hoc modo possunt transferri: antequam plantari⟨o e⟩ruas arbusculam oleae, rubrica notato partem eius, quae

---

**jρy** facile facere **f**$^1$ – ignorantia **A** – uidentibus **S**$^1$**A**$^1$ – 24 depositae taleae **γp**$^2$ deposita et alere (ab aere **b** alterae **ç**) **SAR** – 26 et eosdem *scripsi* corde **SAR** – 27 disponeres et **S**$^1$ – 29 conualuerint **R** – 30 excolis et **S**$^1$**A** excoli et **S**$^2$ – singulis **γp**$^2$**çø**$^2$ singuli **SAR** – 31 summarum **h** seminarium **jbç** – 32 duabus **SAhmfryø** – 33 exultae **S**$^1$**Ahλσ** – quinquenni **AR** – 34 argillosis *Pomoell pp. 50 sq.* uliginosis **SAR** – 35 antiquam **S** – 38 si uel **Ajσ** – deponantur **hγ** deponatur (-nant **ç** -nat **ń**) **SAjλσ** – arbores stramentis **ü**$^2$**t** arbore si istam rectis (rectus **A**$^1$) **SA** arbore sistam (arborem istam **ç**) rectis **h**$^1$**jλσ** arbores si tam rectis **h**$^2$ – 39 atque uirgis iniectis *om.* **AR** – iniectis *Schn.* insectis **S** – incendantur **h**$^2$**ü**$^2$**tç** in cena (in cenam **m** uicena **b** in sena **ø**) dantur **SAh**$^1$**jλσ** – ignis **r**$^1$ ignes **SAR** – 40 putres efficiat **S** putresque ficiat **A**$^1$ putresque faciat **A**$^2$**R** – pruina **h**$^2$**d**$^1$**γp**$^2$**ç** ruina **SAh**$^1$**jλσ** – spatium **AR** – oliuetis esse **t** ut uitis me **S** uitis me **AR** – 41 debent **l** deberit (-ebit **h**$^2$**ç**) **SAR** – predum **S**$^1$ – 42 nemque **A** – 43 quinum **t** quidam **SAR** – uicenum **γ** uicesimum **SAhmf**$^2$**yø** uigesimum **jbf**$^1$**ρç** – Fabonium **SA**$^1$ – dirigi **AR** – 44 estiuo **t**$^2$**p**$^2$ et uruo **S**$^1$ et uro **S**$^2$ et ruo **A**$^1$ et riuo (suo **h**$^2$**ç**) **A**$^2$**R** – perflatu **Sh**$^2$**ç** perflatur **AR** – refrigerentur **Sh**$^2$ efrigerentur **Ah**$^1$**jρ** erigerentur **λf** effrigerentur **y** effringerentur **ç** effigerentur **ø** – 46 plantario eruas *scripsi* plantam (-ta **b**) pars **SAR** – arbusculam oleae *scripsi* arbusculas

meridiem spectat, ut eodem modo, quo in seminario ⟨st⟩etit, deponatur; deinde, ut arbusculae spatium pedale[m] in circuitu relinquatur atque ita cum suo caespite planta eruatur. qui caespes in eximendo ne soluatur, modico⟨s⟩ surculos uirgarum inter se conexos facere oportet eosque pila⟨e⟩, quae eximitur, adplicare et uiminibus ita innectere, ut constricta[e] terra[e] ueluti clausa teneatur, *9* tum subruta parte ima leuiter pilam commouere et subpositis uirgis adligare atque plantam transferre. quae antequam depona[n]tur, oportebit solum scrobis confodere bidentibus, deinde terram aratro subactam, si tamen pinguior erit summa humus, ⟨in⟩mittere et ita seminibus substernere; et si[c] constet scrobibus aqua, omnis haurienda est, ⟨p⟩riusquam demittantur arbores, deinde ingerendi minuti lapides et glarea mixta pingui solo, depositisque seminibus latera scrobis circumcidenda et aliquid stercoris interponendum.

*10* Quod si cum sua terra ⟨transferre⟩ plantam non conuenit, tamen optimum est omni fronde priuare truncum atque leuatis plagis caenoque et cinere oblitis scrobe[m] uel sulco[m] deponere truncos. gratus autem materi⟨i⟩s est, qui bracchi crassitudinem habet; poterit etiam longe maioris incrementi et robustioris transferri. quem ita conuenit poni, ut, si n⟨on⟩ periculum a pecore habeat, exiguum admodum supra scrobem emineat — laet⟨i⟩us enim frondet —, si tamen incursus pecoris aliter uitari non potuerit, celsior truncus constituetur, ut sit innoxius ab iniuria pecorum. *11* atque etiam rigandae sunt plantae, cum siccitates incesserunt, nec, ni⟨si⟩ post biennium, ferro tangendae; ac primo surculari debent, ita ut simplex stilus altitudine⟨m⟩ maximi bouis excedat; dein, ⟨ne in⟩ arando

---

olee **S** arbuscula sole **AR** *uide diss. pp. 170 sq.* – 47 meridiae **S**$^1$**A** – stetit *Pomoell pp. 52 sqq.* et id **SAR** – 48 pedale **γbç** pedalem **SAR** – reliquatur **S**$^1$ – 49 plant **A**$^1$ – 50 modicos **γlp**$^2$**ç** modico **SAR** – connexos **R** – 51 pilae **ü**$^2$**t** pila **SAR** – qua **S** – eximitur **cdqγb** eximuntur **SAR** – 52 constricta terra **γ** constrictae terrae **SAR** – uelut inclausa **AR** – 53 ina **A**$^1$ – 54 deponatur **γ** deponantur **SAR** – 55 confodere *F.-H. praeeunte Schn. comm. ad loc.* copia fodere (foed- **S**$^1$) **SAR** – uidentibus **S**$^1$ – 56 immittere **p** mittere **SAR** – 57 si **åt** sic **SAR** – 58 priusquam **t** nusquam **SAR** – dimittantur **S** – 59 glaream **A**$^1$ – 60 circumcedenda **A** – 61 transferre *ante* plantam *addidi, post* plantam *add. F.-H., om.* **SAR** – 62 flagis **S**$^1$**A** – 63 caenoque **S**$^2$ cinoque **S**$^1$**A** acinoque **R** – oblitis *Ald.* obruitis **SA** obrutis **R** – scrobe **γ** scrobem **SAR** – sulco **γ** sulcum **SAR** – 64 materiis **γ** maturis **SAR** – brachi **hjmfry** brachii **bńçø** – 65 robustionis **Ah**$^1$**jmfyø** – 66 si non *ed.pr.* sui **SAR** – peccora **Afyø** pecora **hjλρç** – 67 laetius **γ** laetus **SAR** – 70 sint **A**$^1$ – incesserunt **ozγlpńç** incenserunt **SAR** – nisi **tblç** ni **SAR** – 71 uiennium **S**$^1$ – tangendae **λρç** tangeri (tangi **h**$^2$**ń**) de **SAhjfρyø** – simpleix **S** – 72 stillus **S**$^1$ – altitudinem **γç** altitudine **SAR** – bouis *Gesner* scrobis **SAR** – ne in *addidi, om.*

coxam bos aliamque partem corporis offendat, optimum est etiam constitutas plantas circumuenire caueis, deinde constitutum iam et maturum oliuetum in duas partes diuidere, quae alternis annis fructu induantur. neque enim olea continuo biennio uberat.

*12* Cum subiectus ager consitus non est, arbor[i] coliculum agit. cum seminibus repletur, fructum adfert. ita sic diuisum oliuetum omnibus annis aequalem reditum adfert, sed id minime bis anno arari debet et bidentibus alte[r] circumfodiri; nam post solstitium, cum terra aestibus hiat, curandum est, ne per rimas sol ad radices arborum penetret. *13* post aequinoctium autumnale ita sunt arbores ablaqueandae, ut a superiore parte, si olea in cliuoso est, incilia excitentur, quae ad codicem deduca⟨n⟩t aquam. omnis deinde suboles, quae ex imo stirpe nata est, quotannis extirpanda est ac tertio quoque fimo pabulandae sunt oleae.

Atque eadem ratione stercorabitur oliuetum, qua in secundo libro proposui, ⟨si⟩ tamen segetibus pro⟨s⟩picietur; *14* ac si ipsis tantummodo arboribus, satis [s]erun⟨t⟩ singuli⟨s⟩ stercoris caprini sex librae, stercoris sicci modii singuli uel amurgae in⟨sulsae⟩ singulis congii VI. stercus autumno debet inici, ut permixtum hieme radices oleae calefaci⟨a⟩t. amurca ualentibus infundenda est; nam ⟨ui⟩ eius per hiemem, si uermes atque alia suberunt animalia, hoc medicamento necantur. *15* plerumque etiam locis siccis et umidis arbores musco infestantur, quem nisi ferramento eraseris, nec fructum nec laeta⟨m⟩ fronde⟨m⟩ olea inducet. quin etiam conpluribus interpositis annis oliuetum putandum est; nam ueteris prouerbii meminisse conuenit: eum, qui aret oliuetum, rogare

---

**SAR** – 73 coxa **Ah$^1$jλσ** – uos **S$^1$A** – offendit **A$^1$** – 74 caueis **ü$^2$t** cautis **S** gaudetis **A** gaudeas **R** – 75 diuidere **γh$^3$ç** diuideri **SAh$^1$jmfryø** diuidi **bh$^2$ń** – 76 bienni(i) **AR** – uberat *Ald.* eberat **S** deberat (-ret **ç**) **AR** – 77 arbor **t** arbori **SAR** – 78 ita … adfert *om.* **S$^1$rç** – 79 bis **S** huis **A$^1$** huius **A$^2$R** – 80 uidentibus **S$^1$Ah$^1$jmfry** – alte **p$^2$** alter **SAjmσ** altero **hb** *uide diss. pp. 151 sq.* – solstitium **hbfρç** solistitium (sil- **j**) **SAjmyø** – 81 radicem **SAhλσ** – 82 arborem **SA** – 83 incilia **S** in Cilicia (-am **ρ**) **AR** – 84 deducant *ed.pr.* deducat **SAR** – aquam *om.* **AR** – soboles **S$^2$R** – 85 quotannis **R** quodquodannis **S** quotquotannis **A** – exstirpanda **A** – 86 babulandae **A$^1$** uel pabulandae **R** – 88 si *add. Schn.*, *om.* **SAR** – prospicietur **b** propicietur **Smńy** propitietur **Ahjfryçø** – 89 erunt *scripsi* seruari **S** seruaueri **A** seruaueris (-ritis **h$^1$**) **R** – singulis **ucdqγç** singuli **SAR** – 90 amurcae **AR** – insulsae *Schn.* in **SAR** – 91 congii VI *Pomoell Eranos 30,24 sqq.* condiuis **SAR** – hyeme **t** hiemi **SAR** – 92 calefaciat **γç** calefacit **SAR** – 93 ui **γ** *om.* **SAR** – 95 eraseris *scripsi* ea reseris **S$^1$A** ea raseris **S$^2$** ea resecaueris **R** *cfr 4,24,6* – 96 laetam frondem **γbç** laeta fronde **SAR** – 97 ne **S** – 98 rogare **γp$^2$çø** rigare **SAR** – 99 stercoret **p$^2$çø** stercore **S$^1$AR** stercorat **S$^2$** – 102 foramen **cγç** formem

fructum, qui stercoret, exorare, qui caedat, cogere. quod tamen satis erit octauo anno fecisse, ne fructuarii rami subinde amputentur.

*16* Solent etiam quamuis laetae arbores fructum non adferre. eas terebrari Gallica terebra conuenit atque ita in for⟨a⟩men uiridem tale⟨a⟩m oleastri [p]arte demitti. sic uelut inita arbor fecundo semine fertilior extet; sed [si] haec ablaqueatione adiuuanda est amurgaque insulsa cum suilla uel nostra ur⟨in⟩a uetere, cuius utriusque modus seruatur[um]: nam maximae arbori, ut tantundem aquae misceatur, urna abunde erit. solent etiam uitio sol⟨i⟩ fructum oleae negare; *17* cui rei sic medebimur: altis gyris ablaqueabimus eas, deinde calcis pro magnitudine arboris plus minusue circumdabimus, sed minima arbor modium postulat. hoc remedio si nihil fuerit effectum, ad praesidium insitionis confugiendum erit; quemadmodum autem olea inserenda sit, postmodo dicemus. *18* nonnumquam etiam in olea unus ramus ceteris aliquanto est laetior, quem nisi recideris, tota arbor contristabitur.

Ac de oliuetis hactenus dixisse satis est. superest ⟨ratio⟩ pomiferarum arborum, cui rei deinceps praecepta dabimus.

## 10 De pomario

*1* Modum pomarii, priusquam semi⟨na⟩ seras, circumuenire maceriis uel saepe uel fossa praecipio nec solum pecori sed et homini

---

**10:** 2–45 *Pallad. 3,19; Gp. 10,2* – 2–9 *Colum. arb. 18* – 9–23 *Colum. arb. 19* – 9–14 *Plin. nat. 17,80* – 19–23 *Thphr. CP 2,10,1; Thphr. HP 3,3,5* – 21 *Plin. nat. 16,111* – 24–45 *Colum. arb. 20* – 36–38 *Plin. nat. 17,70* – 47–63 *Thphr. HP 2,8,2–3; Colum. arb. 21; Pallad. 4,10,23–36; Gp. 10,45* – 47–53 *Cato agr. 8,1* – 53–55 *Plin. nat. 17,255* – 57–60 *Plin. nat. 17,256* – 60–63 *Varro rust. 1,41,6; Plin. nat. 15,69–71; Macr. sat. 3,20,2* – 64–80 *Colum. arb. 22; Pallad. 2,15,6–19* – 64–69 *Plin. nat. 17,63; Gp. 10,57* – 74–80 *Plin. nat. 15,90; Pallad. 3,25,31–33, 12,7,17; Gp. 10,57* – 82–94 *Colum. arb. 23; Plin. nat. 17,259; Pallad. 4,10,1–6* – 88–94 *Gp. 10,30* – 95–104 *Gp. 10,23* – 95–99 *Colum. arb. 24* – 95–96 *Plin. nat. 17,136* – 96–99 *Plin. nat. 17,253; Pallad. 2,15,3* – 99–104 *Cato agr. 7,4; Plin. nat. 15,53–56; Macr. sat. 3,19,6* – 104–108 *Plin. nat. 15,37–38; 15, 49–51; Macr. sat. 3,19,2* – 109–125 *Colum. arb. 25* – 109–113 *Plin. nat. 17,136* – 109–111 *Pallad. 2,15,1 12,7,13,* – 112–113 *Pallad. 3,25,27, 12,7,1* – 113–115 *Pallad. 2,15,9; Gp. 10,72*

---

**SAR** – uiridam **SA** – 103 taleam *ed.pr.* talem **SAR** – arte *Schn.* parte **S** partem **AR** – demitti *scripsi* dimitti **SAR** – uelud **A** – 104 si **SAR** *om.* **å** – 105 nostra urina *ed.pr.* natura **SAR** – 106 seruatur **zäγ** seruaturum **SAR** – ut *Schn.* ui **SA** in **R** – 107 misatur **SA** – una **R** – soli **hγ** sol **SAjλσ** – 108 ole **S** – necare **AR** – ablaqueamus **AR** – 109 magnitudinem **SA** – 113 unus *om.* **A**[1] – 115 actenus **SA**[2] tenus **A**[1] – ratio **γ** *om.* **SAR** – 116 praecepta dabimus **S**[2] praeceptauimus **S**[1]**AR**

transitum negare, quoniam, si saepius cacumina manu detracta aut a pecoribus praerosa sunt, in perpetuum seminaria incrementum capere nequeunt. *2* generatim autem disponere arbores utile est, maxime etiam, ⟨ne⟩ inbecilla a ualentiore prematur, quia nec uiribus nec magnitudine par est imparique spatio temporis adolescit.

Terra, quae uitibus apta est, arboribus est utilis. ante annum, quam seminare uoles, scrobem fodies. ita sole pluuiaque macerabitur et quicqui⟨d⟩ depositum est, cito conprendet. *3* at si eodem anno et scrobem ⟨facere⟩ et arbores serere pro⟨per⟩abis, minime ⟨ante duos menses scrobes⟩ fodito, postea sarmentis incensis calefacito. quos si latiores patentioresque feceris, laetiores uberioresque fructus percipies. *4* sed scrobis clibano similis sit, imus summo patentior, ut laxius radices uagentur ac minus frigoris minusque aestate uaporis per angustum o⟨s⟩ penetr⟨et, t⟩um etiam cliuosis locis terra, quae in eum congesta est, pluuiis non abluatur.

*5* Arbores raris interuallis serito, ut, cum creuerint, spatium habeant, quo ramos extendant. nam si spisse posueris, nec infra serere quid poteris nec ipsae fructuosae erunt, nisi interuulseris. itaque inter ordines quadragenos pedes minimumque tricenos relinquere conuenit.

*6* Semina lege crassa non minus quam manubrium bide⟨n⟩tis, recta, leuia, procera, sine ulceribus, integro libro; ea bene et celeriter conprendent. si ex ueteribus ⟨arboribus⟩ ramos sumes, ⟨potissimum sumes⟩ de is, quae quotannis bonos et uberes fructus adferunt. ab

---

**10:** 1 *pr.* **SAhbyç** – 2 pomari **A** – semina seras **h$^2$ç** semiseras **SAR** – 3 praecipio **S** praecipi (-cepi **ç**) **Ah$^1$jmσ** praecipiti **h$^2$** praecingi **b** – et *om.* **jλ** – 5 peccoribus **A** – seminaria incrementum **t** seminarium crementum **SAR** – 7 ne **h$^2$γb$^2$ńçø** *om.* **SAh$^1$jλfry** – quia *om.* **A$^1$** – 8 imperique **S$^1$A** – 9 est (*ante* utilis) *om.* **A$^1$** – 10 fodi est **AR** – pluuiaque *ex Arb. 19,1 scripsi* pluuiasne **SAjmσ** pluuiisue **h$^2$bø$^2$** pluinasne **h$^1$** pluiasne **ø$^1$** – 11 quicquid depositum *scripsi* qua pedes positum **SAR** – conpendet **S$^1$** conpedet **A** competet **R** – at **S$^2$** ea **AR** *ras.* **S$^1$** – 12 facere *add. Ald.*, *om.* **SAR** – properabis *Brockh.* proibis **S** prohibis **A** prohibes **R** – 13 ante duos menses scrobes *ex Arb. 19,1 add. Ald.*, *om.* **SAR** – 14 latores **S$^1$A$^1$** – feris **SA$^1$** – ubuerioresque **S$^1$A** – 15 set **S$^1$** – cliuano **S$^1$** – imus *ed.pr.* umus **SA$^1$hmσ** humus **A$^2$jb** – summo **S** summum **A$^1$hλσ** summus **A$^2$j** – 16 *post* radices *add.* ac **A$^1$** – uaguentur **S$^1$** – 17 per angustum **γ** pleangustum (pre- **h$^2$jbρç**) **SAR** – os penetret tum *Lundström Eranos 1,45 sq.* openetrum **SAR** – 20 si **S$^2$A$^2$R** i **S$^1$A$^1$** – 21 interuolseris **Ahb$^1$σ** – 22 ordines **cdqγp** ordinem **SAR** – trigenos **S$^2$** – 24 bidentis **zäγ** uidetis **SAR** – 26 conprendent *scripsi* conprenderit **S** comprehenderit (-dent **ńç**) **AR** – ueterius **SA$^1$** – arboribus *ex Arb. 20,1 add. Pomoell pp. 67 sq.*, *om.* **SAR** – ramos *Schn.* ramis **SAR** – potissimum sumes *ex Arb. 20,1 addidi*, *om.* **SAR** – 27 his **AR** – quodannis **SA$^1$** – bono sed **S$^1$A** –

⟨humeris autem obseruabis⟩ illo⟨s⟩, qui sunt contra solem ⟨orientem, ut eosdem decerpas; sed si cum radice plantam posueris, incrementum ei maius futurum quam ceteris senties. arbores insitae fructuosiores quam quae insitae non sunt, id est⟩ quam quae ramis aut plantis ponentur.

*7* Sed antequam arbuscula⟨s⟩ transferes, nota, ut uentis, quibus ante ⟨stet⟩erunt, constitui possi⟨n⟩t. manus adhibeto, ut de cliuo et sicco ⟨in⟩ umidum agrum transferas. trifurca ⟨se⟩mina maxime ponito; ea extent minime tribus pedibus. si eodem scrobe duas aut tres arbusculas uole[n]s constituere, curato, ne inter se constringa⟨n⟩t; ⟨n⟩a⟨m⟩ it⟨a⟩ uermibus interibunt. *8* ⟨cum semina⟩ depones, dextra sinistraque usque in imum scrobem fasciculos sarmentorum brachii crassitudinis demittito, ita ut supra terram paulum extent, per quos aestate paruo labore aquam radicibus subministres. arbores ac semina cum radicibus autumno serito, hoc est circa Idus Octobris; *9* ramo⟨s⟩ uere, ⟨an⟩tequam germinant arbores, deponito. ac ne tinia molesta sit seminibus ficulnis, in imum scrobem lentisci taleam inuerso cacumine demittito.

## De fico

Ficum frigoribus ne serito; loca aprica, calculosa, glareosa, interdum et saxeta amat; eiusmodi agro cito conualescit, si scrobes amplos patentesque feceris. *10* fico⟨rum⟩ genera, ta⟨m⟩etsi sapore atque habitu distant, uno modo, dis⟨paribus locis⟩ pro differentia

uberi **S[1]A** – adferant **S** – 28 humeris autem obseruabis *ex Arb. 20,1 addidi, om.* **SAR** – illos *ed.pr.* illa **SAR** – orientem ... id est *ex Arb. 20,1 addidi praeeuntibus Schn. et F.-H., om.* **SAR** – 31 ramis **är[1]** rimis **SAR** – 32 ponentur *Pont.* conentur **SAR** – 33 arbusculas *ed.pr.* arbuscula **SAR** – transferres **SAhm[1]fyø** transferas **ç** – ut uentis **ç** uiuentis **SAR** – 34 steterunt *Pomoell pp. 70 sq.* runt **S** erunt **AR** – possint **w[1]ç** possit **SAR** – adhibeto **S** adiuueto **AR** – 35 in **γp[2]** *om.* **SAR** – trifurca semina *ex Arb. 20,2 Pomoell pp. 71 sq.* trifurcamina **S** trifurcam in **A** trifurcam **R** – maxima **S[1]** – 37 uoles **cγç** uolens **SAR** – inter **b[2]** puter **SAR** – constringant **oγ** constringat **SAR** – 38 nam ita uermibus **t** aut uerbi aut (ut **S**) **SAR** – cum semina *ex Arb. 20,3 add. Ald., om.* **SAR** – 39 depone **AR** – usque **R** us **SA** – fasciculas **SA[1]** – 40 brachii **γ** brachia **SAR** – demittito **hbfyçø** demicito **S[1]A** demitito **S[2]** demittita **j** dimittito **mρ** – 41 sumministrare **AR** – 42 cum *om.* **A[1]** – 43 ramos uere antequam *ex Arb. 20,3 Pomoell pp. 76 sq.* remoueret equam **SA** remoueret aquam **R** – 44 molestia **S** – 45 aleam **SA[1]** – dimittito **AR** – 46 *pr.* **SAhbyç** – fico **Ahyç** elco **S** ficu **b** – 48 sazeta **SA[1]** – huiusmodi **jλ** – agro *ex Arb. 21,1 scripsi* arbor **SAR** – 49 ficorum **γ** fico **SAR** – genera tametsi *scripsi* generata etsi **SAR** – 50 disparibus locis *ex Arb. 21,1 scripsi* des **S** id est **AR**

agri seruntur: locis frigidis et autumni tempori⟨bu⟩s aquosis praecoques ponito, ut ante pluuiam fructum deligas; locis calidis hiberna⟨s serotinas⟩ serito. a[u]t si uoles ficum quamuis non natura[m] seram facere, tunc grossulos, priorem fructum, decutit⟨o⟩; ita alterum ⟨e⟩det, quem in hieme⟨m⟩ differet. nonnumquam etiam, cum frondere coeperint arbores, cacumina fici ferro summa prodest amputare; sic firmiores arbores et feraciores sunt. ac semper conueniet, simulatque folia agere coeperi[n]t ficus, rubricam amurga diluere et cum stercore humano ad radicem infundere. *11* ea res efficit uberiorem fructum et fartum fici pleniorem ac meliorem. serendae sunt autem praecipue Liuianae, Africanae, Calchidicae, Chiae, Lydiae, callistrutiae, ⟨m⟩ariscae, Rhodiae, Libycae, Tiburnae, omnes etiam biferae et [an]t⟨r⟩iferae flosculi.

*12* Nucem Graecam serito circa Kalendas Februarias, quia prima gemmascit. agrum durum, calidum, siccum desiderat; nam in locis diuersis nucem si deposueris, plerumque putrescit. antequam nucem deponas, in aqua[m] mulsea nec nimis dulci macerato; ita iucundioris saporis fructum, cum adoleuerit, praebebit et interim melius atque celerius frondebit. *13* ternas nuces in trigonum statuito et nux a nuce minime palmo absit et anceps ad Fauonium spectet. omnis autem nux unam radicem mittit et simplici stilo prorepit; cum ad scrobis solum radix peruenit, duritia humi coercita recuruatur et ex⟨ten⟩sa in modum ramorum alias radices emittit.

*14* Nucem Graecam et auellanam Tarentinam facere hoc modo poteris: in quo scrobe destinaueris nuces serere, in eo terram minutam in modum semipedis ponito ibique semen ferulae pangito. cum

– 51 temporibus ç temporis **SAR** – aquosis **S**$^{2}$ a quo is **S**$^{1}$**AR** – 52 hibernas *Ald.* hiberna **SAR** – 53 serotinas *ex Arb. 21,1 add. Pomoell pp. 77 sq., om.* **SAR** – at *Ald.* aut **SAR** – natura **γlp**$^{2}$**ç** naturam **SAR** – 54 decutito **γ** decutit **SAR** – 55 edet **hγ** det **SAjλσ** – hyemem **ü** hieme **SAR** – cum *om.* **AR** – fronde **S** – 56 cacuminiha **S**$^{1}$ cacuminina **S**$^{2}$ – anputare **S**$^{1}$ – 57 faraciores **S**$^{1}$ – 58 coeperit **γ** coeperint **SAR** – amurgam **S** – 60 fartum *ex Arb. 21,2 Ald.* partum **SAR** – 61 Libianae **S** – Calchidicae **Smńγçø** Chalchidicae **Ahjbfr** – Chiae *scripsi* fulcae **SAR** – 62 callistrutiae **ρç** callistrustiae **SAhjλfyø** – mariscae *scripsi* astopiae **SAR** – Rohiae **SA** – Libycae **Shfç** Lybicae **Amry** Libicae **jbń** Libyte **ø** – Tiburnae *F.-H.* Tibernae **Sjmń** Tybernae **Ahbfryçø** – 63 triferae *ed.pr.* antiferae **SAR** – 67 aqua **zädqγb**$^{2}$**ç** aquam **SAR** – macerat **AR** – 70 a nuce minime **S** geniminiae **Ajfryø** genimine **hmńç** gemmae **b**$^{1}$ gemima **b**$^{2}$ – 71 nox **Ah**$^{1}$**jf**$^{2}$ – stilo **S** stoillo **A**$^{1}$ stolo (striolo **ρ**) **A**$^{2}$**R** – 72 solum **d**$^{1}$**γlç** solux **S** solus **AR** – 73 extensa in modum *ex Arb. 22,2 Urs.* ex se in modum **S** ex summo dum **AR** – alias **S** auas **A**$^{1}$ abas **A**$^{2}$ ambas **R** – 75 nuces **γp**$^{2}$**ç** neces **SAR** – minutam **Sh**$^{2}$ inuitam **AR** – 76 in **S** pro **AR** – ferulae **SA**$^{2}$**R** ferul **A**$^{1}$ – repangito **AR** – 77 ea **Ahjλfyø** –

ferula fuerit enata, eam findito et in medullam eius sine putamine nucem Graecam uel auellanam abscondito et ita adobruito. hoc ante Kalendas Martias facito uel etiam inter Nonas et Idus Martias. eodem tempore iuglandem et pineam et castaneam serere oportet.

## De malo Punico emendando

*15* Malum Punicum [h]a uere usque in Kalendas Aprilis recte seritur. quod si acidum aut minus dulcem fructum feret, hoc modo emendabitur: stercore suillo et humano urinaque uetere radices rigato; ea res et fertilem arborem reddet et primis annis fructum uinosum, post uero etiam dulcem et ap⟨y⟩rinum facit. nos exiguum admodum laseris uino diluimus et ita cacumina arboris summa obleuimus; ea res emendauit acorem malorum. *16* mala Punica ne in arbore ⟨h⟩ient, remedio erit, lapides tres si, cum ⟨se⟩res arborem, ad radicem ipsam conlocaueris. at si iam arborem sitam habueris, scillam secundum radicem arboris serito. alio modo: cum iam matura mala fuerint, antequam rumpantur, ramulos, quibus dependent, intorqueto; eodem modo seruabuntur incorrupta etiam toto anno.

*17* Pirum autumno ante brumam serito, ita ut minime dies XXV ad brumam supersint. quae ut sit ferax, cum adoleuerit, alte eam ablaqueato et iuxta ipsam radicem truncum findito, in fissuram cuneu⟨m⟩ taedae pineae adigito et ibi relinquito; deinde adobruta ablaqueatione cinere⟨m⟩ supra terram inicito. *18* curandum est autem, ut quam generosissimis piris pomaria conseramus. ea sunt crustumina, regia, Signina, Tarentina, quae Syria dicuntur, purpurea, superba, hordeacea, Aniciana, Naeuiana, Fauoniana, Lateritana, Dolabelliana, Turraniana, uolema, mulsa, praecocia, Vene-

---

medulla **AR** – 78 uel **S** ut **AR** – nouellana **A**$^{1}$ auellana **A**$^{2}$**jmfryø** – abobruito **A**$^{1}$ obruito **A**$^{2}$ – 80 iugulandem **A**$^{1}$ – 81 *pr.* **SAhbfyç** – 82 a uere *Pol.* habere **SAR** – 83 modum **A**$^{1}$ – 86 uero etiam *ex Arb. 23,1 Pomoell pp. 81 sqq.* quinquennium **SAR** – apyrinum *Thes. 2,346,52 sq.* aprinum **SAjλfńyç** apricum **hr** aprimum **ø** – 89 hient **h** ient **SA**$^{1}$ uent **A**$^{2}$**jλσ** – seres **h**$^{2}$ res **SAR** – 90 colueris **AR** (*exc.* **h**$^{2}$) – at **A**$^{2}$**R** a **S** ad **A**$^{1}$ – 96 ad **R** a **SA** – bruma **S** – adoluerit **SAh**$^{1}$**λr**$^{2}$**yç** – 97 trunco **A**$^{1}$ – in **t** et **SAR** – 98 cuneum **t** cuneo **SAR** – pinea **S** pinae **A** – adigito *scripsi* dicito **S** adicito **AR** *cfr infra lin. 114* – adobruta **S**$^{2}$ abobruta **S**$^{1}$ abruita **A** absumpta **R** – 99 oblaqueatione **A** – cinerem **cdqγlpń** cinere **SAR** – 101 crustumna **S**$^{1}$ – Tarentina **h**$^{1}$**mçø** Terentina **SAh**$^{2}$**jbfρy** – Syria **ütρç** Syna **SAR** – 102 hordeacea **Ahfçø** hordeacia **S** ordeacea **jbρy** ordeatia **m** – Fauouiana **A**$^{1}$ – 103 mulsia **SA** – 104 numeratio **A**$^{1}$ – 105 Scaudiana *F.-H.* Scaidianam **S**

ria, quaedam alia, quorum enumeratio nunc longa est. *19* praeterea malorum genera exquirenda, maxime Scaudiana, Matiana, orbiculata, Cesti⟨a⟩na, Pedusiana, Amerina, Syrica, melimela, cydonea, quorum genera tria sunt: strutia, chrysomelina, mustia, quae omnia non solum uoluptatem sed etiam salubritatem adferunt.

*20* Sorbi quoque et Armeniaci atque Persici non minima est gratia. mala, sorba, pruna post mediam ⟨hi⟩emem usque in Idus Februarias serito; mororum ab Idibus Februariis usque ad aequinoctium uernum satio est; siliquam Graecam, quam quidam ceration uocant, et Persicum ante brumam per autumnum serito. amygdala si parum ferax erit, forata arbore lapidem adigito et ita librum arboris inolescere sinito.

*21* Omnium autem generum ramos circa Kalendas Martias in hortis, ⟨ubi e⟩t su⟨bac⟩ta e[s]t stercorata terra est, per puluinos arearum disponere conuenit; danda est opera, ut, dum teneros ramulos habent, ueluti pampinentur et ad unum stilum primo anno semina redigantur; et cum autumnus incesserit, antequam frigus cacumina adurat, omnia folia decerpere expedit et ita crassis harundinibus, quae ab una parte nodos integros habea⟨n⟩t, quasi pilleos induere *22* atque sic a frigore et gelicidiis teneras adhuc uirgas tueri. post XXIIII deinde menses, siue transferre et disponere in ordinem uoles siue inserere, satis tuto utrum⟨que⟩ facies.

## 11 De insitione

*1* Sed omnis surculus inseri potest, si non est ei, cui inseritur, arbori cortice dissimilis. si uero etiam similem fructum et eodem tempore adfert, sine scrupulo egregie inseritur.

---

gaudiana **AR** – 106 Cestiana *Thes. Onom. 2,355,60 sqq.* Cestina **SAR** *cfr 12,47,5* – 107 tia **S** – strutia **ρ** strutiac **S** struthia **Ahλfç** struthya **j** strucia **y** struchia **ø** – chrysomelina **Ahjfyçø** chysomelina **S** chrisomelina **λ** chrisomeliana **ρ** – mustiae **S** – 108 uoluptate **SA** – 109 sorui **S**$^1$**A**$^1$ – 110 *ante* mala *add.* et **A**$^2$**R** – sorba **S**$^2$**hç** sorua **S**$^1$**Ajλσ** – hiemem *Schn.* essem **SA** messem **R** – 111 mororum *ex Arb. 25,1 ed.pr.* malorum **SAR** – 112 stio **S** – quedam **SA** – cerationi **S** – 114 adigito *Urs.* adicito **SAR** – 116 genererum **S**$^1$ – ramus **AR** – 117 hostis **SA** – ubi et subacta et *ex Arb. 25,2 Pomoell Eranos 30,34 sqq.* truta est **SAR** – est per *ex Arb. 25,2 Pomoell Eranos 30,34 sqq.* super **SAR** – 121 fodia **A**$^1$ – 122 ima **hλσ** – habeant **äqγń** habeat **SAR** – pilleos *ex Arb. 25,2 Pomoell Eranos 30,36 sq.* tiliae **SAR** – induere atque sic *ex Arb. 25,2 Ald.* sic induere atque **SAR** – 123 gelicidis **SA**$^1$ – adhuc **γ** adit ut **SAR** – 125 utrumque *ed.pr.* utrius (-que **ρ**) **SAR** – facies *ex Arb. 25,2 scripsi* facere **SAR**

Tria genera porro insitionum antiqui tradiderunt: unum, quo resecta et fissa arbor insertos surculos accipit, alterum, quo resecta inter librum et materiam semina admittit, quae utraque genera ueris temporis sunt, tertium, quo ipsas gemmas cum exiguo cortice in partem sui delibratam recipit, quam uocant agricolae emplastrationem, uel, ut quidam, inoculationem; hoc genus insitionis aestiuo tempore optime usurpatur. *2* quarum insitionum rationem cum tradiderimus, a nobis repertam quoque docebimus.

Omnes arbores, simul gemmas agere coeperi⟨n⟩t, luna crescente inserito, oliuam autem circa aequinoctium uernum usque in Idus Aprilis. *3* ex qua arbore inserere uoles et surculos ad insitionem sumes, uideto, ut sit tenera et ferax nodisque crebris, et cum primum germina tumebunt, de ramulis, qui solis ortum spectabunt et integri erunt, eos legito crassitudine digiti minimi. surculi sint bifurci uel trifurci. arborem, quam inserere uoles, serra diligenter exsecato ea parte, qua maxime nitida et sine cicatrice est, dabisque operam, ne librum laedas. *4* cum deinde truncam reddideris, acuto ferramento plagam leuato, deinde quasi cuneum tenuem, ferreum uel osseum, inter corticem et materiam ne minus digitos tres sed considerate demittito, ne laedas aut rumpas corticem. postea surculos, quos inserere uoles, falce acuta ex una parte deradito tantum, quantum cuneus demissus spatii dabit, atque ita, ne medullam neue alterius partis corticem laedas. *5* ubi surculos paratos habueris, cuneum uellito statimque surculos ⟨demittito⟩ in ea for⟨a⟩m⟨in⟩a, quae cuneo adacto inter corticem et materiam feceris. ea autem fine,

---

11: *Thphr. CP 1,6; Varro rust. 1,40,5–1,41,3; Verg. georg. 2,78–82; Plin. nat. 17,99–112, 17,118–119; Pallad. 3,17, 14,51–164; Gp. 3,3,9, 10,75* – 2–75 *Colum. arb. 26* – 13–41 *Cato agr. 40,2–4* – 14–15 *Pallad. 5,2,1* – 27–33 *Pallad. 11,12,5* – 51–71 *Cato agr. 42; Pallad. 7,5,2–4; Gp. 10,77* – 75–99 *Colum. arb. 27* – 86–99 *Plin. nat. 17,137–138*

---

11: 1 *pr.* **SAhbfyç** – 3 ue **S**$^{1}$ – 4 *ante* sine *add.* nisi **A**$^{1}$ – scropulo **S** – 6 arbor insertos *ex Arb. 26,1 scripsi* arbore sextos **S** arbor resectos **AR** – 9 emplastationem **R** – 10 inuculationem **A**$^{1}$ – aestiuo tempore *ed.pr.* aestiui temporis **SAR** – 12 quoque repertam **jλ** – 13 coeperint **γbńç** coeperit **SAhjmσ** – 15 arbores **A**$^{1}$ – 16 si **S** – 17 germina tumebunt *Ald.* germinatum ibunt **SAR** – 19 excato **S** – 20 est **AR** et **S** – 21 truncum **A** – 24 post **A**$^{1}$ – 25 quantam **S**$^{2}$**hjmfryø** – 26 cuneus **γpçø** cuneis **SAR** – demissus **å**$^{1}$**ur**$^{2}$ dimissus **SAhjfyçø** dimissis **λ** demissis **r**$^{1}$**ń** – spati **S** – medullam *F.-H.* medullis **SAR** – 27 parti **S**$^{1}$ – *ante* paratos *add.* dimittito **AR** – paratos ... statimque surculos *om.* **S**$^{1}$ – habueris **ü**$^{2}$**t** straueris **S**$^{2}$**AR** – 28 cuneo **S**$^{2}$ – uel lecto **AR** – demittito *scripsi* dimittito **t** *om.* **SAR** *cfr Pomoell pp. 90 sq.* – foramina **x**$^{2}$**ü**$^{2}$**t**$^{2}$ forma **SAR** – 30 qua adraseris

qua adraseris, surculos sic inserito, ut semipedem uel amplius de arbore extent. in una arbore duos uel, si truncus uastior est, plures calamos recte inseres, dum ne minus quattuor digitorum inter eos sit spatium; pro arboris magnitudine et corticis bonitate haec facito. *6* cum omnes surculos, quos arbor ea patietur, demiseris, libro ulmi uel iunco aut uimine arborem constringito; postea paleato luto bene subacto oblinito ⟨to⟩tam plagam et spatium, quod est inter surculos, usque adeo, dum minime quattuor digitis ins⟨i⟩ta extent. supra lutum deinde [ra]muscum inponito et ita ligato, ne pluuia dilabatur. quosdam tamen magis delectat in trunco arboris locum seminibus serra facere insectasque partes tenui scalpello leuare atque ita surculos aptare.

*7* Si pusillam arborem ⟨in⟩serere uoles, imam abscidito, ita ut sesquipedem e terra extet; cum deinde praecideris, plagam diligenter leuato et medium truncum acuto scalpro modice findito, ita ut fissura digitorum trium sit. in ea⟨m⟩ deinde cuneum, quo diducatur, inserito et surculos ex utraque parte adrasos demittito, sic ut librum seminis libro arboris aequalem facias. *8* cum surculos diligenter aptaueris, cuneum eximito et arborem, ut supra dixi, adligato, deinde terram circa arborem adaggerato usque ad ipsum insitum. ea res a uento et calore maxime tuebitur.

Tertium genus insitionis cum sit subtilissimum, non omni generi arboru⟨m⟩ idoneum est, sed fere recipiunt talem insitionem, quae umidum sucosumque et ualidum librum habent, sicut ficus. *9* nam et lactis plurimum mittit et corticem robustum habet. optime itaque ea inseritur ⟨s⟩carifici ratione:

---

**A**$^2$ quadraseris **SA**$^1$ quo adraseris **R** – 31 in una ... extent *lin. 37 om.* **AR** – 34 arbor ea *Gesner* arbores **S** – 36 totam *Gesner* tam **S** – 37 adeo dum *Schn. comm. ad loc.* ad eodem **S** – insita *Gesner* insta **S** – lutum *ex Arb. 26,5 Pomoell pp. 91 sq.* in **S** inde **A** inde est **R** – 38 muscum *ex Arb. 26,5 ed. pr.* ramuscula **SAR** – 42 pussillam **A**$^1$ – inserere **γlç** serere **SAR** – unam **jλr**$^1$**y** – 43 sesquipedem e **d** sexquipedem e **jbç** sequipedamen **S** sesquipedam (sequi- **A**$^1$) e **Ahfy** sexquipedam (-dalem **ń**) e **mρø** – *post* extet *add.* et **AR** – 44 scalpro **SAyç** scalpello pro **hλø** scalpro pro **jρ** scalplo pro **f** – 45 eam *ex Arb. 26,6 scripsi* ea **SAR** – deinde de **S** – 46 demittito *Ald.* dimittito **SAR** – 49 id **SAmfçø** – 51 *ante* tertium *add.* nos **SA**$^2$**R** – generi **R** geriem **SA**$^1$ generiem **A**$^2$ – 52 arborum **ocd** arbori **SAjλσ** arbore **h**$^1$ arboris **h**$^2$**ç** – 54 habent **A**$^1$ – 55 ea *om.* **AR** – scarifici *scripsi praeeunte Dahllöf Eranos 25,288* carifici **SA** caprificii **R** – ratione **S** raneus **AR** – 56 *pr.* **SAhbfyç** – 58 is (his **A**) dein quaerito **SA** hisdemque serito **R** – certamque spem germinis **t** certaminis **SAR** – 59 et eam *ex Arb. 26,8 ed.pr.* etiam **SAR** – 60 gemma media **S** gemmaedia **AR** – sit et **Sh**$^2$ sitae **AR** – ita **S** ut **AR** – 61 emplastraturus **Sj** eam plastraturus **A** emplastaturus **λfç** eam emplastraturus (-sta-

## De fico inserendo

Ex arbore, de qua inserere uoles, nouellos et nitidos ramos eligito; in is dein quaerito gemmam, quae bene apparebit certam⟨que spem germ⟩inis habebit, et eam duobus digitis quadratis circumsignato, ut gemma media sit, et ita acuto scalpello circumcisam diligenter, ne eam laedas, delibrato. *10* item alterius arboris, quam emplastraturus es, nitidissimum ramum eligito et eiusdem spatii corticem circumcidito et materiam delibrato. deinde in eam partem, quam nudaueris, praeparatum emplastrum aptato, ita ut alterae delibratae par⟨ti⟩ conueniat. *11* ubi ita haec feceris, circa gemmam bene adligato cauetoque, ne laedas ipsum germen; deinde commissuras et uincula luto oblinito, spatio relicto, ut gemma libera uinculo non urgeatur. arboris autem insitae subolem et ramos superioris praecidito, ne quid sit, quo[d] possit auocari, aut ne cui[m] magis quam insito seruiat; post XXI diem soluito emplastrum. et hoc genere optime etiam olea inseritur.

## De insitionibus arborum

*12* Quartum illud genus insitionis iam docuimus, cum de uitibus disputauimus; itaque superuacuum est hoc loco repetere traditam rationem terebrationis. sed cum antiqui negauerint posse omne genus surculorum in omnem arborem inseri et ex illa definitione, qua[e] nos ante paulo usi sumus, ueluti quan⟨dam⟩ legem sanxerint eos tantum surculos posse coalescere, qui sint cortice ac libro et fructu consimiles is arboribus, quibus inseruntur, existimauimus errorem et huius opinionis discutiendum tradendamque posteris rationem, qua possit omne genus surculi omni generi arboris inseri. *13* quod ne longiore exordio legentem fatigemus, unum quasi exemplum subiciemus, quo possit omne genus surculi dissimilibus arboribus inseri.

---

**r**$^2$**ø**) **hϱyø** eam ampleastaturus **r**$^1$ – 62 es **Ahjbσ** est **Sm** – 64 apto **Ahjmfϱyø** – alte **S** – 65 parti conueniat *ed.pr.* par conueniat *uel* parco ueniat **SAR** – uene **S**$^1$ – 68 urgueatur **S**$^1$ – arbores **Ahjb**$^1$**σ** – sobolem **S**$^2$**A** – 69 quo *Ald.* quod **SAR** – uocari **AR** – ne cui **γç** nec uim **SAR** – 72 *pr.* **SAhfyç** – de insitionibus **Ahfyç** instio **S** – arborum *om.* **S** – 73 quarum **Ahjbfryçø** quare **m** – uitis **Ahjmfϱyø** – 75 tenebrationis **S**$^1$**A** – 76 illa **Shç** tila **Ajλfy** tilia **ϱø** – diffinitione **bϱ** difinitione **h**$^2$**m** – 77 qua **h**$^2$**dγb**$^2$**lp**$^2$**ńç** quae **SAh**$^1$**jmb**$^1$**fryø** – ueluti quandam *ed.pr.* uel antequam **SAR** – 78 tantum **cγ** tantos **SAR** – conualescere **AR** – 79 his **AR** – existimabimus **AR** – 81 omni **AR** omne **S** – genere **SAhλfryø** – 83 dissimilibus *F.-H.* dissimilis **Sf** dimissis **AR** – 85 *pr.* **SAhbfyç** – 86 scro-

## Oliuae insitio

Scrobe⟨m⟩ quoqueuersus pedum IIII ab arbore oliuae tam longe fodito, ut extremi rami oleae possi⟨n⟩t ea⟨m⟩ contingere. ⟨in⟩ scrobem deinde fici arbusculam deponito, diligentiamque adhibeto, ut robusta et nitida fiat. *14* post biennium, cum iam satis amplum incrementum ceperit, ramum oliuae, qui uidetur nitidissimus, deflecte et ad crus arbor⟨is⟩ ficulneae religa atque ita, amputatis ceteris ramis, ea tantum cacumin⟨a, quae ins⟩eres, relinque. tum arborem fici detrunca plagamque leua et mediam cuneo finde. *15* cacumina deinde oliuae, sicuti matri cohaerent, utraque parte adrade et ita fissurae fici insere cuneumque exime ⟨et⟩ diligenter ramulos colliga, ne qua ui reuella⟨n⟩tur. sic interposito triennio coalescet ficus cum olea, et tum demum, quarto anno, cum ⟨b⟩ene coierit, uelut propagines ramulos oliuae a matre resecabis. hoc modo omne genus in omnem arborem inseres.

Ac priusquam finem libri facimus, quoniam fere species surculorum omnes persequimur, ⟨sed⟩ priori⟨bu⟩s libris de cytiso incipere prauum at⟨que in⟩tempestiuum fuit, nunc arboris praecipientes opportune eius meminerimus.

## 12 De cytiso

*1* Cythisum in agro esse quam plurimum maxime refert. quod gallinis, apibus, ouibus, capris, bubus quoque et omni generi pecudum utilissimum est, quod ex ea cito pinguescit et lactis plurimum

---

**12:** 2–29 *Colum. arb. 28; Plin. nat. 13,130–134* – 6–7 *Varro rust. 1,23,2* – 17–18 *Varro rust. 1,43*

---

bem **dγp** scrobe **SAR** – pedum **dγ** pedes **SAR** – ab *om.* **AR** – aliue **S**$^1$ – 87 olae **S** – possint eam **d** possit ea **S** positae **AR** possint **b** – in *add. ed.pr., om.* **SAR** – 88 adiueto **A**$^1$ adibeto **A**$^2$ – 90 defrecte **S**$^1$**A** – 91 arboris **h**$^2$**cdγl**$^2$**p**$^2$**ńç** ar **S**$^1$ *ras.* **S**$^2$ arbor **Ajλfryø** arbori **h**$^1$ – 92 cacumina quae inseres *Lundström* cacumineris **SA** cacuminer **myø** cacumine **hf** cacuminner **j** cacumina **bρç** – 93 cuneam **AR** – 95 fici insere **SA**$^2$**R** ficunsere **A**$^1$ – et *ex Arb. 27,4 add. ed.pr., om.* **SAR** – 96 reuellantur **hcγp** reuellatur **SAR** – conualescet **AR** – 97 bene **d** ene **S** eno **Ah**$^1$**jλfrç** euo **ńyø** eo **h**$^2$ – 98 uelud **A** – 99 omnem *om.* **R** – 100 fine **S** – specimus **SA**$^1$ – 101 sed *add. Pomoell Eranos 30,44, om.* **SAR** – prioribus **h**$^2$**γ** priores **SAjλσ** priore **h**$^1$ – cythiso **R** – 102 paruum **Ahλσ** parum **j** – atque intempestiuum *Pomoell Eranos 30,43 sq.* ac tempestiuum **SAR** – 103 oportune **AR**

**12:** 1 *pr.* **SAhλfyçø** – 2 cytisum **A**$^1$**f**$^1$ citisum **y** – 3 ouibus *om.* **AR** – genere **Ahmb**$^1$**fryø** – 4 ea **SA**$^2$**R** a **A**$^1$ – laetis **Afyç** – 5 mensis **Ah**$^1$**jλσ** – papulo **S**$^1$ –

praebet, cum etiam ouis octo mensibus uiridi eo pabulo uti et postea arido possit. praeterea in quolibet agro quamuis macerrimo celeriter comprendit; omnem iniuriam sine noxa patitur. *2* mulieres quidem si lactis inopia premuntur, cythisum aridum in aqua macerare oportet et, cum tota nocte permaduerit, postero die expressi suci ternas heminas permiscere modico uino atque ita potandum dare; sic et ipsae ualebunt et pueri abundantia lactis confirmabuntur.

*uerba* ac — procurrerunt *om.* **a** per *om.* **hk** ac] et **q** at **r** paulum **t** pabulum **bdgnqvxyå** ad pabula **m** per pabulum **r** pcucurrert **A** 2 nec tigine **e** correcte **dr** correcpte **q** 3 capita *om.* **w** corpora capita **nx**[1] proclinent **S** proclinentur **AR** procliuentur **lnqr**[2] prodimentur **ö** procliueruntur **r**[1] declinent **p** declinentur **v** ut *om.* **Aewå** aduersa(auersa **v**)**γzä** 4 de *om.* **a** dignis **A** digitis duobus **γϰ**(*exc.* **ju**) 5 ac | lunibus **A** adunibus **h**[1]**q** ueram **w** ueniam **å** fenam **q** 6 ample **p** opportet **nw** 7 auictu **S** abiectu **aq** abi&u **v** ad ictum **pπ** sub ictu **ø** 8 colligari (conl- **abfh**[2]**jmoyzø**) saligneo **SR** colligaris aligneo **A** conligaris a ligneo **eh**[1]**wå** etiam] et **kp** *om.* **n** 9 tecto sanguine **ωm** 10 callidam **dä** (**h**[1]?) caldam **fprø** quantum **γdkpqrzä** uolet **γc** 11 hordeacee **R** hordeacie **SA** ordeacee **γ**(*exc.* **ü**)**ϰ**(*exc.* **u**) **klsåö** singulis **pπ** sestarios **Sπ** strinnosis **d** strumosi **s** strumosiq; **ä** 12 emittendus **p** est *om.* **wå** profluxerit **R** pluxerit **SAe** produxerit **w** profluxe **nüx**[1] perfluxerit **aq** preluxerit **å** 13 trita caea **A**[1] tritica **mu**[1] tritici & **p** in totum **π** conuenit **γϰ**(*exc.* **ju**) **sö** conueniẽt **h** qui **wå** 14 praesentius *om.* **S**[1]**ö**[1] prestantius **c** putant frequentius esse **ö** esse putant **γ** cum per **R** compea **S** cum pea **Aewå** cum pecorum **c** cornu **γ**(*exc.* **n**)**köπ** 15 cyatos **ör** chyatos **k** cythatos **sw** cythitos **å** ciathos **g** ciatos **nptvxzäö** gari **R** cari **S**[1]**Aewå** gariri **ä** agri **r** *om.* **k** demittunt **S** dimittunt **AR** fixas **gr** fissa **ø** 16 fercularum(fecu- **ø**)**αnvx**[1]**ø** forularum **ä**

strumae ferulis contingantur. nauseantibus quoque salutaris 4 habetur eburnea scobis sali fricto et fabae minute fresae conmixta ieiunisque prius quam in pascua prodeant obiecta. solet etiam uniuersum pecus aegrotare, ita ut emacietur nec cibos capiat productumque in pascua medio campo procumbat et quodam ueterno pressum somnos aestiuo sub sole captet. quod cum facit, totus grex tecto clauditur stabulo atque 5 uno die abstinetur potione et pabulo. postridie radix anguinei cucumeris trita et conmixta cum aqua datur sitientibus, quam cum pecudes biberunt, nausea correptae uomitant atque expurgantur, omnique bile depulsa cicercula uel faba dura muria consparsa, deinde sicut hominibus aqua calida potanda permittitur.

Sed cum omni quadripedi per aestatem sitis sit infesta, 6 tum suillo maxime est inimica. quare non ut capellam uel ouem sic et hoc animal bis aquam duci praecipimus, sed si

nauseantis **ju** nausientib; **ö** nã sentib; **l** qδq; **SAw** quodq; **e** quicq; **å** 2 hebenea (-na **ö**) **ω** scrobis **γkl** sali **p** sale **SAR** *om.* **y** stricto **ψ** fresse **γ**(*exc.* **ü**)**ö** 3 commixta (om- **A**) **SAR** ieiuniisq; **α** in *om.* **SAewå** obiecta **ψpπ** abiecta **SAR** abiecto **α** 4 uniuersam **SA**[1] ita ut] ne **e** *post* ita *u. sp. r.* **ä** *post* ut **z** ematietur **cdö** acietur **Aewåä** macietur **z** 5 cybos **r** cibum **p** productusq; **SAewåπ** modico **ωbm** medio in **ä** procumbit **γκ** procumbunt **fø** decumbat **p** percumbat **a**[1] 6 somnos **SAαewåøπ** sõpnos **l** somno **R** sõpno **qu** sumno **y** sonno **t** sono **ä** 7 capiat **l** faciet **ω** tecto *om.* **Aωå** claudatur **γκ**(*exc.* **ju**) claudiatur **zä** 8 a potione **l** cibo et potu **n** paulo **SAew** posttridie(-due **u**)**SAκafhlowø** anguinei **R** sanguinei **SAeh**[1]**jlpuwyåø** 9 cicumeris **SA**[1] cocumeris **u** cacumeris **j** tuturneris **nx**[1] cum aqua *om.* **nüx**[1] sicientibus **achlå** scitientibus(-cien- **n**)**nø** 10 biberint **l** 11 bile **R** uile **SA**[1] byle **t** bibe **n** bille **w** luce **p** duria **e**[1] exdura **p** muria *om.* **ä** 12 conspersa **γκπ**(conspsa **djyø**) sic **zå** calda **Shyø** callida **o**

Medicine suum *maiusc. rubr.* **S** 14 quadrupedi **ψ**(*exc.* **w**)**bcjk nprstvπ** ęstẽ **S** sic **o** 15 cum **e** -tam **å** tuillo **S**[1] suilo **bwz** sullo **m** 16 ouem *om.* **nx**[1] si **ωblm** sit **ø** et *om.* **zä** bis **S**[2]**α**(*exc.* **h**[1]) uis **S**[1]**A** in s- **ewå** *om.* **R** adam **S**[1]**Aewå** ad aquam **S**[2]**R** precipimus **R** precepimus **SAzπ** sessi **A**[1]

fieri potest, iuxta flumen aut stagnum per ortum Caniculae detineri, quia cum sit aestuosissimum, non est contentum potione aquae, nisi obesam inluuiem atque distentam pabulis aluum demerserit ac refrigerauerit, nec ulla re magis gaudet
7 quam riuis atque caenoso lacu uolutari. quod si locorum situs repugnat, ut ita fieri possit, puteis extracta et large canalibus inmissa praebenda sunt pocula, quibus nisi adfatim satiantur, pulmonariae fiunt; isque morbus optime sanatur auriculis inserta consiligine, de qua radicula diligenter ac saepius iam
8 locuti sumus. solet etiam uitiosi splenis dolor eas infestare, quod accidit, cum siccitas magna prouenit et, ut Bucolicum loquitur poema,

> strata iacent passim sua quaeque sub arbore poma.

nam pecus inexsatiabile suis dulcedinem pabuli consectantur et supra modum aestate splenis incremento laborant. cui suc-

uel γϰ(*exc.* ju)   ortum SR hortum z orbem a totum Aw totam e   caniculare wå   3 inluuiem S$^2$Ahmorsw inluiem S$^1$ inluie å illuuiem abkzäöπ ingluuiem γϰflpyø in lumen e   distentam S$^2$R distem S$^1$Ae disteni wå distentum α(*exc.* h$^1$)zä distenctam ü distantem n distentatam r   papulis S pabulo π   pabuli saluum elwå   4 ac S et AR   refrigerauit sö   megis S$^1$A$^1$   5 ceno solatij(-cii å)ewå   uolitari ä uoluptari ø uoluntarii å   6 puteis *om.* nx$^1$   extracta et R extractet S$^1$Aew$^2$å extract (*u. sp. r.*) et ä extractis et z   7 inmissa SAghqyåø immissa R   adfatim SAϰ(*exc.* d)ωfhlmpywø affatim R   saciantur celnüx$^1$åπ farciantur(sa- t)gtvx$^2$   8 pulmone wå pulmo varie ø pulmone tabe ä   isq; jpuπ quiq; R quisq; S$^1$A quippe w qui quidem k qui t   auribus d$^1$nüvx$^1$   9 exarta SAewå   ɔsilicine A$^1$ cum siligine r   diligent S$^1$A$^1$   iam *om.* gvx   10 loquuti fw   iam SAewå   uitiosis ö uitiosis & p   11 ficitas S$^1$Ae sicitas w   bocolicū S$^1$ buccolicum(boc- n bobuc- g)gnprvxz bucolicon π   *Verg. Ecl. VII 54*   15 inexatiabile suis h$^1$ inexsatiabile (-xatib- k) sui α(*exc.* h$^1$) inexitiabiles bis SA inexitiauiles bis A$^1$ inexitiabiles (-ci- å) bis wå exitiabiles bis e inexitiabile (exit- cü -excia- ø)suis γϰlyzäø inexitiabile sues pπ inexitiabiles (-ici- sö) suis (sui b) ωbfmr   dulcedine bmp   desectantur α   16 et *om.* γ(*exc.* t)ϰ(*exc.* ju)ö   sepra S   estate splenis R es bata es plenis SA esbate splenis (spe- k) abefhklmryzø estate plenis ä elbate splenis ju heluate splenis p

curritur, si fabricentur canales tamaricis et rusco repleanturque aqua et sitientibus admoueantur, quippe ligni sucus medicabilis epotus intestinum tumorem compescit.

**11 De castratione**

Castrationis autem in hoc pecore duo tempora seruantur, ueris et autumni, et eius administrandae duplex ratio: prima illa, quam iam tradidimus, cum duobus uulneribus inpressis per unamquamque plagam singuli exprimuntur testiculi, altera est speciosior, sed magis periculosa, quam tamen non omittam. cum uirilem partem utramque ferro reseratam detraxeris, per 2
inpressum uulnus scalpellum inserito et mediam quasi cutem, quae interuenit duobus membris genitalibus, rescindito atque uncis digitis alterum quoque testiculum educito; sic una fiet cicatrix adhibitis ceteris remediis, quae prius docuimus. illud autem, quod pertinet ad religionem patris familiae, non reticendum putaui: sunt quaedam scrofae, quae mandunt fetus 3
suos, quod cum fit, non habetur prodigium, nam sues ex omnibus pecudibus inpatientissimae famis aliquando sic

si] et **ϰ**(*exc.* **ju**)**nüx¹** tamaricis (cam- **k**)**α**(*exc.* **h¹**)**pv²π** tamarices **ü** tramaricus **SAewå** tramaricis(ram- **ju** cram- **y** -tis **ä**)**R** tramarices **m** tramãtis **c** iramancis **q** ex *antepos.* **tü²x¹** et *om.* **nx¹ e p** rusto **yö** trunco **p** impleantur quia **l** repleantur **ö** et repleanturq; **j¹u** 2 et] deinde **π** sicientibus **ahmöø** si sitientibus **e** admoueatur **wå** succus **dgostvwxyåäπ** 3 medicabilis epotus *om.* **γ** potus **lwå** humorem **e**

De castratione *maiusc.* **d** *maiusc. rubr.* **S** De castratione **Agq** *in marg.* **beoswyä** *rubr. in marg.* **fzå** De castratione. cap̃ XII *rubr.* **m** De castratione suum *rubr.* **hl** De castratione suum. Cap. XI. **π** De castratione pecoris suilli **t** 4 in **ptπ** *om.* **SAR** opere **pπ** 5 aut **t** uel **p** est rõ **t** prima ẽ **c** 6 iam *ante* impressis *inser.* **γϰ** (*exc.* **ju**)**zä** inpressis **SAø** impressis **R** 7 unamque **e** 8 spetiosior **bdefmnqtwz** non *om.* **p** 9 unam **ϰnüx¹yø** una **p** unam utranq;(*uel* -mq;)**ωbfghlmv** ferre **A¹** reseratam **S** resecatam **AR** resectam **π** 10 inpressum **SAø** impressum **R** impressionem **γϰ** (*exc.* **ju**) uulneris **tü¹** 11 menbris **em** rescandito (-seca- **ä¹**) **zä** 12 fiet una **nπ** 13 dcimus **S¹** edocuimus **p** 14 pertinax **A¹** regionem **SAewå** 15 scrophe **γfh** scrofhe **ø** 16 sit **nx¹** 17 pecudibus **R** *om.* **SAψe** impatientissime(-acie- **å**)**R** famis *om.* **x¹** fanus **g** sic aliquando **ωm** sic aliquando sic **y¹** aliquando se sic **q** aliquando se **u** se sic **nx¹** sĩ si **ü** (aliquando *om.* **nüx¹å**)

indigent pabuli, ut non tantum alienam, si liceat, subolem, sed etiam suam consumant.

**De canibus 12** De armentis ceterisque pecudibus et magistris, per quos quadripedum greges humana sollertia domi forisque curantur atque obseruantur, nisi fallor, satis adcurate disserui. nunc ut exordio priore sum pollicitus, de mutis custodibus loquar, quamquam falso canis dicitur mutus custos. nam quis hominum clarius aut tanta uociferatione bestiam uel furem praedicat quam iste latratu, quis famulus amantior domini, quis fidelior comes, quis custos incorruptior, quis excubitor inueniri potest uigilantior, quis denique ultor aut uindex constantior? quare uel in primis hoc animal mercari tuerique debet agricola, quod et uillam et fructus familiamque et pecora custodit.

2 eius autem parandi tuendique triplex ratio est. namque unum genus aduersus hominum insidias eligitur et id uillam quaeque iuncta sunt uillae custodit, at alterum propellendis iniuriis hominum ac ferarum et id obseruat domi stabulum, foris pecora pascentia; tertium uenandi gratia conparatur idque

si licet **ωø** subolem **S$^1$Aahmo$^1$r** sobolem **R** subulem **ø** 2 consumant **R** consummant **ahvø** consumat (-mm- **w**) **SAcewå** consumauit **m**
De canibus **A** *maiusc. rubr.* **S** *rubr.* **l** *in marg.* **ewyäø** *rubr. in marg.* **hzå** 3 ceteris (*om.* -que) **dgnqvx** magistri **ω** 4 quadripedum **SAefhjlmoprwø** quadrupedum **R** sollertia **bfjAπ** sollercia **ly** solertia **R** sollerti **SA$^1$** fortisque **S** 5 ni **bö** adcurate **Afjyø** adcurat ae- **S** accurate **R** acurate **mo** accurata **r$^1$**
De canibus **gq** *maiusc.* **d** *in marg.* **bops** De canibus. Capit XIII *rubr.* **m** De Canibus. Cap. XII **π** Canis comdatio *in marg.* **ä** *rubr. in marg.* **z** De pastoribus et uillaticis canibus *rubr.* **t** 6 *uerba* loquar — custos *om.* **ö** loquor **gnvx** 7 canis falso **π** aut] in **p**
8 uestiam **S$^1$** furem *om.* **ju** 9 domi **oö** 10 custus **S$^1$A$^1$** famulus **p** incorruptior custos **l** inuenire non **S$^1$A$^1$** 11 quis *om.* **p** ulctor **kü** 12 imprimis **egjkoprswå** melcari **S$^1$A$^1$** tueri mercariq; **p** tueri (*om.* -que) **oö** 13 fluctus **S$^1$A$^1$** et familiam **γ** 14 autem *om.* **t** est ratio **ωü** *post* 15 hominum *add.* et ferarum **R**(*exc.* **ewå**) ferarumq; **ö** quaq; **o**
16 iuncta *om.* **ä** uincta **q** at **R** ad **S$^1$A$^1$h$^1$**(?) ac **lq** et **ax$^1$ü$^1$** *om.* **kntü$^2$** altera **k** alterum genus **ä** laterum **S$^1$Ae** propellandis **o** propellendus **g** propellentibus **r** iniuris **S$^1$A$^1$** 17 domini **ωbed'mpq** istabulum **g$^1$** pabulum **t** 18 comparatur **R**

non solum nihil agricolam iuuat, sed et auocat desidemque ab
opere suo reddit. de uillatico igitur et pastorali dicendum est, 3
nam uenaticus nihil pertinet ad nostram professionem.

Villae custos eligendus est amplissimi corporis, uasti
latratus canorique, prius ut auditu maleficum, deinde etiam
conspectu terreat et tamen non numquam nec uisus quidem
horribili fremitu suo fuget insidiantem. sit autem coloris
unius, isque magis eligitur albus in pastorali, niger in uillatico,
nam uarius in neutro est laudabilis. pastor album probat,
quoniam est ferae dissimilis, magnoque opus interdum discrimine
est in propulsandis lupis sub obscuro mane uel etiam
crepusculo, ne pro bestia canem feriat. uillaticus, qui homi- 4
num maleficiis opponitur, siue luce clara fur aduenit, terribilior
niger conspicitur, siue noctu, ne conspiciatur quidem
propter umbrae similitudinem, quam ob rem tectus tenebris
canis tutiorem adcessum habet ad insidiantem. probatur
quadratus potius quam longus aut breuis, capite tam magno,
ut corporis uideatur pars maxima, deiectis et propendentibus

nihil *om.* **q** aduocat **ϰ**(*exc.* **dj**)**egl¹nprx¹zä** desidetq; **qu** desidem(*om.* que)**r** 2 redit **qu** uillatigo **S** uit latigo **A¹** uenatico **ewå**A Vilatico **d** pastolali **S¹** 3 nichil **h** et nihil **d¹u** profexionem **lu**

5 canorisq; **lnx¹ø** canorusq; **t** ut prius **ntüx¹** prius (*om.* ut) **cq** auditui **Aeh¹wå** maleficium **t** malefitium **e** malificum **gπ**

6 *uerba* nec uisus — insidiantem *om.* **n** *et* isque — uarius *om.* **nüx¹** nec **SAα**(*exc.* **h¹**)**γelwå** ne **R** uisũs **S** 7 horribilis **zä** orribili(ori- **c**)**ϰ**(*exc.* **jq**) 8 uiuus **x¹** huius **l** *uerba* isq; — nam *om.* **ü** eligatur **π** elligitur **owø** 9 in neutro] in netro **q** inet⁰ **u** iuuetur **nx¹** neuter **ü** 10 quontã **A** quom tam **ew** cum tam **å** quom **h²** cum **a** est *om.* **wå** 11 sub *om.* **nx¹** scuro **ϰ**(*exc.* **j**) 12 crepuscolo **a** crepulo **l** uestio **S** bestico **A¹** *uerba* uillaticus — luce *om.* **nx¹** 13 maleficiis(malle- **c**) **R** maleficis **SA¹** malefitiis **egmqtz** maleficus **br** maleficio **p** aduenit **S** aduenerit **AR** terriuilior **S¹** terribiliter **o** niger *om.* **q** 14 conspiciatur **ϰ** (*exc.* **j**) *uerba* siue — conspicitur *om.* **er** nocte **Aϰψnüx¹π** ne **SAkpsüöπ** nec **R** conspicitur **pä** 15 quam *om.* **SAewå** 16 habet accessum **wå** adcessum **SAωhmyø** accessum **R** accessu **p** habeat **π** hebetat **p** 18 corporis *om.* **ω** deiectus **Aewå**

auribus, nigris uel glaucis oculis acri lumine radiantibus, amplo uillosoque pectore, latis armis, cruribus crassis et hirtis, cauda breui, uestigiorum articulis et unguibus amplissimis, qui Graece *δϱάκες* appellantur. hic erit uillatici status

5 praecipue laudandus. mores autem neque mitissimi nec rursus truces atque crudeles, quod illi furem quoque adulantur, hi etiam domesticos inuadunt. satis est seueros esse nec blandos, ut non numquam etiam conseruos iratius intuantur, semper excandescant in exteros. maxime autem debent in custodia uigilantes conspici nec erronei, sed adsidui et circumspecti magis quam temerarii. nam illi, nisi quod certum conpererunt, non indicant, hi uano strepitu et falsa suspicione concitantur.

6 haec idcirco memoranda credidi, quia non natura tantum, sed etiam disciplina mores facit, ut et, cum emendi potestas fuerit, eius modi probemus et, cum educabimus domi natos,

7 talibus institutis formemus. nec multum refert, an uillatici

auriculis **ω** agri **A**[1] radientibus **p**[1] candiantibus **z** candentibus **ä** 2 uilosoq; **kzäåø** crissis **A**[1] 3 auriculis **SAew** auriculas **å** pedibus auriculis articulis **k** pedibus auriculis *in marg.* **a**[2]**h**[2] ungulis **cd** 4 *uerba* qui — appellantur *om.* **l** *ΔPAKHC* **SA** draces **p** *δϱάκας* **π** *uulgo om. u. sp. rel. post* grece **R** *ante* grece **γϰ** *in u. sp. inser. δϱάκειc* **ef** *δϱάκησ* **hü** *δϱάκασ* **ox** *δϱάκοσ* **s** *ἀϱακσ* **g** *δϱακ˜ δϱάκας* **ö** hīc **A** Vilatici **d** 5 neq; **γϰ**(*exc.* **j**)**pπ** 6 crudes **f** atque crudeles *om.* **sö** quoque furem **γωbm** fures **dk**[2] forem **å** adulentur **gπ** hij **lz** 7 satius **ωbdfjpru yzäø** satus **h**[1] blandus **Aewå** 8 ɔserbas **A**[1] *om.* **q** iratus **k**[1]**mä** inicius **l** non unquam **gn** conseruasisatius **A** conseruari satius **ewå** intuantur **SAewå** intueantur **R** 9 excandescunt **dgnqvwx** excandescat **ø** 10 uigilaces **γϰbmo**[2]**pqyø** errore ne **S**[1] errore **Aewå** erronea uarronei **c** adsidui **SAfhjø** assidui **R** adsui **wå** 11 temeri **SAewå** nam illi nisi **R** nam illi limsi **ø** quā inlinisi **SAewå** quod certum *om.* **b** conpererer̃ **S**[1] conperer̃ **S**[2] ɔperer̃t **A** compererunt **R** cepunt **zä** 12 indicant **SAα**(*exc.* **h**[1])**delp wåπ** indigant **ωfh**[1]**jmqruyzäø** indagant **γc** diligant **b** hic **e** ii **p** *om.* **n** falso **A**[1] suspicione **Aahjlpsüå** suspitione **SR** 13 hoc **j** nec **ö** iccirco **derπ** idcircho **w** tradidi **nx**[1] q **A** 14 disciplinā **SA** et *om.* **åπ** 15 dominatos **A** *et uulgo* **R** chiatos **ä** 16 institutis **Sα**(*exc.* **h**[1])**γbcdmpö**[1]**π** instituti **Aψω**(*exc.* **ö**[1]) **efh**[1]**jlquryø** refert an **R** refertā **SA**[1]

corporibus graues et parum ueloces sint; plus enim comminus et in gradu quam eminus et in spatioso cursu facere debent. nam semper circa septa et intra aedificium consistunt, immo ne longius quidem recedere debent satisque pulchre funguntur officio, si et aduenientem sagaciter odorantur et latratu conterrent nec patiuntur propius accedere uel constantius adpropinquantem uiolenter inuadunt. primum est enim non adtemptari, secundum est lacessitum fortiter et perseueranter uindicari. atque haec de domesticis custodibus, illa de pastoralibus.

Pecuarius canis neque tam strigosus aut pernix debet 8
esse, quam qui dammas ceruosque et uelocissima sectantur
animalia, nec tam obesus aut grauis quam uillae horreique
custos, sed et robustus nihilo minus et aliquatenus promptus
ac strenuus, quoniam et ad rixam pugnamque nec minus ad 9
cursum conparatur, cum et lupi repellere insidias et raptorem

corporis **ψ**(*exc.* **å**) pares **Aewå** cominus **bdknptüxzåä** coĩs **l** quominus **öø** 2 gradu *om.* **SAewå** gratu **n** spartioso **SA** spacioso **gloüxyåä** debet **SAefwå** 3 *uerba* namsemper — debent *om.* **ab** nam si semper **dnqüv[1]x[1]** edifitium **eht** hedificium **quw** consistant **π** inmo **S** ymo **l** 4 pulchre **AR** pulcre **Scnwyåö** *om.* **ä** 5 offitio **ceoqstwz** si et] sed **å** si *om.* **g** et *om.* **nüx[1]π** si te **ä** ad uehementem(id uehementer **c**)**ϰ** uehementem **n** odorantur **R** oderantur **SA[1]** adorantur **ø** adoriantur (-entur **n** -atitur **v**) **γapπ** adoriuntur **h[2]k** contereut **aåπ** 6 propius **R** proprius **SAacefhlqrt[1]uyø** adcedere **fhqy** accidere **SA[1]** adpropinquantem **SAbfhjmquø** appropinquantem **R** ad propinquitatem **ω** 7 est *om.* **nx[1]** adtemptari **SAabfhlmorsyø** attemptari **gxz** atemptari **nö** attentari **ϰekptüvwåä** adtentari **π** 9 de **dpt** *om.* **SAR** *alt.* de *om.* **π** pastoralibus **R** pastoribus **SAαer[1]wå** pastoralibus(-rib- **s**)pastoribus **ω** 10 pecuaris **SAew** pecuarijs **å** pecumarius **a** tam̃ **A** tñ **ψ** tamẽ **e** *om.* **q** p *u. sp. r.* **zä** esse debet **p** 11 qui dammas **R** quidam mas **Aeluwå** qui damas **büäπ** quidẽ mas **Sα** qui clamans **t** cernosq; **wzå** ceruasq; **ä** sectatur **t[2]π** septantur **ϰ** 12 obessus **m** obsessus **å** aut] et **klp** uile **S[1]** ille **A[1]ewå** orreiq; **cw** hortiq; **tüx[1]** ortisq; **n** horrei quam **å** horrei **gpv** 13 custodes sed **nqüx[1]** custos(*om.* sed)**z** et *om.* **et** aliquantulum **ä** promtus **Ak** 14 et *om.* **lä** pugnamque] et ad pugnam **π** neq; **p** minus] tamen **SAewå** 15 cursum *om.* **A[1]** conparatur **SA** comparatur (-mpa- **dnüwxy**) **R** comparantur(ɔpa- **ä**)**äö** rupi **SAwå**

ferum consequi fugientem praedamque excutere atque auferre debeat. quare status eius longior productiorque ad hos casus magis habilis est quam breuis aut etiam quadratus, quoniam, ut dixi, non numquam necessitas exigit celeritate bestiam consectandi. ceteri artus similes membris uillatici canis aeque probantur.

10 Cibaria fere eadem sunt utrique generi praebenda. nam si tam laxa rura sunt, ut sustineant pecorum greges, omnis sine discrimine hordeacea farina cum sero commode pascit. sin autem surculo consitus ager sine pascuo est, farreo uel triticeo pane satiandi sunt, admixto tamen liquore coctae fabae, sed tepido, nam feruens rabiem creat.

11 Huic quadripedi neque feminae neque mari nisi post annum permittenda uenus est, quae si teneris conceditur, carpit et corpus et uires animosque degenerat. primus effetae partus amouendus est, quoniam tiruncula nec recte nutrit et educatio

ferum *om.* **ntüx**$^1$ *uerba* debeat quare status *om.* **SAewå** 2 quare] qa **k** hoc **nx**$^1$ 4 celeritate bestiam **R** celeriter atem bestii **A**$^1$**ew** celeriter autẽ bestii **S** celeriter atebestum **d**$^1$**u** celeritate atebestum **d**$^2$**q** celeriter a tembestri **å** celeritate ad tebestum **nü**$^1$**x**$^1$ celerrime bestiam **π** celeritate(*om.* bestiam)**c** consectandi (-tari **t**) ceteri (ce *u. sp. r.* **zä**) **R** consectam dicere **SAewå** consectam di ceteri **du** 5 actus **ωk**$^1$**m** arctus **b** *om.* **q**

8 lata **e** *om.* **å**$^1$ -r utra **A**$^1$ sustineat **SAewå** substineant **otø** instineant **nx**$^1$ omnis **R** omnes **pπ** hominis **SAϰenwx**$^1$**å** *om.* **l** 9 discrimines **A** canes *post* discrimine *add.* **π** hordecea **S** ordeacea **γ**(*exc.* **ü**)**ϰ**(*exc.* **j**)**klsö** hordeatia **mp** cum] nam **S**$^1$ 10 consitus surculo **γ** surculo conditus consitus **f** est **R** et **SAψåπ** tritico **m**$^1$**r** triticio **ø** 11 saciandi **Sosvø** satiendi **p** saturandi **l** atmixto **S**$^1$ coste **ϰ**(*exc.* **j**) toste **nüx**$^1$ cotte **k** coacte **y** 12 nam] non a **Aewå** non ad- **j** non **d**$^1$**nqux**$^1$ feruens **R** feruenti **SAe wå** feruentis **qu** ereat **A**$^1$ membris (membras **A** membra s- **ewå**) uillatica(-llia- **w**$^1$**å**) *inter* creat *et* huic *inser.* **SA**$^1$**ewå**

13 quadripedi **Aαefjlmoruwø** quadrupedi **Sγϰ**(*exc.* **ju**)**bpsyzååöπ** nisi **γks**$^2$**zäπ** ni **S**$^1$**AR** 14 est *om.* **π** sit generis **Aewå** 15 ueteres **SAe wå** animos (*om.* que) **Aewå** effecte **ä** parius **Ae** 16 admouendus **glmnorsxyäö** ammouendus **d**$^1$**quø** abmouendus **v** tyruncula **üvz** tirincula **c** ciruncula **å** tecte **Aewå** educatio **ϰ**(*exc.* **j**) **ψeltπ** education **SA** educati **αγ**(*exc.* **t**)**jpryø** educato(-at **sö**)**ωbfm**

totius habitus aufert incrementum. mares iuueniliter usque
in annos decem progenerant, post id tempus ineundis feminis
non uidentur habiles, quoniam seniorum pigra suboles existit.
feminae concipiunt usque in annos nouem nec sunt utiles post
decimum. catulos sex mensibus primis, dum corroborentur, 12
emitti non oportet nisi ad matrem lusus ac lasciuiae causa.
postea catenis per diem continendi et noctibus soluendi, nec
umquam eos, quorum generosam uolumus indolem conser-
uare, patiemur alienae nutricis uberibus educari, quoniam
semper et lac et spiritus maternus longe magis ingenii atque
incrementa corporis auget. quod si et feta lacte deficitur, 13
caprinum maxime conueniet praeberi catulis, dum fiant
mensum quattuor.

Nominibus autem non longissimis appellandi sunt, quo celerius quisque uocatus exaudiat, nec tamen breuioribus quam quae duabus syllabis enuntiantur, sicuti Graecum est *Σκύλαξ*,

tocius **huwy** 2 X **jpy** 3 suboles **S[1]Aahmo[2]ruyø** soboles **R** subules **j** 4 IX **j** VIIII **ü** *post* existit *8 uersus* (Fedes hẽant ab oriente *e. q. s. usque ad* ordinẽ gallinarum) *ex VIII 2 inser.* **w** nec *om.* **SA ewåπ** 5 decennium(-eni- **å**)**γcå** ducennium **w** ·X· **jp** corroboretur **SA** 6 luxus **lö** 7 potest ea **ew** *uerba* catenis per diem continendi *om.* **ωbfh[1]lm,** *sed post* soluendi *inser.* **ωbfm,** *etiam uerba* et noctibus soluendi *iterum* **h[1]** *uerba* postea et noctibus soluendi *post* nec umq̃ *exhibet* **r** et noctibus soluendi *om.* **Aewå** catenis **SAk[1]ruåöø[1]** cathenis **behk[2]mopsyø[2]π** chatenis **w** et cathenis **a** canis **czä** canes(comes **t**) **γdq** *post* soluendi *add.* catenis **cdgüvx** cathenis **nqtzä** *uerba* nec umquam eos *om.* **l** necumque os **Aew** neqcũq; os **å** numquam eos **γϰ**(*exc.* **ju** nonq̃ **q[1]**) 8 generosa **SA** uoluimus **lmwz** uoluminis **ä** indolẽã **A[1]** 10 et semper lac(et *om.* **ü**)**γq** et lac semper **c** et *post* lac *om.* **α** ingeni **SA[1]** ingenis **å** 11 aget **SA[1]ew** agit **å** si et (ẽet **ö**) feta **ωa[2]bfhryzäøπ** si et fata **SAew** et si fata **å** et si feta **lm** et si et feta **a[1]** si effeta **γϰkp** 12 catulus **SAe** dum] quod **Aewå** fiant **ωltuüøπ** fiat **SAR** sint **p** 13 mensum **SAaefhj** mesum **du** mensium **R** mẽssium **t** mensuum **kp** quatuor **ϰ**(*exc.* **u**)**klnvyzäö** IIII[or] **jü** IIII **p**

Quibus appellandi nominibus canes (sint *add.* **q**) **qä** *rubr. in marg.* **z** 15 neq; **owå** tamen] in **π** *om.* **e** quam *om.* **d** 16 duob; **Sü[1]** sillabis(-ila- **m**)**glmnqrwyö** enunciantur **glvxy** enuntiatur (-ci- **å**) **pzåä** sillabicantur **e** sicut **bpwåä** grece **ωbm** *CKYΛΛξ* **SA** *σκύλαξ* **π** *uulgo om. u. sp. r.* **R** *in u. sp. postea scr. σκύλαξ* **ωdeghkluüxy**

Latinum Ferox, Graecum *Λάκων*, Latinum Celer, uel femina, ut sunt Graeca *Σπουδή*, *Ἀλκή*, *Ῥώμη*, Latina Lupa, Cerua,
14 Tigris. catulorum caudas post diem quadragensimum, quam sint editi, sic castrare conueniet. neruus est, qui per articulos spinae prorepit usque ad ultimam partem caudae; is mordicus conprehensus et aliquatenus eductus abrumpitur, quo facto neque in longitudinem cauda foedum capit incrementum, et, ut plurimi pastores adfirmant, rabies arcetur, letifer morbus huic generi.

**Medicinae eorum** **13** Fere autem per aestatem sic muscis aures canum exulcerantur, saepe ut totas amittant; quod ne fiat, amaris nucibus contritis linendae sunt. quod si ulceribus iam praeoccupatae fuerint, coctam picem liquidam suillae adipi mixtam uulneribus stillari conueniet. hoc eodem medicamine contacti ricini decidunt, nam manu non sunt uellendi, ne, ut et ante praedixe-
2 ram, faciant ulcera. pulicosae cani remedia sunt siue cyminum

latine **ü** latinūq; **h** grece **ωbm** *ΛΑΚωΝ* **SA** *λάκων* **π** *om. u. sp. r.* **R** *in u. sp. postea λάκων* **ωehnüx** *in marg.* **d** *λακωνν* **g** *λακιορ* **ly** *ταχὺς* **t**$^{2}$ 2 grece **p** greci **y** *ΣΠΟΥΔΗ · ΑΛΚΗ · ΡωΜΗ* **SA** *σασιτου φαλα κιισωα* **π** *om. u. sp. r.* **R** *in u. sp. postea σπουδὴ ἀλκὴ ῥώμη* (*accent. om. uel praue pos.*) **dehuüx** *σπουδή αλκυῥωμη* (*ῥυωμη* **s**) **os** *σπουλὴ* (*u. sp. r.*) *ῥωμη* **k** *ισουαΗλΗρωαυπη* **g** 3 tygris **o** quadragensimum **SAfh** quadragesimum (-essi- **mtö**)**R** XL$^{mum}$ **ü** XL **jp** 4 siccatrare **S**$^{1}$**A**$^{1}$ 5 mordicus **γκfpyø** modicus **l** modice **SAR** 6 comprehensus **R** comprensus **fh**$^{1}$**osy** conpressus (ɔp- **A**) **SA** compressus **α**(*exc.* **h**$^{1}$)**ψemrøπ** adrumpitur **κgnvx** obrumpitur **b** 8 adfirmant **SAfhjlowyø** affirmant **R** lotifer **S**$^{2}$

Medicinae earum *maiusc.* **d** Medicine earum. cap̄ XIIII$^{o}$ *rubr.* **m** De curis earum *in marg.* **s** De Morbis et medicinis canum. Cap. XIII. **π** Remedia morbo laborantium canum *rubr.* **t** 10 minuscis **S** aries **nx**$^{1}$ auies **g** aureis **e** tantum **ωbm** earum **ü** 11 *uerba* amittant — sunt *om.* **wå** admittant **ωjv** amittit **nx**$^{1}$ ut quod **nx**$^{1}$ fit **cq** fiant **ø** 12 linende **S** liniende **AR** limandae **e** preocupate **op** 13 suilli **zä** mixtam *add. ed Ad.: om.* **SAR** 14 eodemine **ä** eodem **γ**(*exc.* **nx**$^{1}$)**κ**(*exc.* **ju**)**bhkpäπ** edem **S** eadem **AR** coctā tiricini **S** ricidini **c** recini **o**$^{1}$ riemi **q** 15 concidunt **ω** decident **wå** & ante **S** ante **AR** 16 faciant **R** faciunt **SAewå** faciat **ä** ulcera **sπ** ulcerā **S** ultra **Aewå** uulnera **R** pullicose **ö** puliose **g** puliculose **ä** periculose **d** sue **ju** sume **dgüx**$^{1}$**zäπ** summe **cqv** *om.* **n** cyminum **SAbefosøπ** ciminum **R** cuminum **ch**$^{1}$**jp**$^{2}$**tuwåö** cum inu **p**$^{1}$

tritum pari pondere cum ueratro aquaque mixtum et inlitum seu cucumeris anguinei sucus uel, si haec non sunt, uetus amurga per totum corpus infusa. si scabies infestauit, gypsi et sesami tantundem conterito et cum pice liquida permisceto uitiosamque partem linito, quod medicamentum putatur etiam hominibus esse conueniens. eadem pestis si fuerit uehementior, cedrino liquore aboletur; reliqua uitia, sicut in ceteris animalibus praecepimus, curanda erunt.

Hactenus de minore pecore. mox de uillaticis pastionibus, 3
quae continent uolucrum pisciumque et siluestrium quadripedum curam, sequente uolumine praecipiemus.

ueratio **x**$^1$ ue(*u. sp. r.*)**n** illitum **γbcpzä** inditum **ö**$^2$ 2 siue **ω** anguinei **R** sanguinei **SAewå** sangioni **p** succus **dgnos**$^2$**twxåπ** sucos **p** sibi **A**$^1$ sit **l** prosunt **zä** 3 amurga **Smos**$^1$**t** amurca **AR**

Ad scabiem remedium **A** *maiusc. rubr.* **S** *in marg.* **e** Ad scabiem canum *rubr.* **l** Remedium ad scabiem *in marg.* **o** *rubr. in marg.* **h** scabies et **A** infestabit **bkp** infestant **x**$^1$ infestat **n** infestauerit **ψ** gypsi **Sd**$^1$**eü**$^1$**Aπ** gipsi **A**$^1$**ψch**$^2$**k**$^1$**qx**$^2$ sipsi **nx**$^1$ cythisi (cithi- **gö** cyti- **uy** cytha- **l**) **R** 4 tantundem **AR** tantũdem **Sclpsüwxöø** tantumdem **y** tm̃dem **ä** interito **S**$^1$ contrito **lzä** 5 uiciosamq; **cå** etiam] et **γju** 6 uehementior cedrino (cedrimo **y** cedimo **q** cidrino **d**) **R** cedrino uehementior **wåø** cedrino uehementer **SAe** uehementer cedrino **ωbm** 7 colore **wå** adoletur **lpry** uicia **c** reliquis **ü** 8 precipimus **γcqswåö** erunt **SAp** sunt **R** *om.* **wå**

9 uillitici∫s(-llat- **n**)**nüx**$^1$ uilliticis **dq** uillicis **c** 10 conuenient **ä**$^1$**π** uolucrum **Skpv**$^2$ uolucrumq; **AR** et uolucrum et **v**$^1$ pisceque **Aewå** quadripedum **SAaefhjlmopuy** quadrupedum **R** 11 sequenti **lüw** sequentem **r** sequentibus uoluminibus **p**

Iuni moderati columelle rei rustice liber (liber *om.* **A**) VIII ueterinarius (-riis **A**) medicinalis de minore pecore liber II *maiusc. rubr.* **SA** L. iuni (*om.* **bh**) moderati (mo. **m**) columelle rei rustice liber VIII (octauus **flmwå**) explicit *maiusc.* **αehlmorwyö** ueterinariis medicinalis *add.* **ö** ueterinarius (-nati∫s **y** -nariis **pr** -naris **e**) medicinalis de minore pecore liber II (II. Liber **μ** *om.* **f**) *add.* **μefprwyåø** L. iuni moderati col. rei rustice liber VIII finit *maiusc.* **s** L iunii columelle moderati rei rustice ad p. siluinum de minore pecore liber nonus (*sic*) explicit foeliciter *maiusc.* **v** *subscriptionem om. reliqui.*

COLLECTIO SCRIPTORVM VETERVM VPSALIENSIS

# L. IVNI MODERATI COLVMELLAE

## OPERA QVAE EXSTANT

RECENSVERVNT

VILELMVS LUNDSTRÖM

ET

ÅKE JOSEPHSON

FASCICVLVS QVINTVS
REI RVSTICAE LIBROS OCTAVVM
ET NONVM CONTINENS

VPSALIAE
ERANOS' FÖRLAG
MCMLV

# L. IVNI MODERATI COLVMELLAE

# REI RVSTICAE

## LIBRI VIII—IX

RECENSVIT

ÅKE JOSEPHSON

VPSALIAE
TYPIS DESCR. ALMQVIST & WIKSELL SOC.
MCMLV

*Maiorem partem impensae praebuit*

HUMANISTISKA FONDEN

# PRAEFATIO

In libris Columellae octauo et nono edendis primo declarare uolo me hoc libello fasciculos quos curauit V. Lundström[1], uir de Columella optime meritus, continuasse, eumque isdem rationibus magna ex parte confecisse.

Quod attinet ad codices Columellae, eam rem hoc loco paucis absoluere licet, cum in libro meo, qui *Die Columella-Handschriften* (Vpsaliae 1955) inscribitur, fusius atque accuratius de eis disputauerim.[2]

Satis constat opus Columellae et per duos codices ueteres (saec. IX) et per complures codices saec. XV nobis esse seruatum. Codices autem ueteres hi sunt:

**S** — codex Sangermanensis, antea Corbeiensis, nunc Leninopolitanus Lat. F v l (olim Petropolitanus 207), membranaceus, priore parte saec. IX minuscula ut dicunt Carolina exaratus.

**A** — codex Ambrosianus L 85 sup., eodem fere tempore quo S litteris minusculis anglosaxicis exaratus.

Manifestum est, ut Häussner in opusculo magni momenti[3] primus demonstrauit, deinde Lundström et discipuli eius saepe argumentis certis confirmauerunt, textum codicum S et A,

---

[1] Hi sunt: fasc. I librum de arboribus continens (1897), fasc. II libros primum et secundum continens (1917), fasc. IV libros sextum et septimum continens (1940), fasc. VI librum decimum continens (1902), fasc. VII librum undecimum continens (1906).

[2] Textum codicum omnium aut in ipsis aut in imaginibus eorum phototypice expressis legi, praeter textum codicis Lipsiensis, quem ex collationibus quas diligenter curauerunt V. Lundström et H. Linde cognoui.

[3] J. Häussner, Die handschriftliche Überlieferung des L. Iunius Moderatus Columella, Progr. Karlsruhe 1889.

qui inter se proxima affinitate coniuncti sunt, fundamento editioni criticae esse debere. Cum archetypum commune librarius codicis A minus accurate quam librarius codicis S descripserit et saepius textum corrigere conatus sit, male quidem et inscienter, S plus ad textum uerum constituendum quam A ualere apparet.

Codices recentiores saec. XV, quorum consensum Häussner et Lundström littera **R** designauerunt, omnes ex eodem fonte fluxisse permultis interpolationibus communibus apertum est. Quamquam, ut testes huius aetatis, textum saepe ualde emendatum praebent, ad uerum textum constituendum, codicibus ueteribus multis locis corruptis, non inutiles sunt. Archetypum codicum recentiorum alium fontem quam S et A habere cum ex aliis rebus tum ex eo apparet quod non paucis locis textum plenum in R legimus, ubi S et A unum uel plura uerba, plerumque per homoeoteleuton, omittunt.

Etsi igitur codices ueteres ex uno archetypo, codices recentiores ex altero deriuati sunt, perlegenti tamen apparatum criticum huius fasciculi et eorum quos Lundström edidit perspicuum erit, codicem A et codices familiae R affinitate quadam coniungi. Haud raro enim menda communia horum codicum inueniet, ubi S solus lectionem ueram conseruauit. Praebet igitur consensus codicum R et lectiones quae demonstrant fontem communem huius familiae alium archetypum quam codices S et A habere, et alias lectiones quae docent A et R cognatos esse, id quod, quantum intellego, nullo modo explanare possumus nisi archetypum codicum R contaminatum quod dicunt fuisse ponimus.[1] Qua re etiam intellegimus quomodo lectiones ut ita dicam duplices in codices R irrepserint, e.gr.:

3,2,10 *uerum et aliae duae geminae ab eo quod duplices uuas exigunt cognomen trahunt, austerioris uini sed aeque perennis.* — *cognomen trahunt* SAφdioünx$^1$, *gemelle uocantur* αo$^2$γσ, *gemelle uocantur cognomen trahunt* zäsϰæ.

[1] Eodem modo de affinitate codicum iudicauit J. Trotzki, Studien zur Überlieferungsgeschichte Columellas, Raccolta di scritti in onore di Felice Ramorino, Milano 1927, p. 449–472.

9,6,1 *si neutrum aderit* (scil. neque cortex neque ferulae), *opere uitorio salicibus connectentur* (scil. aluaria). — *opere uitorio salicibus connectuntur* tb¹r¹ø, *opererio salicibos conectentur* S, *operarios* (*operario* akw¹) *ali cibos* (*salicibus* ak) *con*(*n*)*ectuntur* Aakw¹zωb²r², *opere uitorio salicibus connectuntur operarios ali cibos* (*operario salicibus* h) *con*(*n*)*ectuntur* heκγfyç.

Codices saec. XV familiae R, qui omnes aut plurimos libros Columellae tredecim nobis traditos continent, unum et quadraginta adhuc cognoui.[1] Praeter eos quos in indice siglorum (p. XVII sq.) enumerabo hos noto, quorum uariationes in apparatu critico non posui:

*Baltimore, Walters Art Gallery 369* textum fere eundem quem codex n praebet. Hic solum aliquot locos libri VIII et IX affero, ubi eadem uerba uacuis spatiis relictis codices duo omittunt: 8,10,2 *munitum*; 10,4 *unum*; 14,11 *creandas*; 9,13,5 *sucatae*; 13,8 *ponatur*; 14,12 *fastus*.

*Mus. Brit. Arundel 81* proxima affinitate cum codice v connectus, fortasse apographon huius codicis. Exempla mendorum communium affero has omissiones: 8,16,8 *non pessime*; 9,12,4 *sedem*; 13,3 *secutus*.

*Mus. Brit. Lansd. 833* (Lundström å) aut ex codice w descriptus aut cum eo artissimo nexu coniunctus est. Hae omissiones inter alias codicibus w et å communes sunt: 7,13,1 *amittant quod ... linendae sunt;* 8,3,8 *eaque mundissima ... puram tamen*; 5,18 *teneris euagari ... hordeacea pascendi.*

*Parisinus Lat. 6830 B* (Lundström ö) cum codicibus quos cum signo ω notaui proxime cohaeret, in primis cum codice s, qui minus emendationum et corruptelarum habet.

*Napolitanus, Bibl. Nat. V.A.5* subscriptionem habet, e qua apparet, ut iam Häussner op. laud. p. 21 uidit, codicem ex

---

[1] Codices saec. XV qui inter alia continent excerpta librorum VIII et XI quos cognoui hi sunt: *Scorialensis a. I V, 26; Oxoniensis, Bodleianus Canon. misc. 77*; *Senensis, Bibl. comm. L IX, 24* (u. Lundström, Ein Columella-Excerptor aus dem 15. Jahrh., Vpsaliae 1894); *Vaticanus lat. 8068.* Cum nullius pretii sint ad textum constituendum, lectiones uarias eorum in apparatum criticum non attuli.

editione principe descriptum esse (u. etiam T. de Marinis, La biblioteca napoletana dei re d'Aragona, uol. II, Mediolani 1947, p. 148).

*Napolitanus, Bibl. Nat. V.A.6* ad textum libri VIII et IX nihil ualet. In eorum codicum numero quos cum signo σ notaui reponendus est.

*Napolitanus, Bibl. Nat. V.A.7.* De eo codice eadem quae de codice Parisino Lat. 6830 B dici possunt.

*Laurentianus plut. 53,19* ex editione Bruschiana (anno 1482 confecta) descriptus est, ut iam e subscriptione elucet (u. Häussner op. laud. p. 21).

De affinitatibus ceterorum codicum magnae familiae R uideas quaeso indicem siglorum; e siglis quae ibi litteris Graecis scripta sunt quomodo codices inter se cohaereant intellegitur. Hic etiam addere uelim, codices classis φ et ψ saepissime eadem menda habere, sicut etiam codices classis κ et γ. Fieri non potest ut stemmate quodam exprimamus quomodo cognati sint, cum, ut codices huius aetatis, ualde sint inter se contaminati. Multum autem interest ad pretium codicum aestimandum quod non solum, ut antea scripsi, fons communis codicum R sed etiam classes singulae huius familiae magis minusue e codice A (aut ex alio codice cum A proxime cognato) scripturas hauserunt, imprimis codices classis α et φ et ψ. Exempla multa et, quod intellegam, certa in libro meo qui *Die Columella-Handschriften* inscribitur inueniri possunt. Codices magnae classis γ textum quamquam saepe ualde interpolatum et emendatum tamen a lectionibus codicis A non pendentem praebent, idemque praesertim de codice t dici potest; ita aliquot locis ad textum constituendum per eos solos adiuuamur.

De ratione codicum disserens facere non possum quin de adnotationibus Angeli Politiani pauca dicam. Politianus, uir doctissimus et codicum ueterum peritissimus, in editione principe, quae nunc Parisiis in bibliotheca nationali seruatur (Bibl. Nat., Réserve S 439), collationes duorum codicum aut in margine aut inter lineas ascripsit. Cum unus codicum Politiani, ut alibi (*Die Columella-Handschriften* p. 160 sqq.) expono, idem qui

A sit[1], adnotationes ex hoc codice exhaustas in apparatum criticum non intuli. Alter autem codex Politiani, cuius lectiones littera *n* addita notauit, nobis non seruatus esse uidetur, nec aliud dicere possumus nisi eum familiae R fuisse. Adnotationes quas Politianus hoc ex codice, a Nicolao Nicolo ex uetusto exemplari descripto, attulit non ab re mihi uisum est in apparatum criticum inserere (litteris *Pol.* designatas).

Ne lector in apparatu critico, cuius etiam praesens forma solito maior est, summergatur, uarietates minoris momenti codicum R singulorum omisi (de rebus orthographicis uide infra), textu codicum ueterum S et A accuratius notato. Si cui nimium in apparatu posuisse uidear, in mente habeat, cum haec editio Columellae critica, quae uocatur, prima sit, uarietates codicum non solum ad textum uerum constituendum sed etiam ad codices, et quos ego contulerim et qui adhuc sint ignoti, disponendos et aestimandos pertinere.[2]

In censura editionis Lundströmii librorum VI et VII H. Ash (Classical Philology 37, 1942, p. 453–455), editorem reprehendit quod formas diuersas in textu sine constantia scribat, ut *spongea* (6,9,1) et *spongia(e)* (6,12,4 et 27,10), *mirti* (6,4,1) et *myrti* (6,6,4), *uiuum* (6,12,3) et *uiuom* (6,32,3), causam inconstantiae putans esse quod editor nimium pretium tribuerit codici S.[3] Recte reprehendisset, si uerisimile esset Columellam ipsum his in rebus constanter scripsisse. Incertas sane quaestio-

---

[1] Sic iam Häussner (op. laud. p. 12 sq.), argumentis non satis firmis, cum Lundström, Quaestiones Papinianae, Vpsaliae 1893, p. 17 sqq. codicem Politiani eundem atque Ambrosianum negauerit (u. etiam praefationem libri de arboribus anno 1897 scriptam p. X).

[2] Conferas quaeso quae scripsit Eduard Schwartz in editione optima Eusebii, tom. II:3. Lipsiae 1909, p. CLXXXVII: »Ein exacter kritischer Apparat wird immer an dem Übelstande leiden, dass er eine Menge von Varianten mitschleppen muss, die für die Textrecension direct nichts bedeuten, aber doch nicht entbehrt werden können, da auf ihnen die Schätzung der einzelnen Hss. und Handschriftengruppen beruht.«

[3] Cfr etiam W. Heraeus, Svensk humanistisk tidskrift I, Gotoburgi 1917, col. 137 sq., qui eadem fere uituperat.

nes et saepe in controuersiam uocatas has esse admitto, sed plerique uiri docti nostrae aetatis, recte mea sententia, putant etiam in rebus orthographicis codices ueteres et bonos auctoritatem quandam habere. Conferas uelim quae scripsit Lundström ipse, Eranos 16, 1916, p. 189 sq. et alibi de usu Columellae; de aliis auctoribus inter alios J. Svennung, Untersuchungen zu Palladius und zur lateinischen Fach- und Volkssprache, 1935, p. 103–108, ubi discrepantias similes cum apud alios tum in scriptis Varronis et Palladii rusticis notauit. Ut de scriptore eiusdem aetatis dicam, M. C. Gertz in editione dialogorum L. Annaei Senecae eadem ratione qua Lundström usus est, quod in praefatione (p. XX sqq.) argumentis bonis exposuit. Facere non possum quin de eis quae his de rebus eximie disseruit M. Lenchantin de Gubernatis in praefatione editionis Annalium Taciti (Romae 1940), p. XIX sqq. commemorem, ubi de uariatione formarum rebusque orthographicis in codice Mediceo (eodem fere tempore quo codex S scripto) occurrentibus cum ipsius Taciti sermone, quantum de eo conicere possumus, comparat.[1]

Quam ob rem sicut Lundström codicem S plerumque secutus sum, etiamsi formas uarias eiusdem uerbi praebet. Scripsi igitur lectiones huius codicis conseruans

*lacessiri* 9,8,3 sed *lacessi* 9,15,4 (*lacessiri* R; u. Neue-Wagener, III p. 249 sq. et Linde p. 77);

*uase* 9,11,1 et 15,5 sed *uaso* 9,8,10 (*uase* R) et 13,5 (*uase* R); formam quae est *uaso* etiam in codicibus SA et R aliquot 2,2,20 inuenimus (u. Neue-Wagener, I p. 854 et Linde p. 42);

*cohors* 8,3,8; *cohortem* 8,3,3; *cohortibus* 8,5,23; *cohortalis* 8,3,8; *cohortales* 8,11,13; *cohortalium* 8,1,3; sed *chorte* 8,3,6; *chortalis* 8,2,2 et 2,6, *chortales* 8,2,3 et 4,4, *chortalium* 8,2,1 — cfr in editione Lundströmii *chortis* 1,6,24 (*chortes* SA, *cohortis*

[1] Conferas uelim etiam quae de textu Taciti constituendo R. Syme, Journal of Roman Studies 38, 1948, p. 124 scribit: »In establishing the text of Tacitus it is plain duty to reproduce M [= codicem Mediceum] as far as possible and avoid the temptation of imposing uniformity of spelling.»

R plerique; sed *cohortis* 2,14,6 et 14,8. (V. Thes. s.u.) Haud scio an Columella uariationis causa — quam apud eum usitatissimam esse nemo ignorat — has aliasque formas diuersas scripserit.[1]

*conquinatae* 8,5,19 (SAkiœϙ) — cfr 7,5,6 *conquinet* $S^1$ et R aliquot (Lundström *coinquinet*) — sed 8,7,2 *coinquinentur* (*conquinentur* $A^1\varkappa x^1ø$). Cfr de his formis Thes. 3, 1564, 53 et E. Tidner, Sprachlicher Kommentar zur lateinischen Didascalia apostolorum, 1938, p. 108.

*aluus* (uel *albus*) saepissime in codicibus S et A legitur, sed interdum haud scio an uariationis causa *alueus* (ut fere semper in R) uidemus: *alueorum* 9,2,5 (*aluorum* Ae); *alueis* 9,9,4 et 14,1. Cfr Linde p. 14.

*quoqueuersus* 8,3,2 (sic SA) sed *quoquouersus* 8,14,1 (omnes codd.); cfr *quoqueuersus* arb. 3,5 et 7,2 (SA et R aliquot); 2,5,1 (omnes codd.); 11,2,86 (omnes codd.); sed *quoquouersus* arb. 4,3 (bis) et 27,2; 11,2,28.[2] Lundström omnibus locis *quoquouersus* scribit, sed uide Neue-Wagener, II p. 748 et H. Meusel, Lexicon Caesarianum, II col. 1618.

*cunela* 9,4,6; *cunelae* 9,5,6 et 14,10 (sic saepe in aliis libris Columellae); sed *cunilae* 9,4,2 (sic etiam 6,30,8; cfr 6,13,1, ubi codd. *cunicula* praebent). Videas quaeso Thes. 4, 1409, 6–9 et Linde p. 29.

*intibi* (gen.) 8,14,2 et 9,4,5 sed *intubi* 9,1,8[3] (et 11,3,27).

---

[1] Facere non possum quin hoc loco pauca de uerbis *excudere* et *excludere* dicam, ut uariationem Columellae demonstrem. In libro octauo codex S *excudere* quater decies, *excludere* octies praebet (codex A plerumque eandem formam atque S habet); uerba idem significant, scilicet »incubando oua aperire uel pullos ex ouis elicere» (Thes. s.u. *excudere*). Haud dubium est quin Columella haec uerba uariationis causa promiscue scripserit, neque assentiri possum iis quae dicit B. Rehm, Glotta 24, 1935–36, p. 272: »Ich halte es für undenkbar, dass Columella *excudere* und *excludere* so promiscue verwendete, wie es in den Handschriften steht, und möchte getrost überall das erstere herstellen.»

[2] Cfr etiam arb. 16, 2, ubi textus corruptus est; u. Lundström, Eranos 2, 1897, p. 51.

[3] Dubitans hoc in loco formam attributi *ferae* seruaui (omnes codd.), quamquam Columella, ut scribit Schneider in commentario, alibi uerbo quod est *intibum* (uel *intibus*) genus neutrum tribuit. Genus femininum

*cluditur* 8,11,3; *cluderent* 8,16,1 (*cludent* SA; *clauderent* R); *cludendi* 8,5,17; *cluso* (subst.) 8,8,9; sed formas a *clau-* incipientes alibi multis locis inuenimus (cfr Thes. 3, 1300, 29–76, ubi de Columella falso docemur).

*condicio* 8,11,3 (sic ubique in A) sed *conditio* multis locis (8,13,3; 15,2; 17,13; 9,1,3; 6,1; 6,2; 8,6); de orthographia huius uerbi A. Ernout (Revue de philologie 75, 1949, p. 107–119) optime disseruit.

Vt ad mera orthographica transeamus, in uerbis Graecis tenues et aspiratas promiscue sine legibus codices habent; etiam hac in re optima ratio mihi uidetur ita ut librarius codicis optimi S scribere, e.gr. *cytisus* 9,4,2; *cytisi* 8,4,2 (*cytis* SA¹); 5,2; 9,5,6; sed *cythisi* 8,5,2 — *ornithonis* 8,4,6; *ornithonem* 8,4,5; *ornithone* 8,8,3 et 9,1; sed *ornitonis* 8,3,1 et 10,3.

Eadem ratione utor in uerbis quae cum praepositionibus componuntur scribendis. Scribo igitur *appositum* 8,16,3 (codd. omnes) sed *adpositam* 8,8,4 (sic SA), *adponuntur* 8,10,5 (SA), *adponant* 8,14,10 (SA); *immaturo* 9,13,10 (*in-* A) sed *inmatura* 8,5,23 bis (SA) et 8,11,5 (SA), *inmaturos* 8,11,16 (SA). Cum — ut iam ex his exemplis apparet — codices ueteres in uerbis cum praepositionibus compositis saepius formam praepositionis integram praebeant, codices recentiores assimilatam, plures formas non assimilatas in textu meo reperies. Conferas uelim quae nuper O. Prinz (ALMA 21, 1949–50, p. 87–115 et 23, 1953, p. 35–60) disseruit, qui demonstrat formas assimilatas rariores esse quam ex editionibus apparere uideatur.[1] Vsu assimilationis quem in codicibus S et A inuenimus etiam alio modo quae disseruit Prinz confirmantur. Praepositionis enim *sub* ante *p* et *m* formam integram raro seruari Prinz docet; in libris meae editionis codex S formam non assimilatam praepositionis cum uerbo *ponere* compositae bis praebet (8,5,4 *subponi*; 8,5,11 *subponendi*),

---

alibi non inueni, sed conferas quaeso Phoc. gramm. V p. 426.19 *in singulari numero generis feminini, in plurali neutri, ... haec intibus haec intiba.*

[1] »Die Nichtassimilation ist im ganzen Altertum bis ins frühe Mittelalter hinein verbreiteter gewesen als es den landläufigen heutigen Anschauungen entspricht.« (Op. laud. p. 107.)

saepe formam mutatam, quae eadem cum uerbo *mouere* semper componitur.

Nemo autem credat me putare hoc modo omnibus locis usum orthographicum Columellae a me obseruari posse; meliorem autem rationem excogitare non possum. Necesse quidem est caute et diligenter his in rebus procedere et omnem formam per se iudicare. Vnum exemplum affero. Cum alibi tum in libro VIII haud raro uerbum quod est *reditus* sensu translato dictum (»Einkünfte«) inuenimus. Saepe in codicibus recentioribus duo *d* legimus, ueteres autem uno solo loco eam formam praebent (8,1,2 *redditum*). Hanc formam quamquam in inscriptionibus et alibi reperire possumus (u. e. gr. lexicon Forcellini s. u.), tamen a codice S discedens hoc uno loco non scripsi, praesertim cum apud scriptores eiusdem aetatis non inueniatur.

Cum uariationes quas codices in formis cum praepositionibus compositis praebent, tum alias discrepantias parui momenti quae ad orthographiam pertinent in apparatu critico non notaui; nulla igitur, duce Lundströmio, discrepantiae scripturarum *e, æ, ę, œ* (quae praesertim in A confunduntur), et *m* aut *n* ante *q* (in *plerumque, utrimque* et aliis uerbis) ratio habita est, neque falsae in codicibus uerborum distinctionis, nisi nonnumquam in locis ut ita dicam criticis, ubi etiam quisquiliae huius generis ad textum constituendum ualere possunt. Variationes orthographicas codicum recentiorum, quae nullius fere momenti sunt, plurimas omisi, codicum ueterum accuratius notaui. Lundström, ut mihi uidetur, nimiis rebus huius generis apparatum, praesertim librorum VI et VII, onerauit.

In uirgulis et aliis interpunctionis signis ponendis rationem, quae »psychologica« dici potest, potius adhibui quam usum Germanorum (et Suecorum), qui leges logicae artis in enuntiationibus distinguendis sequuntur. Hoc enim modo propius, ut uidetur, ad usum auctorum antiquorum accedimus.[1]

[1] Vide praesertim K. Ziegler in praefatione editionis libri a Firmico Materno scripti, qui *De errore profanarum religionum* inscribitur, Lipsiae 1907, p. XIV sqq. et N. O. Nilsson, Metrische Stildifferenzen in den Satiren des Horaz, Vpsaliae 1952, p. 122 sqq.

Parallelorum qui uocantur locorum collectionem compleri posse non mihi ignotum est. Locos Varronis et Palladii similes primum afferendos curaui. Imitationes a fontibus non disiunxi, cum auctores qui de rebus rusticis post Columellam scripserunt libros qui ante eum — Latina aut Graeca lingua — compositi erant fontes haud raro habuerunt. Multa quae ad has res spectant in *Pauly-Wissowa, Realencyklopädie* s.u. »Geflügelzucht« tom. VII col. 903–927 (ad librum octauum) et tom. III col. 431–457 s.u. »Biene« et »Bienenzucht« (ad librum nonum) leguntur.

Non est quod de editionibus prioribus hic multa dicam. Editio princeps Venetiis anno 1472 thypice expressa cum textum eiusdem generis quod codices recentiores, multo tamen emendatiorem, praebeat, nihil habemus quod uariationes in apparatu critico notemus, ut fecit Lundström in editione librorum VI et VII. Neque ita se res habet ut textus editionis principis cum textu codicis s, sicut dicunt Häussner op. laud. p. 21 et Trotzki op. laud. p. 450, proxime coniunctus sit. Aliquot autem locis insigni modo cum codice p conspirat, e.gr.

8,2,3 *semimares capi qui hoc nomine uocantur*] *s. qui capi hoc n. u.* p et ed. pr.

8,2,13 post *ediderunt* add. *nam et paternam speciem gerunt* p et ed. pr.

8,5,16 *pulei*] *pulegii* p et ed. pr.

9,6,1 *opere uitorio*] *opere tectorio* p et ed. pr. (*opererio* S *operario* A et R aliquot; u. Hss. p. 67[31]).

Alibi editio princeps lectiones cum codicibus classis γ communes habet, ut

8,17,13 *mitis*] *nucis* γ, *nuces* ed. pr.

9,3,1 *apium siue examinum* ϰγ et ed. pr.

9,6,4 *circumstructis*] *circumcinctis uel circumstructis* ϰγ et ed. pr.

9,7,3 post *ruinam* add. *operibus* ψcdq$^2$u$^2$üϱnx$^1$ et ed. pr.

9,9,6 *mire* om. ϰüϱnx$^1$ et ed. pr.

9,9,7 *agmen*] *examen uel agmen* κüϱnx et ed. pr.

Valde dubito certiusne possit determinari qua affinitate editio princeps cum codicibus recentioribus coniuncta sit.[1]

Editio secunda, opera et impensis Barthol. Botoni al. Bruschi, Regii 1482, haud multum ab editione principe discrepat, sed in editione a Ph. Beroaldo curata, Bononiae 1494, textus aliquot locis emendatus est (u.e. gr. 8,11,3; 8,14,11; 9,1,3); nihil fere noui editiones Regii 1496, ibid. 1499, Bononiae 1504 confectae continent. Alios codices (sed solum familiae R) editioni Aldinae (anno 1514 typis scriptae) fundamento fuisse manifestum est, quae etiam textum ualde emendatum praebet. Ceterae editiones dignae quas nominemus sunt J. M. Gesneri (Lipsiae 1735 et editio noua 1773 a J. A. Ernesto curata) et J. G. Schneideri, Lipsiae 1794, de quarum meritis et uitiis optime Häussner op. laud. passim disseruit. Gesner et Schneider codicem A non cognouerunt, et lectiones codicis S nisi per collationes mutilas, quamquam Schneider pretium maximum codicis S primus intellexit (u. praefationem tom. II partis II pag. 13 sq.). Quanto his libris praestet editio Lundströmii ex omni fere linea elucet.

In hac editione praeparanda multos benignissime me adiuuisse grato animo confiteor, in primis hos: J. Svennung, professorem ordinarium linguae Latinae Vpsaliensem, huius editionis concitatorem et instigatorem, in cuius seminario multa de Columella didici; T. Kleberg, praefectum bibliothecae uniuersitatis Vpsaliensis — quo inuestigationis loco nullus potest inueniri melior — editoremque collectionis scriptorum ueterum Vpsaliensis; amicos et collegas N. O. Nilsson et A. Önnerfors, quorum cura et eruditione multa inepta omittere potui. Postremo hoc loco commemorandum est eos qui bibliothecae Gotoburgensi praesint

---

[1] Cfr. A. Dain, Les manuscrits, Paris 1949, p. 147: »... on ne retrouve que très rarement les manuscrits qui ont serui aux premières éditions, et pour ainsi dire jamais quand il s'agit des éditions incunables.» Vide etiam Stählin, Editionstechnik, 1914, p. 16.

liberaliter mihi utendas tradidisse imagines phototypice expressas et collationes codicum aliquot Columellae manu Lundströmii factas.

Scribebam Vpsaliae mense Aprili a. MCMLV.

*Åke Josephson*

# INDEX SIGLORVM

**S** (**S**[1]) — Sangermanensis, olim Petropolitanus 207, nunc Leninopolitanus Clas. Lat. F v l; saec. IX. (**S**² textum correctum significat.[1])

**A** (**A**[1]) — Ambrosianus L 85 sup.; saex. IX. (**A**² textum correctum significat.[1])

**R** — recentiores saec. XV uel omnes uel omnes praeter eos qui separatim laudantur. (Numeri parui *1* et *2* ad hos omnes codices eadem ratione qua ad S et A ponuntur.)

**a** — Laurentianus plut. 53, 32.
**b** — Bibl. Brer. Mediol. A.D. XV, 4.
**c** — Caesenas Malatestianus plut. 24 sin. 2.
**d** — Laurentianus Conu. Suppr. 285.
**e** — Scorialensis R. I. 7.
**f** — Mus. Brit. Add. 19903.
**g** — Vallicellianus E 39.
**h** — Vindobonensis Lat. 81 et 3144 (idem codex; u. Hss. p. 77).
**i** — Vaticanus Ottob. Lat. 2059.
**j** — Mus. Brit. Add. 17295.
**k** — Laurentianus plut. 53, 24.
**l** — Lipsiensis, Bibl. comm. Rep. I f. 13.
**m** — Venetus Marcianus 462.
**n** — Vaticanus Ottob. Lat. 1567.
**o** — Vaticanus Ottob. Lat. 1700.
**p** — Laurentianus plut. 53, 27.
**q** — Laurentianus plut. 91 inf. 6.
**r** — Vaticanus Lat. 1525.
**s** — Laurentianus Strozz. 69.
**t** — Bononiensis, Bibl. uniuers. 2523.
**u** — Vaticanus Urbinas Lat. 260.
**v** — Vaticanus Lat. 1526.
**w** — Vaticanus Lat. 1524.

---

[1] Ad correctiones codicum S et A uideas quaeso quae in libro meo qui Die Columella-Handschriften inscribitur p. 17, 19, 34 sq. disserui.

**x** — Gotoburgensis Lat. 28.
**y** — Vaticanus Lat. 1527.
**z** — Vindobonensis Lat. 33.
**ä** — Parisinus Lat. 6830 A.
**ø** — Mus. Brit. Harl. 3556.
**ü** — Parisinus Lat. 6830 C.
**æ** — Laurentianus Aedil. 168.
**œ** — Morganensis 139, olim Hamiltonensis 184.
**ç** — Valentinus, Bibl. uniuers., Lat. 651.
**ǫ** — Oxoniensis, Bodleianus Canon. Lat. Class. 305.

*Pol.* — adnotationes Angeli Politiani e codice a Nicolao Nicolo descripto in editione principe factae (u. Hss. p. 163)

| | | | |
|---|---|---|---|
| **α** — | consensus | codicum | **ahk** |
| **γ** — | » | » | **ǵœü ǫnx v t** |
| **ϰ** — | » | » | **cdq ju** |
| **σ** — | » | » | **bflryøçæ p** |
| **φ** — | » | » | **ew** |
| **ψ** — | » | » | **izä** |
| **ω** — | » | » | **m os** |

---

*ed. pr.* — editio princeps: Rei rusticae scriptores, Venetiis Nicol. Jenson 1472.
*ed. Beroaldi 1494* — Opera agricolationum cum exscriptionibus Ph. Beroaldi, Bononiae 1494.
*ed. Ald.* — editio Aldina: Libri de re rustica, Venetiis in aed. Aldi 1514.
*Gesner* — Scriptores rei rusticae ueteres Latini ... curante J. M. Gesnero, editio secunda, Lipsiae 1773.
*Schn.* — Scriptores rei rusticae ueteres Latini ... correxit ... illustrauit J. G. Schneider, Lipsiae 1794.[1]

[1] Hoc opusculum iam sub prelis erat, cum in manus meas uenit volumen secundum editionis Columellae, quae in »Loeb Classical Library« continetur (L. J. Mod. Columella On Agriculture with a recension of the text and an English translation by E. S. Forster and E. H. Heffner. Vol. II: Res Rustica V–IX. London and Cambridge, Massachusetts 1954). Qua de editione in libro, qui uocatur Die Columella-Handschriften, aliquot paginas scripsi (p. 166—174).

*Victorius* — Petrus Victorius, Explicationes suarum in Catonem, Varronem, Columellam castigationum, Lugduni 1542.

*Vrsinus* — Fuluius Vrsinus, Notae ad M. Catonem, M. Varronem, L. Columellam de re rustica, Romae 1587.

*Kottmann* — M. Kottmann, De elocutione L. Junii Moderati Columellae, Programm Rottweil 1903.

*Nyström* — G. Nyström, Variatio sermonis hos Columella, Gotoburgi 1926.

*Dahllöf* — N. Dahllöf, Tempora och modi hos Columella, Gotoburgi 1931.

*Linde* — H. Linde, Studier till Columellas nionde bok, Gotoburgi 1936.

*Kleberg* — T. Kleberg, Några anmärkningar till Columellas nionde bok, Eranos 35, 1937, p. 22–31.

*Hss.* — Å. Josephson, Die Columella-Handschriften, Vpsaliae 1955 (Acta uniuersitatis Vpsaliensis).

L. IVNI MODERATI COLVMELLAE

# REI RVSTICAE

## LIBER OCTAVVS

DE VILLATICIS PASTIONIBVS AVIARIVS ET PISCATOR

# LIBER OCTAVVS HAEC CONTINET

I. De cortalibus gallinis nutriendis et gallinariis constituendis.
II. De seruandis ouis.
III. De gallinis farciendis.
IIII. De palumbis et columbis farciendis.
V. De columbariis constituendis.

---

L. (*om.* **SA**) Iuni Moderati (*om.* **r**) Columell(a)e rei rustic(a)e liber nonus (*uel* VIIII) incipit (*om.* **SA**) feliciter (*om.* **SAer**) de (*om.* **A**) uillaticis pastionibus auiarius et piscator **SAφωfryø** Liber VIIII de uillaticis pastionibus auiarium et piscium hec incipit feliciter **a** Liber VIIII de uillaticis pascionibus auiarium et piscium **h** Incipit nonus feliciter de uillaticis pastionibus aurarius et piscator **l** Eiusdemque de uillaticis pastionibus auiarius et piscator liber nonus incipit foeliciter **v** Liber nonus incipit de uillaticis pastionibus auiarius (auiariis **b**) et piscator **bç** Nono libro de uillaticis pascionibus rei rusticae **d** Liber nonus rei rustice de uillaticis pascionibus sequitur **q** Liber nonus incipit auiarius et piscator **z** L. Columelle liber nonus incipit feliciter **ǫ** Liber nonus incipit **gœ** Incipit liber nonus **n** *inscriptionem post argumentum* **φωgœǫbry** *inscriptionem om.* **kiäcjuüxtæp**

Liber nonus (*uel* VIIII) haec continet **SAeobŕryøæ** Liber nonus haec continet. Rubrica noni libri **w** Sequitur liber VIIII haec continens **s** Haec continet **h** Haec continentur **d** Cuius argumenta haec sunt **v**

2 cohortalibus **A²R** gallinis *ante* cohortalibus **ǫn** nutriendis *om.* **n** gallinaris **A** Quot sint genera gallinarum; De coortalibus earumque tutela et educatione **v** Quot sunt genera gallinarum **t** 4 De ouis seruandis **t** 5 faciendis **A¹øp** De cohortalibus gallinis earumque tutela et educatione **t** *postea add.* quemadmodum gallinas pingues et teneras reddi oportet **vt** 6 columbis et palumbis **b** faciendis **vp** *postea add.* eorumque tutela et educatione **vt** 7 *om.* **vt**

VI. De turturibus.
VII. De turdis.
VIII. De pauonibus.
VIIII. De Numidicis et rusticis gallinis.
X. De anseribus.
XI. De anatibus.
XII. De piscinis faciendis et piscibus alendis.

---

1 De turturibus saginandis **vt** 2 De turdis alendis **vt** 3 pauonis **SA**[1] *post* pauonibus *add.* educandis **vt** 5 De anseribus et quercedulis **n** De anserum et anatum aliarumque nantium uolucrum tutela **vt** 6 De anatibus et quercedulis **dgœϙüx** *om.* **nvt** anetibus **SA**[1] 7 De piscinis faciendis; De piscibus alendis et includendis **γ** (*exc.* **t**) alendis] includendis **h**[1]**r**[2]**ø** includendis et alendis **h**[2] includendis alendisque **f** alendis **ał** includendis **uy** concludendis **p** *numeros postpos.* **wmsœϙünxv** *numeros om.* **Ajugtæp** *argumentum om.* **akψcqlç** (*cfr argumentum post finem libri XI positum*)

Quae fere consummabant, Publi Siluine, ruris expe*d*iendi 1
scientiam, quaeque pecuariae negotiationis exigebat ratio, sep-
tem memorauimus libris. hic nunc sequentis numeri titulum pos-
sidebit, nec quia proximam propriamque rustici curam deside-
rent ea quae dicturi sumus, sed quia non alio loco quam in agris
aut uillis debeant administrari. et tamen agrestibus magis quam
urbanis prosint, quippe uillaticae pastiones sicut pecuariae non 2
minimam colono stipem conferunt, cum et auium stercore
macerrimis uineis et omni surculo atque aruo medeantur, et
eisdem familiarem focum mensamque pretiosis dapibus opulen-
tent, postremo uenditorum animalium pretio uillae reditum
augeant. quare de hoc quoque genere pastionis dicendum censui.
Est autem id fere uel in uilla uel circa uillam. in uilla est quod 3
appellant Graeci ὀρνειθῶνες καὶ περιστερεῶνες, atque etiam, cum

---

De cohortalibus gallinis et gallinariis constituendis *rubr.* **dq** De cohortalibus gallinis nutriendis et gallinariis constituendis capitulum primum **ϙ** Quot sunt genera gallinarum **t** 1 quae] quanto **nx**[1] consumabant **R** consumabantur **nx**[1] expediendi *scripsi* (*u. Hss. p. 71*): experiendi **SAφ** exercendi(s) experiendique **R** exercendi **ü** et exercendique **ϰnx**[1] 2 pecunarie **alr** pecuniariae **S** pecuniarte **A** (r *expunctum*) exibat **S**[1]**A** erigebat **ä** 3 nunc sequentis *om.* **ç** possidebat **wä** 4 nec *om.* **SAφ** propriam proximamque **oϰγ** (*exc.* **v**) propriamque *om.* **p** 5 non in alio **ψϰγ** (*exc.* **t**) 7 profuit **ünx**[1] sicut] licet **ω** pecuniariae **SA** pecurie **ju** 8 stipemus ferunt **v** stercore *om.* **l** 9 arbo **S**[1]**A** 10 focum **A**[2]**R** locum **SA**[1] pretiosibus **A** opulentet **S** opulentant **R** 11 reditum **cd** redditum **SAR** (*u. praef. p.* XIII) 12 augent **R** quare **R** -que **SA**

13 est *om.* **SA** autem *om.* **nx**[1] ferre **A** uel in uilla **SAcdø** uel in uillam **R** uel circa uillam in uilla *om.* **A**[1] 14 ορνειθωνες και περιστερεωνες *uel sim.* **SAhosugüxlçæ** *om. u. sp. r.* **R** atque etiam cum datur *om.* **gœ**

datur liquoris facultas, ἰχθυοτροφεῖα sedula cura exercentur. ea sunt omnia, ut Latine potius loquamur, sicut auium cohortalium stabula nec minus earum, quae conclauibus septae saginantur, 4 uel aquatilium animalium receptacula. rursus circa uillam ponuntur μελισσῶνες καὶ χηνοβόσκια, quin etiam λαγοτροφεῖα studiose administrantur; quae nos similiter appellamus apum cubilia, apiaria, uel nantium uolucrum, quae stagnis piscinisque laetantur, auiaria, uel etiam pecudum siluestrium, quae nemoribus clausis custodiuntur, uiuaria.

2 Prius igitur de his praecipiam, quae intra septa uillae pascuntur. ac de aliis quidem forsitan ambigatur an sint agrestibus possidenda, gallinarum uero plerumque agricolae cura sollemnis est. earum genera sunt uel chortalium uel rusticarum uel

**De chortalibus gallinis**

2 Africanarum. chortalis est auis quae uulgo per omnes fere uillas conspicitur, rustica, quae non dissimilis uillaticae per aucupem decipitur — eaque plurima est in insula quam nauitae Ligustico mari sitam producto nomine alitis Gallinariam uoci-

13–15 *Varro rust. 3, 9, 1–2* 16–7: 1 *Varro rust. 3, 9, 17*

1 liquoris **AR** litoris **S** litoris *uel* littoris **dquünx**$^1$**vtfø** lictor' **l** ιχθυοτροφια **Sheosuüxlçæ** ιχουοθροφια **A** ιχθυοτροφιαπφω **g** *om. u. sp. r.* **R** *sine u. sp.* **aä** 2 coortalium **A**$^1$ 3 quae *om.* **w** sagittantur **SA**$^1$ 4 uilla **SA** 5 μελισσωνες και χηνοβοσκια (-βουσκια **SA**) **SAhosugüxlçæ** μελισσωνες και χηνο *cum lac.* **e** *om. u. sp. r.* **R** quin] quod **p** tiam **SA**$^1$ λαγοτροφια (*uel* λαγω-) **SAheosugüxlçæ** *post* studiose **ü** *om. u. sp. r.* (*post* studiose **djn**) **R** *sine u. sp.* **ǫ** 6 studiose *om.* **x**$^1$ apium **R** *aliquot* 7 uel nantium . . . auiaria *om.* **ä** uolucrum *om.* **Aφ** piscinique **A**$^1$ pisciumque **κünx**$^1$ 8 uel . . . uiuaria *om.* **nx**$^1$ peducum **S** pedum **w**

De gallinariis *rubr.* **z** 10 praecipiam . . . pascuntur *om.* **nx**$^1$ septe **S**$^1$ 11 *post* pascuntur *add.* (et **gǫt**) quod (*uel* quot) sint genera gallinarum **R** (*exc.* **wψnx**$^1$) ambigantur **SAαφψor** sit **SA** *et* **R** *aliquot* 12 cur(a)e **cγ** solem(p)nis **A** *et* **R** *aliquot* 13 cortalium **A**$^1$ cohortalium **A**$^2$**R** (*u. praef. p.* x) 14 *post* Africanarum *in textu* de chortalibus (kor- **S** cohor- **A**$^2$**R**) gallinis **S** *rubr.* **Aheosbflyç** cohortalis **R** fere per omnes **γ** omne **S**$^1$**A**$^1$ 15 conspeccitur **A**$^1$ 16 naut(a)e **azämbp** e ligustico **Aφizy** e ligustro **ä** iligustico **l** lyastico **p** 17 sitam **R** sit **SA** si tamen **w** sit sitamen **e** *Pol.* produlcio **A** gallinarium **Adg** gallinarum **mœt** gallinam **a** uocitauerant **aφ**

tauerunt. Africana est quam plerique Numidicam dicunt,
Μελεάγριδι similis, nisi quod rutilam galeam et cristam capite
gerit, quae utraque sunt in Meleagride caerulae.

Sed ex his tribus generibus chortales feminae proprie appel- 3
lantur gallinae, mares autem galli, semimares capi, qui hoc
nomine uocantur cum sint castrati libidinis abolendae causa.
nec tamen id patiuntur amissis genitalibus, sed ferro candente
calcaribus inustis, quae cum ignea ui consumpta sunt, facta
ulcera dum consanescant, figulari creta linuntur. huius igitur 4
uillatici generis non spernendus est reditus, si adhibeatur
educandi scientia, quam plerique Graecorum et praecipue cele-
brauere Deliaci. sed et hi, quoniam procera corpora et animos
ad proelia pertinacis requirebant, praecipue Tanagricum genus
et Rhodium probabant, nec minus Calcidicum et Medicum, quod
ab imperito uulgo littera mutata Melicum appellatur. nobis 5
nostrum uernaculum maxime placet, omisso tamen illo studio

---

4–6 *Varro rust. 3, 9, 3* 7–9 *Varro rust. 3, 9, 3; cfr Plin. nat. 10, 50 et Aristot. hist. anim. 9, 50, 631 b* 11–12 *Varro rust. 3, 9, 2; cfr Plin. nat. 10, 139 et Cic. acad. 2, 57* 13–14 *Varro rust. 3, 9, 6; Plin. nat. 10, 48* 14–15 *Varro rust. 3, 9, 19*

---

2 μελεαγριδαι (-ιδι **S** -ιαι **A**$^1$) **SAheosugxlæ** meleagride **ç** *om. u. sp. r.* **R** *sine u. sp.* **ü** rustilam **S**$^1$**y** galeam (caleam **S**$^1$) et cristam **SAh**$^2$**k** et cristam **a** cristam **R** (*u. Hss. p. 86*) capite *om.* **SA** 3 agerit **S** acerit **A** quae in utraque **R** quae uilitraque **nx**$^1$ sunt *om.* **φc** est **üt** cerul(a)e **SAα** cerulee **ct** cerula **zm** c(a)erulea **R** *post* caerulae *add.* castratio gallie curatio *in textu* **p** 4 his **AR** is **S** cohortales **R** 5 qui capi **p** 6 uocatur **S** libidinis . . . linuntur (*u. 9*) *om.* **p** 7 gandente **S**$^1$**A**$^1$ 9 uicera **S** consanescunt **scq** consenescunt **dγ** liniuntur **ψcdqγ** (*exc.* **t**) 10 uillatice **A** redditus **R** *aliquot* (*cfr 8, 1, 2*) si adhibeatur . . . plerique *om.* **l** 12 delsaci sed **α** delsacis et **SA**$^1$ d *lac.* sed **zä** *sine lac.* **i** ii **izdp** animosa **SA**$^1$**wψ** 13 proelio **S** requiebant **SA**$^1$ tenagricum **dq** cenagricum **c** teneagricum **ünx**$^1$ tanag *cum lac.* **iz** hrodium **A** 14 calchidicum **S**$^2$ calchidicum *uel* chalcidicum **R** *aliquot* (*cfr 8, 2, 13*) calchiacum **w** medii cum **A** quod ab **SR** quodam **A** 15 appellantur **A** nouis **SA** 16 nostrorum **osdqünb**

Graecorum, qui ferocissimum quemque alitem certaminibus et pugnae praeparabant. nos enim censemus instituere uectigal industrii patrisfamiliae, non rixiosarum auium lanistae, cuius plerumque totum patrimonium, pignus aleae, uictor gallinaceus pyctes abstulit.

6 Igitur cui placebit sequi nostra praecepta, consideret oportet primum quam multas et cuiusmodi parare debeat matrices, deinde qualiter eas tutari et pascere, mox quibus anni temporibus earum partus excipere, tum demum ut incubent et excludant efficere, postremo ut commode pulli educentur operam dare. his enim curis et ministeriis exercetur ratio chortalis,
7 quam Graeci uocant ὀρνιθοτροφίαν. parandi autem modus est ducentorum capitum, quae pastoris unius curam distendant, dum tamen anus sedula uel puer adhibeatur custos uagantium, ne obsidiis hominum aut insidiatorum animalium diripiantur. mercari porro nisi fecundissimas aues non expedit. eae sint rubicundae uel infuscae plumae nigrisque pinnis, ac si fieri

---

6–11 *Varro rust. 3, 9, 2*     16–17 *Varro rust. 3, 9, 4*
16–9: 2 *Pallad. 1, 27, 1*

---

3 rixiosarum **SAαeosp** (*cfr Tidner, Didasc. apostol., 1938, p. 93*) rixosarum **R** rissiosarum **κ**   4 aleae **zä** al(a)e **SAR**   5 pictes **R** *plerique*

De cohortalibus gallinis earumque educatione *rubr.* **t**   6 considerare **ω**   7 multa sed **AR**   natrices **ψ** nutrices **ø**   8 qualiter deinde **γ**   tutari **SAkφψκ** tueri **ahωσ** tractari **γ**   9 accipere **v**   demum] deinde **ω**   incumbent (-cun- **mn**) **R** *aliquot* cubent **p**   et *om.* **SAφ**   excludat **cn** excudant **ψωtbf**$^{2}$**ryçp** excubant **m** excubent **æ**   10 efficere . . . dare *om.* **f**   educantur **wγ** (*exc.* **ü**)   11 enim] cum **wq**   exercetur] ex *cum lac.* **ψ** cohortalis **R**   12 ορνιθοτροφιαν **SAheosugüxlçæ** *om. u. sp. r.* **R** *sine u. sp.* **ä**   13 distendant **SAah**$^{2}$**k** distendat **jul** dispendat **R** 14 anus *om.* **w**   *post* anus *add.* uel **œnx**$^{1}$   bel **A**$^{1}$   athibeatur **S**$^{1}$**A**   15 insidiatorum **S**$^{2}$**Ae** insidiotorum **S**$^{1}$ insidiosorum (-arum **cx**) **R** obsidiosorum **jp** (*u. Hss. p. 92*)   16 ea **A** h(a)e **cdγæ**   sunt **R** *aliquot*   17 rubicule (ra- **q**) **κnx**$^{1}$**p** rubiconde **l**   uel infuscae **κγp** uelimfuscae **SA** uel fuscae **R** (*u. Hss. p. 46*)   pennis **R** *aliquot* pruinis **e**   si *om.* **dqnx**$^{1}$

poterit, omnes huius et ab hoc proximi coloris eligantur. sin aliter, uitentur albae, quae fere cum sint molles ac minus uiuaces, tum ne fecundae quidem facile reperiuntur, atque etiam conspicuae propter insigne candoris ab accipitribus et aquilis saepius abripiuntur. sint ergo matrices robii coloris, quadratae, 8
pectorosae, magnis capitibus, rectis rutilisque cristulis, albis auribus, et sub hac specie quam amplissimae, nec paribus unguibus; generosissimaeque creduntur quae quinos habent digitos, sed ita ne cruribus emineant transuersa calcaria. nam quae hoc uirile gerit insigne, contumax ad concubitum dedignatur admittere marem, raroque fecunda etiam cum incubat, calcis aculeis oua perfringit.

Gallinaceos mares nisi salacissimos habere non expedit. atque 9
in his quoque sicut feminis idem color, idem numerus unguium, status altior quaeritur; sublimes sanguineaeque nec obliquae cristae, rauidi uel nigrantes oculi, breuia et adunca rostra, maximae candidissimaeque aures, paleae ex rutilo albicantes, quae uelut incanae barbae dependent; iubae deinde uariae uel ex auro flauae, per colla ceruicesque in umeros diffusae; tum 10

5–8 *Varro rust. 3, 9, 4; Plin. nat. 10, 156; Geop. 14, 7, 9*
9–12 *Geop. 14, 7, 17* 13–10: 11 *Varro rust. 3, 9, 5; Geop. 14, 16, 2–4*

1 ab] ad **ϰünx**$^{1}$ ob **œϙ** colores **R** *plerique* 2 uitentur **R** euitentur (eni- **qgϙ**) **ϰγ** uiterbitentur **SA** 3 reperiuntur **cçp** reperiantur **R** referiantur **S** reriantur **A** 4 propter **SAay** propterque **R** insigne **SR** inspicue **A** aqualis **S**$^{1}$**A** aquibus **ar** 5 abrapiantur **cdq** rapiuntur **zä** robii **S** probi **R** ł probi *Pol.* robusti **Aφ** (*u. Hss. p. 90*) 6 pectore se **ah**$^{1}$ pectore sed **k** rectis] cristis **S**$^{2}$ -que cristulis *om.* **SAe** cristulis] cristis **w** cristis cristulis **y** cristulis cristis **ø** albis *post* auribus **γ** 7 hae **S** partibus **A** 8 ungulis **R** generosis // aeque **S** generosis seque **A** 9 ne]ut **ünx**$^{1}$ emeneant **S**$^{1}$ transuelsa **SA** 10 gerit *om.* **SA** dedignantur **äωç** dedinatur **w** dedignatam **A** 11 incumbat **R** *aliquot* 12 calcis] taleis **nx**$^{1}$ perfrincit **S**$^{2}$ ferfringit **A** ferfrincit **S**$^{1}$ 14 feminis **SAe** in feminis **R** 15 nec **SAah**$^{2}$**kä** (a)eque uel **R** 16 rauidi **φjuçp** rabidi **R** rubidi **SAstb** rubicunde **ak** rubicundi **h**$^{2}$ 17 maximeque **ω** candidissimaeque **R** candidissimae **brp** candissimae **ω** -que **SAφ** paleae **A**$^{2}$**R** galeae **SA**$^{1}$**e** gallee **w** aluicantes **S**$^{1}$ 18 iubae **R** be **S** uel **A** bariae **S**$^{1}$ 19 humeros **A**$^{2}$**R**

lata et musculosa pectora, lacertosaeque similes brachiis alae; tum procerissimae caudae duplici ordine singulis utrimque prominentibus pinnis inflexae; quin etiam uasta femina et frequenter horrentibus plumis hirta, robusta crura nec longa sed
11 infestis uelut sudibus nocenter armata. mores autem, quamuis non ad pugnam neque ad uictoriae laudem praeparentur, maxime tamen generosi probantur, ut sint elati, alacres, uigilaces et ad saepius canendum prompti, nec qui facile terreantur. nam interdum resistere debent et protegere coniugalem gregem, quin et attollentem minas serpentem uel aliud noxium animal interficere.

12 Talibus autem maribus quinae singulis feminae comparantur. nam Rhodii generis aut Medici propter grauitatem neque patres nimis salaces nec fecundae matres, quae tamen ternae singulis maritantur. et cum pauca oua posuerunt, inertes ad incubandum multoque magis ad excludendum, raro fetus suos educant. itaque quibus cordi est ea genera propter corporum speciem possidere, cum exceperunt oua generosarum, uulgaribus gallinis subiciunt,
13 ut ab his excusi pulli nutriantur. Tanagrici plerumque Rhodiis et Medicis amplitudine pares non multum moribus a uernaculis distant, sicut et Calcidici. omnium tamen horum generum nothi sunt optimi pulli, quos conceptos ex peregrinis maribus nostra-

---

10 *Verg. georg. 3, 421* tollentemque minas

---

3 pennis **S**$^2$ *et* **R** *aliquot; om.* **γ** 5 mares **αäœϙnxvtp** 7 elati **AR** telati **S** alati **w** uigilantes **φiäø** 8 promti **A** *et* **R** *aliquot* faciles **nxv** 9 debet **κγ** (*exc.* **t**) 10 et **S** uel **p** *om.* **AR** *post* serpentem *add.* uel alium serpentem **S** alium **SA**
12 manibus **S**$^1$**A** cōparā **S** 13 hrodi **S** herodi **A** melici **mr**$^1$ *Pol.* mellici **o** 14 satages **A** 15 cum] tamen **nx**$^1$ *om.* **œt** inhertes **S**$^1$**Aesϙ** *om.* **w** 16 excudendum **ψgœϙx**$^2$**vfyrçp** ł escudendum *Pol.* educanti **S** 18 generosarum **R** gene **SA** 19 ut] et **ünx**$^1$ ut et **ψ** excusi **Aaiz** excussi **Sä** exclusi **R** excludi exclusi **w** hrodiis **S** hordiis **A** 20 mendicis **S**$^1$ moribus] erroribus **ψ** 21 chalci- *uel* calchi- *uel* chalchi- **R** *aliquot* eorum **κünx**$^1$ nothi **SAφjç** noti **R** notae **t** 22 optimae **t** *post* optimi *add.* sunt **SAφ** matribus **ϙx**$^2$**vbf**$^1$**øp**

tes ediderunt, et salacitatem fecunditatemque uernaculam retinent. pumileas aues, nisi quem humilitas earum delectat, nec 14
propter fecunditatem nec propter alium reditum nimium probo, tam hercule quam nec pugnacem nec rixosae libidinis marem. nam plerumque ceteros infestat, et non patitur inire feminas, cum ipse pluribus sufficere non queat. inpedienda est itaque 15
procacitas eius anpullaceo corio, quod cum in orbiculum formatum est, media pars eius rescinditur, et per excisam partem galli pes inseritur, eaque quasi compede cohibentur feri mores.

Sed, ut proposui, iam de tutela generis uniuersi praecipiam.

**De gallinariis**

Gallinaria constitui debent parte uillae quae hibernum spectat 3
orientem. iuncta sint ea furno uel culinae, ut ad auem perueniat fumus, qui est huic generi praecipue salutaris. totius autem officinae, id est ornitonis, tres continuae extruuntur cellae, quarum, sicuti dixi, perpetua frons orientem sit obuersa. in ea 2
deinde fronte exiguus detur unus omnino aditus mediae cellae, quae ips⟨a⟩, e tribus minima, esse debet in altitudinem et quoqueuersus pedes septem. in ea singuli dextro laeuoque pariete

---

2–3 *Plin. nat. 10, 156*   11 *cap. 3: cfr Varro rust. 3, 9, 6–8*
12–13 *Geop. 14, 7, 1*

---

1 *post* ediderunt *add.* nam et paternam speciem gerunt **p**   fecunditatemque] et fecunditatem **γ**   uernaculam . . . fecunditatem *om.* **nx**¹   uernaculum **A** uernacula **aωl**   2 pumileas **S** pumiles **AR** humiles **αtf** pulias **p**   3 redditum **R** *aliquot*   probo tam **h**¹**kψϰγfryøç** probatam **Sah**²**ωbæ** probatum **Al** probo tamen **d** probo **φp**   4 pugnacen **S**¹**A** pugnantem **l**   risose **c** rissose **dju** rixo **SA**   5 inire **SAαwψlr** iniri **R**   6 itaque est **ωæ**   7 ampullaceo **R** apullaceo **kn**   8 et per . . . inseritur *om.* **SA**   9 quiasi **SA** comniede **SA**
10 set **S**   uniuersi generis **R** generis **d**
De (II De **S**) gallinariis **SAhφäosblyç** De gallinariis faciendis **q**
14 ornithonis **R** orinthonis **zd**   extrahuntur **Ahφosbr** constituuntur **p**   15 sicuti **SAnx** sicut **R**   orientem **SAR** (*u. C. F. W. Müller, Syntax des Nom. und Akk., 1908, p. 139*) orienti **t**   in ea **R** inde **S** *om.* **A**   16 deinde **AR** inde **S**¹ in **S**²   unius **çnx**¹   17 ipsa e *Schn.*: ipse **SAR** ipsa **çæ** ipsis **wzäø** ips *cum lac.* **i** peđ *in ras.* **t** *om.* **a**   minime **A**¹   quoquouersus **R** (*u. praef. p.* XI)   18 pedem **çnx**¹ pedum **αωbøçæ**   septem pedes **t**   singula **A**

aditus ad utramque cellam faciundi sunt, iuncti parieti qui est intrantibus aduersus. huic autem focus applicetur tam longus, ut nec inpediat praedictos aditus et ab eo fumus perueniat in utramque cellam; eaeque longitudinis et altitudinis duodenos pedes habeant, nec plus latitudinis quam media.

3 Sublimitas diuidatur tabulatis, quae super se quaternos et infra septenos liberos pedes habeant, quoniam ipsa singulos occupant. utraque tabulata gallinis seruire debent, et ea paruis ab oriente singulis inluminari fenestellis, quae et ipsae matutinum exitum praebeant auibus ad cohortem, nec minus uespertinum introitum. sed curandum erit ut semper noctibus clau-

4 dantur, quo tutius aues maneant. infra tabulata maiores fenestellae aperiantur, et eae clatris muniantur, ne possint noxia inrepere animalia, sic tamen ut inlustria sint loca, quo commodius habitet auiarius, qui subinde debet speculari aut incubantis aut parturientis fetas. nam etiam in his ipsis locis ita crassos parietes aedificare conuenit, ut excisa per ordinem gallinarum cubilia recipiant, in quibus aut oua edantur aut

---

12–14 *Varro rust. 3, 7, 3* 17–18 *cfr Varro rust. 3, 9, 7* in pariete exclusa sint cubilia earum

---

1 rutamque **SA** faciendi **R** *plerique* iaciundi **jufr**$^2$ **y** *Pol.* iaciendi **ç** 2 intratibus **S**$^1$ appicetur **S**$^1$ 4 eaeque **S** (a)eque **AR** et altitudinis . . . latitudinis *om.* **i** et ad altitudinis **Ah**$^2$**φ** 5 nec plus . . . pedes habeant *om.* **l** nec] nam **ωqgœünxæ**$^1$ latitudinis] altitudinis **äp** 6 sublimis **v** sublitas **mob** supra **clp** 7 ipsos **ψ** 8 occupat **SA** parui **A** 9 festestellis **A**$^1$ fenestris **os** matutinam **A**$^1$ 10 exitum *om.* **SA** auibus **R** animus **S** animos **A** ad **AR** at **S** 12 quo tutius **R** quotius **SA**$^2$ quoties **A**$^1$ intra **AR** fenestell(a)e **SAah**$^2$**k** fenestr(a)e **R** 13 e(a)e **R** e **SA** ea **κγ** hec **l** clatris . . . tamen *om.* **os** cratris **jt** clateis **z** clauis **ϙnx**$^1$ nec **cd** 14 tamen] inde **œv** ut *om.* **cdqüϙnx**$^1$ sunt **SA** quo] que **c** quae **djmsb** 15 habitent **γ** (*exc.* **t**) qui **R** quia **S** qua **A** que **ϙnx**$^1$ incumbantis **R** *aliquot* 16 parturentis **A**$^1$ imparturientis **ü**$^1$**ϙnx**$^1$ his ipsis **R** ipsis his **än** iis ipsis **heutfyøç** ipsis **SA** his **d** ita *om.* **uγ** 17 exercisa **SA** (*cfr Varro* exclusa; *u. Goetz, Festschrift Judeich, 1929, p. 53*)

excludantur pulli. hoc enim et salubrius et elegantius est quam
illud quod quidam faciunt, ut palis in parietis uehementer
actis uimineos qualos superponant. siue autem parietibus ita ut 5
diximus cauatis aut qualis uimineis praeponenda erunt uesti-
bula, per quae matrices ad cubilia uel pariendi uel incubandi
causa perueniant. neque enim debent ipsis nidis inuolare, ne
dum adsiliunt pedibus oua confringant.

Ascensus deinde auibus ad tabulata per utramque cellam 6
datur, iunctis parieti modicis asserculis, qui paulum formatis
gradibus asperantur, ne sint aduolantibus lubrici. sed ab chorte
forinsecus praedictis fenestellis scandulae similiter iniungantur,
quibus inrepant aues ad requiem nocturnam. maxime autem
curabimus ut et haec auiaria et cetera, de quibus mox dicturi
sumus, intrinsecus et extrinsecus poliantur opere tectorio, ne
quae ad aues feles habeant aut coluber adcessum, tum et aeque
noxiae prohibeantur pestes.

Tabulatis insistere dormientem auem non expedit, ne suo 7
laedatur stercore, quod cum pedibus uncis adhaesit, podagram
creat. ea pernicies ut euitetur, perticae dolantur in quadrum,

---

14–15 *cfr Varro rust. 3, 7, 3* 17–14: 4 *cfr Geop. 14, 7, 2*

---

1 excudantur **ωfryçp** *Pol.* excubantur **ψ** 2 quot **A** parietes **R** parietem **p** pariete **l** uehementer . . . parietibus *om.* **A**$^1$ 3 uimineos **R** ui minimo **SA**$^2$ superponant **R** superponent **SA**$^2$ superimponant **γ** 4 aut **R** siue **SAah**$^2$**k** qualem **SA** qualos **ah**$^2$**k** uimineis **R** uimineos **S**$^2$**ah**$^2$**k** uinineos **A** uineos **S**$^1$ 5 *post* uestibula *add.* uineas palos superponant siue autem parietibus ita ut diximus cauatis aut qualis uimineis praeponenda erant uestibula **r** 6 perueniat **cdüçn** nidis **A**$^2$**R** dis **SA**$^1$ inbolare **SA**
8 tabulatum **w** 10 grandibus **vp** sed ab . . . nocturnam *om.* **ç** a **R** *aliquot* cohorte **R** 11 fenestrellis **çn** fenestris **os** fenestis **m** similiter iniungantur] sil *lac.* iungantur **ψ** 12 maxima **S** maxum **A** 13 curabimus **S**$^2$**kdgüx**$^2$**vlç** curauimus **S**$^1$**AR** dixturi **S** dicituri **A**$^1$ 14 et extrinsecus *om.* **SAφ** neque **SAφψκγ** (*exc.* **t**) **l** ne **αωtσ** (*exc.* **l**) 15 ad *om.* **S**$^1$**Aφ** (*u. Hss. p. 87*) habeat **mobfryp** tum et **SAah**$^2$**k** et **R**
18 ungis **A** 19 ea *om.* **A**$^1$ pernities **S** ut euitetur **Aαe**$^2$ **zlryøp** ute//uitetur **S** ut ei (eis **ψ**)uitetur **φψ** ut uitetur **R**

ne teres leuitas earum supersilientem uolucrem non recipiat conquadratae deinde foratis duobus aduersis parietibus induuntur, ita ut a tabulato pedalis altitudinis et inter se bipedali latitudinis spatio distent.

8 Haec erit cohortalis officinae dispositio. ceterum cohors ipsa, per quam uagantur, non tam stercore quam uligine careat. nam plurimum refert aquam non esse in ea nisi in uno loco quam bibant, eaque mundissima; stercorosa pituitam concitat. puram tamen seruare non possis nisi clausam uasis in hunc usum fabricatis. sunt autem qui aut aqua replentur aut cibo plumbei canales, quos magis utiles esse ligneis aut fictilibus conpertum

9 est. hi superpositis operculis clauduntur, et a lateribus super mediam partem altitudinis per spatia palmaria modicis forantur cauis, ita ut auium capita possint admittere. nam nisi operculis muniantur, quantulumcumque aquae uel ciborum inest pedibus euerritur. sunt qui a superiore parte foramina ipsis operculis inponant, quod fieri non oportet. nam supersiliens auis proluuie uentris cibos et aquam conspurcat.

---

1 teretes **eju** terites **w** ter *cum. lac.* **iz** t'ä earum] eam **güϙnx** *om.* **t** supersilentem **αœtbr** supersalientem **ψ** 2 induuntur **R** *Pol.* induunt **SAφϰnl** (*cfr 8, 11, 4; Thes. 7, 1266, 24*) 3 altitudinis et inter se bipedali latitudinis] altitudinis **ev**$^{1}$ latitudinis **v**$^{2}$ bipedali **SAb** bipedalis **R** 4 latitudine **αωbyø** altitudinis **cl** altitudine **r** distenit **S**

5 nec **aϙnx**$^{1}$ offinae **S**$^{1}$ dispositio . . . ipsa *om.* **ä** 6 tamen **SAe** stercore *om.* **w** 7 in *ante* uno *om.* **ect** 8 uiuant **S**$^{1}$ eaque **SAe** eamque **R** eaque . . . tamen *om.* **w** mundissima **SA** mundissimam nam **R** stercoraosa **S** 9 clausa **ϰün** basis **SA** 10 fabricati **SA** 11 ligneis **SAϙl** ligneos **R** quam ligneos **p** fictilibus **SAϙ** fictiles **R** 12 his **cdqüx**$^{2}$ hic **ϙnx**$^{1}$ ii **p** in- **A** superpositios **A**$^{1}$ superpositi **iz** lteribus **A** 14 ita ut] itaque **osq** ita aut **ø** intromittere **ϙnx**$^{1}$ 15 aqu(a)e **R** atque **Sdq**$^{1}$ *om.* **A** inest **R** ines **SA** est **ø** *om.* **æ** 16 euertitur **zsünxl** erritur **f** a *om.* **γ** superiora **gœϙnx** 17 quod si fieri **A** nam **R** quam **SA** 18 uentis **SA** aqua **A** conspurgat **SAa** conspurcant **φjp** conspiciunt **ä** consi *cum lac.* **iz**

**De cibariis gallinarum**

Cibaria gallinis praebentur optima pinsitum hordeum et 4
uicia, nec minus cicercula, tum etiam milium aut panicum. sed haec ubi uilitas annonae permittit; ubi uero ea est carior, excreta tritici minuta commode dantur. nam per se id frumentum, etiam quibus locis uilissimum est, non utiliter praebetur, quia obest auibus. potest etiam lolium decoctum obici, nec minus furfures modice a farina excreti, qui si nihil habent farris, non sunt idonei, nec tamen appetuntur ieiunis. cytisi 2
folia seminaque maxime probantur et sunt huic generi gratissima, neque est ulla regio in qua non possit huius arbusculae copia esse uel maxima. uinacea quamuis tolerabiliter pascant dari non debent, nisi quibus anni temporibus auis fetum non edit, nam et partus raros et oua faciunt exigua. sed cum plane 3
post autumnum cessa[n]t a fetu, potest hoc cibo sustineri.

Ac tamen quaecumque dabitur esca per cohortem uagantibus, die incipiente et iam in uesperum declinato, bis diuidenda est, ut et mane non protinus a cubili latius euagentur, et ante crepusculum propter cibi spem temperius ad officinam redeant,

1–14 *cfr Geop. 14, 7, 3* 11–13 *Pallad. 1, 27, 1* uinaciae cibo sterilescunt

De cibariis gallinarum **zosqb** Que cibaria praebentur gallini **e** 1 ordeum **R** *aliquot* 2 uicia (*uel* uitia) **R** uinacia **SAe** uinatia **w** uicium **p** panicium **SA** (*cfr 2, 9, 19*) sed] si **œü ϙnx**[1] si sed **g** 3 aec **S**[1] ubi] tibi **œüϙnx**[1] ubi tibi **g** annae **S**[1] anne **A**[1] est ea **ψcdqgüx** 4 minute **A** nam per . . . uilissimum est *om.* **ä** se *om.* **cdqγ** (*exc.* **t**) 5 praebentur **SA**[1] 6 decoctium **A**[1] 7 abent **S**[1] 8 nec tamen . . . uel maxima *om.* **l** nappeturtur **A** ieiunis **t** ieiuni **SAR** (*u. Hss. p. 136*) cytisi **A**[2] cythisi *uel* cithysi *uel* cithisi **R** cytis **SA**[1] 10 nec **oscdqγ** possint **SA**[1] 11 uinacia **løp** (*Pallad.*) uincea **a** tollerabitur **A** pascat **SA** 12 diari **SA** temporibus anni **R** f(o)etus **κγ** 13 raros **SAd** raro **R** et oua . . . cum plane *om.* **w** exiguas **SA** sed **S**[2]**R** et **S**[1]**A** plene **A** 14 *post* autumnum *add.* cum **ä** tum **i** cessat *scripsi* (*u. Hss. p. 84*[50])*:* cessant *codd.* possunt **v** 15 attamen **R** *plerique* datur **cdqüϙnx**[1] dantur **œ** 16 declinato bis **SR** declinat ouis **A** declinante bis **γ** 17 a] ex **x**[1] e **œn** t **ϙ** tatius **SA** 18 cresculam **d** ciui **S**[1] temporius **p**

possintque numerus capitum saepius recognosci. nam uolatile pecus facile custodiam pastoris decipit.

4 Siccus etiam puluis et cinis, ubicumque cohortem porticus uel tectum protegit, iuxta parietem reponendus est, ut sit quo aues se perfundant. nam his rebus plumam pinnasque emundant, si modo credimus Ephesio Heraclito, qui ait sues caeno, chortales aues puluere lauari.

5 Gallina post primam emitti et ante horam diei undecimam
claudi debet, cuius uagae cultus hic quem diximus erit. nec
tamen alius clausae, nisi quod ea non emittetur, sed intra
ornithonem ter die pascitur maiore mensura. nam singulis
capitibus quaterni cyathi diurna cibaria sunt, cum uagis bini
6 praebeantur. habeat tamen etiam clausa oportet amplum uesti-
bulum quo prodeat et ubi apricetur, idque sit retibus munitum,
ne aquila uel accipiter inuolet.

Quas inpensas et curas, nisi locis quibus harum rerum uigent pretia, non expedit adhibere. antiquissima est autem

---

3 *Pallad. 1, 27, 1* puluere utantur et cinere 13–15 *Varro rust. 3, 9, 14–15*

---

1 possitque **A$^2$R** 2 custodiam pastoris **Sp** pastoris custodiam **AR**

3 etiam] est **cdqœϙnx$^1$** et **ü** est etiam **gv** cinis **S$^2$R** inis **S$^1$** nix **A** 4 tectus **SA** parietes **R** *plerique* 5 profundant **γ** pennasque **S$^2$** *et* **R** *aliquot* mundant **p** 6 heradito **A$^1$** cohortales **A$^2$R** 7 *post* puluere *add.* uel cinere **R**

8 gallinam **A** *et* **R** *aliquot* 9 nec tamen . . . emittetur *om.* **p** 11 ordithonem **A$^1$** orinthonem **ψcdq** maiorem **S** *post* mensura *rubr.* De mensuris (-ura **q**) cibariorum **SAhwzäsqlyç** Que mensura per diem cibi gallinarum **t** 12 cyathi **A$^2$** ciathi **S$^2$** cyat(h)i *uel* ciat(h)i **R** quiathi **S$^1$A$^1$** bagis **S** bacis **A$^1$** bini **SAbah$^2$kb** terni uel bini **R** bini uel terni **p** 13 pr(a)ebeatur **SA** habere **γ** (*exc.* **g**) tamen etiam] etiam tamen **g** tamen **tlp** etiam **ü** tamen et **ϙnx$^1$** inde et **œ** clausam **γ** (*exc.* **g**) 14 applicetur **l** sit] est **p** 15 ne **R** non **S** *om.* **A**

16 et *om.* **Aw** curam **h$^1$ωσ** *Pol.* locis et quibus **SAa** 17 athiberi **S$^1$A$^1$** adhibere **p**

cum omnibus pecoribus tum in hoc fides pastoris, qui nisi eam domino seruat, nullius ornithonis quaestus uincit inpensas.

De tutela satis dictum est, nunc reliquum ordinem persequemur.

Confecta bruma parere fere id genus auium consueuit. atque 5
earum quae sunt fecundissimae locis tepidioribus circa Kalendas
Ianuarias oua edere incipiunt, frigidis autem regionibus eodem
mense post Idus. sed cibis idoneis fecunditas earum elicienda
est, quo maturius partum edant. optime praebetur ad satietatem 2
hordeum semicoctum, nam et maius facit ouorum incrementum
et frequentiores partus, et is cibus quasi condiendus est interiectis
cythisi foliis ac semine eiusdem, quae maxime putantur augere
fecunditatem auium. modus cibariorum sit, ut dixi, uagis
binorum cyathorum hordei. aliquid tamen admiscendum erit
cytisi, uel si id non fuerit, uiciae aut milii.

Curae autem debebit esse custodi, cum parturient aues, ut 3
habeant quam mundissimis paleis constrata cubilia, quae
subinde conuerrat, et alia stramenta quam recentissima re-

---

5 *cfr Pallad. 2, 21* 10–11 *Pallad. 1, 27, 1* 16–18: 2 *cfr Varro rust. 3, 9, 8*

---

1 cum in omnibus **R** pecoribus *om.* **p** pastoribus **R** *aliquot* qui nisi **AR** quin si **S** eam] eadem **p** cum **w** 2 nullius **Sœp** *Pol.* nullis **Aw** nullus **R** hornitonis **SA** orinthonis **wψcdqn** uincit **S** iungit **Aah**$^{2}$ uincet **R**

De seruandis ouis *rubr.* **zdg** De ouibus seruandis C. II **ϙ** 3 prosequemur **R** *aliquot* persequamur **o**$^{1}$**s**

5 parere fere **ϰγp** fere **SAah**$^{2}$**kφ** parere **h**$^{1}$**ωσ** *Pol.* 7 ouedere **A**$^{1}$ 8 elicienda **Sz** eligenda **AR** exigenda **p** augenda **t** 9 prebeatur **S** probetur **bl** probatur **æ** 10 ordeum **R** *plerique* et *om.* **nx**$^{1}$ ouorum **S**$^{2}$**a** oborum **S**$^{1}$ obhorum **Aφ** horum **R** 11 frequentiorem **p** et **SA** sed **R** is **R** his **SAhkeψωqjuϙfryæ** iis **p** id **l** 12 cithisi **R** *aliquot* cytisi **A** quae **SA** quae utraque **R** 13 modus **SA** modus autem **R** bagis **SA** magis **e**$^{1}$**γ** (*exc.* **t**) uasis **o** 15 cythisi *uel* cithisi **R** *plerique*

16 parturiens **S** parturierint **t** 17 paleis quam mundissimis **p** constrata **R** constra **A** con/tra **S** quae **SA** eaque **R** 18 conuertat **dqüϙnx**$^{1}$**l** recentissimas **t** quem **cx**$^{1}$ qu(a)e **dqn** reponant **SA**

ponat. nam pulicibus atque aliis similibus replentur, quae secum affert auis, cum ad idem cubile reuertitur. adsiduus autem debet esse custos et speculari parientes, quod se facere gallinae testantur crebris singultibus interiecta uoce acuta.
4 obseruare itaque dum edant oua et confestim circumire oportebit cubilia, ut quae nata sunt recolligantur, notenturque quae quoque die sunt edita, et quam recentissima supponantur gluttientibus (sic enim rustici appellant auis eas quae uolunt incubare), cetera uel reponantur uel aere mutentur. aptissima porro sunt ad excludendum recentissima quaeque. possunt tamen etiam requieta subponi, dum ne uetustiora sint quam
5 dierum decem. fere autem cum primum partum consummauerunt gallinae, incubare cupiunt ab Idibus Ianuariis. quod facere non omnibus permittendum est, quoniam quidem nouellae

---

10–12 *Varro rust. 3, 9, 10; cfr Plin. nat. 10, 151* 14–19: 5 *cfr Varro rust. 3, 9, 9 et Geop. 14, 7, 16*

---

1 pullicibus **SA** atque aliis **SA** aliisque **R** *post* similibus *add.* animalibus **R** quae *om.* **SA** 2 affere **A**$^{1}$ idem] diem **nx**$^{1}$ 3 custos **R** cum **SA** speculari parientes (*uel* parietes) **R** specularientes (-tis **S**$^{2}$) **S** speculiarentis (-larentis **A**$^{2}$) **A** se] si **cdqnx**$^{1}$ 4 crebis **SA** singulibus **A**$^{1}$ interiectā **S** uoce et acuta (actuta **s**) **ω** 5 obseruare itaque dum edant oua **R** obseruare dum (idum **A**) edant oua itaque dum **SA** 6 quae **SR** qui **A** nati **SA** notentur quaequ(a)e **SA**$^{2}$ notentur aquae **A**$^{1}$ notenturqu(a)e **R** notentur **cdqnx**$^{1}$**v** 7 quoque] quoquo **ψ** quoque quo **w** quoque que **v** quoque quando **cœnx**$^{2}$ quando **üt** die *om.* **cdqγ** sint **R** sunt edita] interdicta **p** et] ut **γ** (*exc.* **x**$^{1}$) recentissimas **SA** subponantur **A** 8 gluttientibus **SA** glutientibus **ah**$^{2}$**k** gluccientibus **t** glot(t)ientibus **äp** gloc(c)ientibus **φi**$^{2}$**zosjugüǫx**$^{2}$**vryøç** gloccicientibus **c** gloetientibus **h**$^{1}$**mdb** gloc(c)iantibus **i**$^{1}$**œnx**$^{1}$**æ** gloetienbus **q** gloecientibus **f** glecientibus **l** aues **R** *aliquot* eas aues (auis **æ**) **wψæp** 9 reponuntur **S**$^{1}$ eremutentur **SA**$^{1}$ rem utentur **A**$^{2}$**αφψqfyǫçæ** remittentur (-antur **s**) **ωϰ**(*exc.* **q**)**γblrø** ea rem utentur **p** 10 porro sunt . . . recentissima *om.* **i** excludendum **Sh** excudendum **AR** excudiendum **s** excubandum **zä** recentissima **SR** recitissima **A** 11 etiam *om.* **p** uestustiora **A** sunt **SAφjunl** 12 ferre **S** fore **eϰx**$^{2}$**rø** 13 cupiunt **SAakφψd** incipiunt **R** Idus **SAcø** 14 praetermittendum **qgœnx** quidam **ir** qdā **w** quedā **z**

magis edendis quam excudendis ouis utiliores sunt, inhibeturque
cupiditas incubandi pinnula per nares traiecta. ueteranas igitur 6
auis ad hanc rem eligi oportebit, quae iam saepius id fecerint,
moresque earum maxime pernosci, quoniam aliae melius ex-
cudant, aliae editos pullos commodius educent. at e contrario
quaedam et sua et aliena oua comminuunt atque consumunt,
quod facientem protinus summouere conueniet.

Pulli autem duarum aut trium auium excusi, dum adhuc 7
teneri sunt, ad unam quae est melior nutrix transferri debent,
sed primo quoque die, dum mater suos et alienos propter
similitudinem dinoscere non potest. uerumtamen seruari
oportet modum, neque enim debet maior esse quam triginta
capitum. negant enim hoc ampliorem gregem posse ab una
nutriri.

Numerus ouorum quae subiciuntur inpar obseruatur nec 8
semper idem. nam primo tempore, id est mense Ianuario,
quindecim nec umquam plura subici debent, Ma⟨rt⟩io nouem
nec his pauciora, undecim Aprili, tota deinde aestate usque in

8–14 *Varro rust. 3, 9, 13; Geop. 14, 7, 25* 15 *Varro rust. 3, 9, 12; Pallad. 1, 27, 1; Plin. nat. 10, 151; Geop. 14, 7, 13*

1 edendis **S**$^2$**A**$^1$**R** eadendis **S**$^1$**A**$^2$ ardendis **e**$^1$ excudendis **SAr**$^1$ excubandis **R** ł excubandis *Pol.* excubendis **iz** 2 incubando **SA** piu nulla **SA** nares traiecta **R** nasieta **SA**$^2$ nasia et a **A**$^1$ ueteranis **A**$^1$ 3 aues **R** *aliquot* iam **SA** etiam **R** *Pol.* id] ut **α** 4 maxime] facile **γ** pernosti **A** aliae] ille **p** *om.* **v** excudant **SAαf**$^2$ excudunt **bp** excubant **R** excubent **t** excubant excudant **f**$^1$ 5 edit *cum lac.* **iz** educant **ah**$^2$**klp** ad **A** 6 et sua **S**$^2$**R** et sue **S**$^1$ est ut **A** oua *om.* **wnx**$^1$ 7 quod eam facientem **t** conuenient **S** conueniunt **Ae** conuenit **cdqγ**
8 excussi **R** *Pol.* ex etcussi **d** excu (*cum lac.* **iz**) **ψ** exclusi **l** 9 unam quae] unamquamque qu(a)e **cdqγ** sit melior **R** melior sit **cdqγ** 10 suos et alienos propter *om.* **SAφ** 11 dissimilitudinem **os** dignoscere **cl** *om.* **k** seruari **SAa** seruare **R** 12 maior esse debet **äγæ** maior debet esse **kwiz** debet esse **e**$^1$ maior esse **p** quam triginta **R** quatriginta **SA** 13 capita **cdqγ** necant **SA**$^1$
15 ouarum **A**$^1$ quam **A** obiiciuntur **l** inpar obseruatur *om.* **SA** conseruatur **cdqϙnx**$^1$ 17 quindecim **R** quiadecem **S** quadecem **A** quamdecem **ah**$^2$ Martio *ed. Ald.:* Maio *codd.*

ut sint quae protegant refugientis ardorem solis, et nihilominus facile quam conceperint aquam remittant. uerum meminisse oportebit ut riu⟨i⟩s per quos exundat piscina praefigantur aenei foraminibus exiguis cancelli, quibus inpediatur fuga piscium. si uero laxitas permittit, e litore scopulos, qui praecipue uerbenis algae uestiuntur, non erit alienum per stagni spatia disponere, et quantum comminisci ualet hominis ingenium repraesentare faciem maris, ut clausi quam minime custodiam sentiant.

Hac ratione stabulis ordinatis aquatile pecus inducemus. 7
sitque nobis antiquissimum meminisse etiam in fluuiatili negotio, quod in terreno praecipitur,

et quid quaeque ferat regio.

neque enim si uelimus, ut in mari nonnumquam conspeximus,

---

20 *Verg. georg. 1, 53*

---

1 longis **SA** et] est et **SA** 2 flexuoso **g** flexuosus **ü** fluxuosos **A**$^{1}$**wcdqϙæ** fluxuosus **n**$^{1}$**x**$^{1}$ 3 (a)estuantes **œϙnx**$^{1}$**v** 5 aquas . . . emittunt *om.* **œ**$^{1}$ et **SAah**$^{2}$**k** nec **R** nec nisi **t** difficulter **R** 7 opactas **SA**$^{1}$**œ** tamen *om.* **A** 8 refucientis **A**$^{1}$ refugientem **ωcd**$^{1}$**qœϙnx**$^{1}$**b** defugientis **p** 9 facile *om.* **œϙnx**$^{1}$ facere **v** quam *om.* **A** 10 ut riuis *ed pr.:* utrius **SAR** ut riuus **l** utri **c** uerius **ϙnx**$^{1}$ praefigantur **t** pr(a)efigentur **R** praeficantur **S** praeficentur **A** 11 ahenei **eu** aheni **w** aena **d** atenei **ah**$^{2}$**k** eneis **p** haenei **o** expediatur **ϙnx**$^{1}$ 12 si uero] sed nemo **ϙnx**$^{1}$ lassitas **cdqγ** 13 uerbenis **R** *Pol.* ueluenis **SA** uerbinis **z** uerbius **ä** algae (aliae **w**) uestiuntur **SR** acleue sciuntur **A** stagini **SA** 15 maris **SAh**$^{2}$**ä** ueri maris **R**
17 hoc **A**$^{1}$ ordinata **S** 18 nobis **x**$^{2}$ nouis **SAR** fluuiali **wψvrp** 19 terreno] marino **t** 20 et] ut **wi** *om.* **b** quod **ϙnx**$^{1}$ *post* regio *add.* oportet si quis in eo **SAφψ**

in uiuario multitudinem mullorum pascere queamus, cum sit 8 mollissimum genus et seruitutis indignantissimum. raro itaque unus aut alter de multis milibus claustra patitur. at contra frequenter animaduertimus intra septa pelagios greges inertis mugilis et rapacis lupi. quare, ut proposueram, qualitatem litoris nostri contemplemur, et si uidemus scopulosam probemus. turdi complura genera merulasque et auidas mustelas, tum etiam sine macula — nam sunt et uarii — lupos includamus; item flutas, quae maxime probantur, muraenas et si quae sunt 9 alia[e] saxatil*i*s notae qu*o*rum pretia uigent; nam uile ne captare quidem, nedum alere conducit. possunt ista eadem genera etiam litoris harenosi stagnis contineri. nam quae limo coenoque lita sunt, ut ante iam dixi, conchyliis magis et iacentibus apta sunt animalibus.

Neque est eadem lacus positio quae recipit cubantis, *ne*que eadem praebentur cibaria prostratis piscibus et rectis. namque soleis ac rhombis et similibus animalibus humilis in duos pedes piscina deprimitur ea parte litoris quae profundi recessu

---

1 mulorum **S** *et* **R** *aliquot* nullorum **A** multorum **e**   2 mollissimum] nobilissimum **zäωb**   indignantissimum **cjugüx[2]vtbflr[2]yø ł** indignantissimum *Pol.* indignissimum **SAR**   raro itaque] raroque **o** raro **msb** *om.* **y**   3 unus **SR** uenies **A**[1] uenus **A**[2]   milibus **R** mulibus **SA**   clausa **A**[1]   at] aut **çnx**[1]   4 pelagius **A**[1]   gregis **R** *aliquot*   6 et si **Saφψl** sed **e** si **AR**   scopulosam **S** scopulos an **AR**   7 auidos **SA**   8 includemus **γ**   9 flutas **A[2]R** fluctas **äx**[2] fluitas **g** frutas **f** plautas **SA[1]p**   qui **t**   sint **S** *et* **R** *aliquot*   10 alia *Schn.*: aliae *codd.*   saxatilis *ed. pr.*: saxatiles **SAR** sexatiles **agnbfy** sexatilles **w**   quorum *Vrsinus p. 178*: quarum *codd.* (*cfr e. g.* *9, 3, 1*)   uiles **t**   11 quidam **SA**[1]   altere **A**[1]   ista eadem] etiam ista **p**   12 etiam *om.* **p**   arenosi **R** *aliquot*   13 lita sunt **h[1]wψd[2]br[2]y[2]çæp** lata sunt **q** litascunt **S** litesunt **A**[1] litescunt **A[2]R** litescunt sunt **juγγy**[1]   iam ante **cdqγ**   conchiliis **A[2]R**   et iacentibus **SR** etiam ceptibus **A**

15 cubantibus **A**[1]   neque *Gesner:* atque *codd.*   prostratis **SA[2]ah[2]k** prostratas **A**[1] a prostratis **R** et prostratis **t**   erectis **R**   17 ac] et **φzp** at et **l** ac et **y**   rombis **R** *aliquot* rumbis **äcp** bombis **A**[1]   18 *ante* ea *add.* in **ψcdqγ**   profundi **p** profundo **R** frundi **S**[1] frondi **S[2]Aah[2]k**   recensu **A** recenti **ah[2]k**

numquam destituitur. spissi deinde clatri marginibus infiguntur, 10 qui super aquam semper emineant, etiam cum maris aestus intumuerit. mox praeiaciuntur in gyrum moles, ita ut conplectantur sinu suo et tamen excedant stagni modum. sic enim et maris atrocitas obiectu crepidinis frangitur, et in tranquillo consistens piscis sedibus suis non exturbatur, neque ipsum uiuarium repletur congerie, quam tempestatibus eructat pelagi uiolentia. oportebit autem nonnullis locis moles intercidi more 11 Maeandri paruis sed angustis itineribus, quae quantalibet hiemis saeuitia mare sine fluctu transmittant.

Esca iacentium mollior esse debet quam saxatilium. nam quia dentibus carent, aut lambunt cibos aut integros hauriunt, mandere quidem non possunt. itaque praeberi conuenit tabentis 12 halleculas et salibus exesam chalcidem putremque sardinam nec minus saurorum branchiam, uel quicquid intestini pelamis aut lacertus gerit, tum scombri carcharique et elacatae uenterculos, et — ne per singula enumerem — salsamentorum omnium purgamenta, quae cetariorum officinis euerruntur. nos autem plura nominauimus genera, non quia cuncta cunctis litoribus

---

1 clati **A** infiguntur **SAcφ** infinguntur **R** infunditur **a** 2 aqua **A** cum maris . . . complectantur *om.* $\mathbf{b}^1$ 3 girum **R** *aliquot* cyrum $\mathbf{A}^1$ complectatur $\mathbf{w\varrho nx}^1$ 6 piscibus $\mathbf{\varrho nx}^1$ piscibus piscis **w** 7 erutat $\mathbf{t}^1$ eruptat **kosr** 8 mules $\mathbf{A}^1$ more **SR** morem ac **A** 9 maeneandri **S** neandri **A** paruis] potius **cdq** $\mathbf{œü}^1\mathbf{\varrho nx}^1$ angustiis **A** quantalibet **R** quantalibus et **SA** 10 hiemi **SA** transmittat **R**

11 esca **SA** hi(n)c esca **R** sexatilium **ä** saxilium **c** sextalium **ωby** 12 qua (quae $\mathbf{S}^2$) dentibus **S** quadantibus **A** 13 mandare **SA** talentes **cp** 14 halleculam **SA** helleculas **ep** alleculas **c** calcidem **R** *aliquot* sardiniam **R** *aliquot* 15 saurorum *scripsi* (*u. Hss. p. 29*): aurorum **SA** scaurorum **R** brachia $\mathbf{œü\varrho nx}^1\mathbf{t}$ brachiam **hiæ** blacchiam **l** brachium in **a** quicquit **A** uel et **p** pelamis **R** pelanus *uel* pelamus **cdjuüϱnxvæ** pelas **i** pel *cum lac.* **zä** palemis **SAt** felamis **p** 16 gerit tum **eo** geritum **SA** gerit cum **R** elacate **ω** elecate $\mathbf{djux}^2\mathbf{vy\o p}$ eleutate **g** elacte **æ** lacte **az** lapt(a)e **SAR** cloaco **l** *om.* $\mathbf{œ}^1$ uenterculos *om.* $\mathbf{œ}^1$ 17 singule numerem (numere **A**) **SA** 18 purgamentorum $\mathbf{A}^1$ cetariorum **R** ceteriorum $\mathbf{h}^2\mathbf{cl}$ ceterarum **SA** ceterum **a** 19 nominauimus] enumerauimus uel nominauimus **ϱn**

exeunt, sed ut ex his aliqua quorum erit facultas praebeamus. 13 facit etiam ex pomis uiridis adaperta ficus et mitis digitis infractus unedo, nec minus elisum molle sorbum, quique sunt cibi sorbilibus proximi, ut e mulctra recens caseus, si loci conditio uel lactis annona permittit. nulla tamen aeque quam praedictae salsurae pabula commode dantur, quoniam odorata 14 sunt. omnis enim iacens piscis magis naribus escam quam oculis uestigat, nam dum supinus semper cubat, sublimiora spectat, et ea quae in plano sunt dextra laeuaque non facile peruidet. itaque cum salsamenta obiecta sunt, eorum sequens odorem peruenit ad cibos. ceteri autem saxatiles aut pelagi[c]i satis et his, sed et recentibus melius pascuntur. nam et hallecula modo capta et cammarus exiguusque gobio, quisquis denique 15 est incrementi minuti piscis, maiorem alit. si quando tamen hiemis saeuitia non patitur eius generis escam dari, uel sordidi panis offae uel si qua sunt temporis poma concisa praebentur. ficus quidem arida semper obicitur, eximia si sit, ut Baeticae Numidiaeque regionibus larga. ceterum illud committi non debet, quod multi faciunt, ut nihil praebeant, quia semetipsos etiam clausi diu tolerare possint. nam nisi piscis domini cibariis

---

2 uiridibus **A**$^1$**R** mitis] nucis **γ** digiti **cdqüϙnx**$^1$ digitus **A** infractus unedo nec **SAh**$^2$ infractis unedo nec **a** unedo nec **k** infracti sunt donec **φψbl** infracti sunt dedonec **R** infracti *lac.* donec **t** infractis sunt dei dedonec **h**$^1$ 3 soruum **A**$^1$ sconbrum **t**$^1$ 4 soruilibus **A**$^1$ sorbibus **är** *om.* **d** mulctra **ψp** multra **R** multis **SA** condicio **A** *et* **R** *aliquot* condictio **a** 5 laticis **A**$^1$ aeque **R** quae **S** que **A** 6 odorata **S** moderata **AR** 8 dum *om.* **SAt** semper supinus **ψcdqγ** sublimius **R** sublimus **cdqgœüϙnxt**$^2$**l** sublimis **vt**$^1$**r** 9 aspectat **R** in *om.* **A** dextra . . . obiecta sunt *om.* **cdqüϙnx**$^1$. non *om.* **A** 11 sexatiles **R** *aliquot* pelagii *Schn. in comm.* (*cfr 8, 16, 8 et 17, 8*): pelagici **R** pelasgi **A**$^2$ pelasci **SA**$^1$ 12 et **SA** ex **R** sed *om.* **os** et] ex **ψκγæ** allecula **R** *aliquot* 13 camar(r)us *uel* camariis **R** *aliquot* gammarus **k** gobio **Sψως** cobio **Aαφr** gubio **R** gubbio **p** gabio **ϙnx**$^1$ tobio **t**$^2$ generum **ϙnx**$^1$ 16 offae *om.* **ϙnx**$^1$ tempores **A**$^1$ 18 numedieque **A**$^1$ reregionibus **A**$^1$ *om.* **k** quia **SR** qui **A** 20 diu clausı **cdqγ** tollerare **A** *et* **R** *aliquot* dominici **A** ciuariis **S**$^1$

saginatur, cum ad piscatoris forum perlatus est, macies indicat eum non esse libero mari captum sed de custodia elatum, propter quod plurimum pretio detrahitur.

Atque haec uillatica pastio finem praesenti disputationi 16
faciat, ne inmodico uolumine lector fatigetur. redeamus autem sequenti exordio ad curam siluestrium pecorum cultumque apium.

---

1 piscatorum **d**$^1$**l** pastoris **zä** 2 custodielatum **SAah**$^2$ custodia latum **k**

4 disputationis **SA**$^1$ 5 delector **S**$^1$**A** lectos **ϙnx**$^1$ redeamus **γ** rediemus **SAR** reddemus **cqp** redemus **d** reddimus **l** 6 sequenti] secundo **ϙnx**$^1$ 7 apum **Skc** (*cfr Linde p. 11*)

Iuni Moderati Columelle rei rusticae liber nonus de uillaticis pastionibus (rusticis **A**) auiarius et piscator **SA** (L.) Iuni(i) Moderati Columell(a)e de uillaticis (uinaticis **l**) pastionibus auiarius et piscator (piscatorque **osbæ**) liber nonus (*uel* VIIII) explicit **ϲϙosbflyøçæ** Iunii Moderati Columelle rei rustice explicit liber nonus **a** L. I. Mo Columelle uillaticis pastionibus aularibus et piscator liber VIIII explicit **r** L. Iuni Mo Columellae rei rusticae liber nonus explicit **m** Iuni Moderati Columelle rei rusticae explicit liber nonus de uillaticis pastionibus et piscatoriis **h** L. M. Columelle liber nonus explicit **gϙ**

L. IVNI MODERATI COLVMELLAE

# REI RVSTICAE

## LIBER NONVS

DE VILLATICIS PASTIONIBVS MACELLARIVS ET APIARIVS

## LIBER NONVS HAEC CONTINET


I. De uiuariis faciundis et includendis pecudibus feris.
II. De apibus.
III. Quot genera sint apium, et quod ex his optimum genus.
IIII. Quales pabulationes et qui situs pastionum aptus esse debeat.
V. De sedibus apium eligendis.


---

L. (*om.* **A**) Iuni Moderati Columelle rei rustice liber decimus de uillaticis pastionibus macellarius et apiarius **SA** Liber decimus Iunii Moderati Columelle rei rustice de uillaticis pastionibus macellarius et apiarius (actriarius **a**) **ah** L. Iuni Moderati Columell(a)e rei rustic(a)e de uillaticis pastionibus macellarius et apiarius (epiarius **y**) liber decimus incipit (*om.* **ø**) feliciter (*om.* **eosr**) **eosbfryøæ** L. Iunii Moderati Columellae macellarius et apiarius liber decimus de uillaticis pastionibus incipit **v** Liber decimus rei rustice de uil(l)aticis pascionibus sequitur (*om.* **d**) **dq** De uillaticis (uiuariis **l**) pastionibus macellarius et apiarius liber decimus incipit feliciter (*om.* **ç**) **lç** Incipit liber decimus macelarius et apiarius **z** Incipit liber decimus **wmg** Incipit decimus liber **œ** Incipit decimus **ǫ** *inscriptionem post argumentum* **φωgœǫbfryøæ** *inscriptionem om.* **kiäcjuünxtp**

Liber (*om.* **r**) decimus h(a)ec (hae **fø**) continet **SAφosbfryøæ** Haec continet **h** Hec continet et incipit feliciter **a** Liber primus in quo haec sunt **d** Haec sunt argumenta totius huius decimi libri **v**

2 faciendis **A** *et* **R** *plerique* et *om.* **o** feris pecudibus includendis **vt** feris] foris **A**[1] *om.* **up** 3 de apibus . . . genus *om.* **φ** *post* debeat (*u.* 6) **h** de apibus] dapibus **œ** que a diuersis auctoribus de originibus tradita sunt **vt** 4 quot] quod **S** quot sint (sunt **dp**) genera **dœünxvtp** quot apium genera **l** quot genera . . . genus *post* esse debeat **ju** apium] aptus **x**[1] *om.* **nl** ex his *om.* **ü** ex his optimum genus] optimum **ex** omnibus **l** ijs **føp** eis **os** 5 aptus] apium **ho** 6 debet **nvr** debeant **l** 7 edibus **w** sepibus **d**

VI. De uasis aluorum probandis.
VII. Quemadmodum aluei collocandi sint.
VIII. De conparandis apibus.
VIIII. Quemadmodum siluestria examina capiantur.
X. Quemadmodum uernacula examina prodeuntia obseruentur et in aluos condantur.
XI. Quemadmodum frequentandi sint aluei qui exigua habent examina.
XII. Remedia morbo laborantium apium.
XIII. Quid quoque tempore faciant apes, et per anni tempora quid earum curator facere debeat.
XIIII. De melle conficiendo, et quemadmodum aut quando castrari debeant aluei.
XV. De cera faciunda.

---

1 alueorum **R** *post* probandis *add.* et **heofrø** 2 quemadmodum . . . apibus *om.* **ms** quemadmodum . . . capiantur *om.* **n** quemadmodum] quem alueum **h**[1] collocande **l** 3 *post* apibus *add.* que emuntur **l** 4 examina *om.* **p** 5 uernacula] in macula **n** examina *om.* **d** prodeuntia *om.* **l** 6 et in aluos condantur *om.* **d** albos **SA**[1] alueos **R** alueo **p** alueolis **œünx** alueosque **v** conducantur **e** 7 frequentande **l** sunt **Sl** albei **A**[1] *om.* **d** qui qu(a)e **xfl** *om.* **œ** qui exigua habent *om.* **n** 8 examinum **n** 9 morborum **p** laborantium] -rantium **e** baborantium **l** apium *om.* **l** 10 quoque] quo **p** apes] aues **ω** 11 tempora *ante* anni **l** quod **nx**[1]**r** earum *om.* **l** earum curator facere debeat *om.* **ø** curatos **n** debet **w** debent **p** 12 de melle conficiendo *om.* **vt** modum aut *om.* **n** aut] et **modx** aut quando *om.* **s** 13 castrari debeant] frequentandi sunt **s** debent **np** alui **nx**[1] *om.* **e** 14 cara **S** facienda **R** *aliquot* faciundo **e** fienda **l** *post* faciunda *add.* ultimo **ω** *numeros postpos.* **wmgœçünxv** *om.* **Aesjutryøæp** *argumentum om.* **akψcqç**

⟨**Praefatio**⟩

Venio nunc ad tutelam pecudum siluestrium et apium educationem, quas et ipsas, Publi Siluine, uillaticas pastiones iure dixerim, siquidem mos antiquus lepusculis capreisque ac subus feris iuxta uillam plerumque subiecta dominicis habitationibus ponebat uiuaria, ut et conspectu sui clausa uenatio possidentis oblectaret oculos, et cum exegisset usus epularum, uelut e cella promeretur. apibus quoque dabantur sedes adhuc nostra 2
memoria uel in ipsis uillae parietibus excisis uel in protectis porticibus ac pomariis. quare quoniam tituli quem p*rae*scripsimus huic disputationi ratio reddita est, ea nunc quae proposuimus singula persequamur.

**De uiuariis faciundis et includendis pecudibus feris**

Ferae pecudes, ut capreoli dammaeque nec minus orygum 1
ceruorumque genera et aprorum, modo lautitiis ac uoluptatibus dominorum seruiunt, modo quaestui ac reditibus. sed qui uenationem uoluptati suae claudunt contenti sunt, utcumque con-

---

De uiuariis faciendis et feris pecudibus includendis *rubr.* **t** De uiuariis faciendis et includendis pecudibus feris (feris *om.* **qϙ**) **qϙ**   1 at **S**$^1$   et *om.* **SA**   educationum **A**   2 et *om.* **A**   Publi **SA** P.̀ **R**   3 subus **A** sub. **S** suibus **üp** subiis *uel* sub iis **R**   5 ponebant **α**   et] e **ωb** *om.* **ah**$^2$**kϰγ** (*exc.* **t**)   suo **R**   classa **S**   6 et cum . . . promeretur *om.* **r**$^1$   7 promerentur **R**   apius **S**$^1$   8 memoria *ante* nostra **A**   in ipsis **AR** inpis **S**   9 quare quoniam] quoniam quando **cdqϙnx**$^1$   praescripsimus *Schn.:* perscripsimus **S** scripsimus **AR**   11 prosequamur **R** *aliquot*

De uiuariis faciundis (-iendis **z**) et includendis (inducendis **os**) pecudibus feris (feris *om.* **i**) **SAhwizωbçæ**   12 ut] et **R** *aliquot*   orygum **Sh** origum **AR**   13 eruorumque **os**   -que] quo **S**$^1$**A**$^1$   apiorum **ϙnx**$^1$ caprorum **b**   modula uitiis **A**   ac] et **R** *aliquot*   14 redditibus **R** *plerique* reditus **ry**   uenatione **S**   15 uoluptatibus suis (sues **n**) **nx**$^1$   contenti **S**$^2$**ü**$^2$**tlç** conti **S**$^1$**AR** conati **ah**$^2$**k** cunti **dqœ** cuncti **icϙnx**$^1$**v** c *cum lac.* **zä** *om. u. sp. r.* **g** *sine u. sp.* **p**   sunt *om.* **p**

petit proximus aedificio loci situs, munire uiuarium semperque
de manu cibos et aquam praebere. qui uero quaestum redi-
tumque desiderant, cum est uicinum uillae nemus (id enim
refert non procul esse ab oculis domini), sine cunctatione
2 praedictis animalibus destinatur. et si naturalis defuit aqua, uel
inducitur fluens uel infossi lacus signino consternuntur, qui re-
ceptam pluuiatilem contineant. modus siluae pro cuiusque
facultatibus occupatur, ac si lapidis et operae uilitas suadet,
haut dubie caementis et calce formatus circumdatur murus, sin
3 aliter crudo latere ac luto constructus. ubi uero neutrum
patrifamiliae conducit, ratio postulat uacerris includi (sic enim
appellatur genus clatrorum), idque fabricatur ex robore querceo
uel subereo; nam oleae rara est occasio. quicquid denique sub
iniuria pluuiarum magis diuturnum est, pro conditione regionis
ad hunc usum eligitur. et siue ter*e*s arboris truncus, siue, ut
crassitudo postulauit, fissilis stipes conpluribus locis per latus
efforatur, et in circuitu uiuarii certis interuenientibus spatiis
defixus erigitur, deinde per transuersa laterum cau[e]a trans-
4 mittuntur amites, qui exitus ferarum obserent. satis est autem

1 proximis **A**$^1$ semperque **R** perqu(a)e **SA** 2 redditumque **R** *plerique* 3 desiderat **γ** 5 et si . . . inducitur *om.* **S** 6 flues **S**$^1$ siguiuo **x**$^1$ siguino **n** siuino **ϙv** uino **gœ** si *cum lac.* **zä** sternuntur **ü**$^1$ conseruantur **ϙnx**$^1$ 7 fluuiatilem **b** pluuitialem **t** pluuinatilem **h**$^1$ pluuialem **wizosx**$^1$**ræ** fluuialem **ϙn** pluuiam **äp** contineat **SAaφψ** pro **R** ut pro **SA** cuius (-que *om.*) **Sωϰϙnx**$^1$**b** 8 lapidis] lateris **p** audet **o** uadet **s** suadeat **ψϰ** 9 haut *Kleberg p. 22* (*cfr arb. 28, 3 et 8, 7, 3*) haud **R** ita ut **SAe** ut **w** id haud **ah**$^2$**k** aut **oslø** dubie **R** dubiis **SAφ** dubitet **i** circumdatus **mcdqgü**$^1$**ϙn xvfçp** *om.* **œ**$^1$ 10 crudo latere] crudeliter **a** lateri **SA** ac] et **α** 11 ratio postulat *om.* **æ** includi uacerris **t** uacceris **S** uacertis **a** uaceis **i** maceriis **ϙ** materiis **nx**$^1$ 12 clatrorum **Säcdqgüyæp** clatorum **Aeωjuœx**$^2$**vtbfrøç** clatiorum **ϙnx**$^1$ clarrorum **l** cratorum **ah**$^2$**k** datorum **h**$^1$**wiz** 13 quicquit **A**$^1$ sub iniuria . . . regionis *om.* **zä** 14 condicione **A** *et* **R** *aliquot* condictione **abr**

15 siue teres *Vrsinus p. 179:* si ueteris *uel* siueteris **SAR** sic ueteris **ω** arboribus **ah** ut] aut **A**$^1$ *om.* **ip** 17 certis **R** tertiis **SA** ispatiis **A**$^1$ 18 transversa] versa **A**$^1$ caua *ed. Beroaldi 1494:* cauea **R** cuca **SA** tuta **t** *in ras.* transmittitur **A** 19 ramites **p** ramices **R** satus **A**$^1$

uacerras inter pedes octonos figere, serisque transuersis ita clatrare ne spatiorum laxitas quae foraminibus interuenit pecudi praebeat fugam. hoc autem modo licet etiam latissimas regiones tractusque montium claudere, sicuti Galliarum nec non et in aliis quibusdam prouinciis locorum uastitas patitur. nam et fabricandis ingens est materiae uacerris copia, et cetera in hanc rem feliciter suppetunt; quippe crebris fontibus abundat solum, quod est maxime praedictis generibus salutare, tum etiam sua sponte pabula feris benignissime subministrat; praecipueque saltus eliguntur, qui et terrenis fetibus et arboreis abundant. nam ut graminibus ita frugibus roburneis opus est. maximeque laudantur qui sunt feracissimi querneae glandis et iligneae nec minus cerreae, tum et arbuti ceterorumque pomorum siluestrium, quae diligentius persecuti sumus cum de chortalibus subus disputaremus. nam eadem fere sunt pecudum siluestrium pabula quae domesticarum.

---

1 uacceras **SA$^1$** uaterias **l** uicerras **g** defigere **R** 2 clatare **sœ** glatrare **Ab** claterare **ϙnx$^1$** glastare **φ** glastrare **ræ** clamare **u** nec **ωb** lassitas **ϰγ** (*exc.* **üt**) foraminibus] seraminibus **γ** (*exc.* **gt**) 3 modo] non **cdqϙnx$^1$** etiam *om.* **ϙnx$^1$** lassimas **ϙnx$^1$** laxissimas **ü** lassiuias **d** lassiuras **c** *om.* **q** 4 galliorum **ωbrø** gallicarum **A$^2$ah$^2$kwϙ** galligarum **A$^1$** gallicorum **e** gallinarum **z** 5 alitis **A$^1$** quibus (-dam *om.*) **A$^1$** prouinciis locorum **SAah$^2$kφϰünx$^1$p** prouinciis ubi locorum **R** 6 igneus **cdq** materiae *post* uacerris **R** uacerriis **SA** uaceriis **ø** uariis **a** uacenis **h$^1$r$^1$** cetera in] ceteram **Aαϙnx$^1$** ceteram in **gœx$^2$** 7 fontibus] sumptibus **ϙnx$^1$** solum *om.* **S$^1$** 9 subministrat **agüx$^2$by** subministrant **SAR** 10 eligantur **A$^1$** ternis **S$^1$Ai** t *cum lac.* **z** *om. u. sp. r.* **ä** arboribus **ϰœüϙnx$^1$** arbores **æ** habundant **R** *aliquot* 11 nam *om.* **ϙnx$^1$** ita frugibus *om.* **d$^1$** fructibus **Aah$^2$k** roburneis **SAlü$^2$** roburueis **ä** robur (robor **a**) ne (i)is (his **c**) **R** robur ne non **ü$^1$ϙnx$^1$** robur ne **f** opus] robor **a** est **SAah$^2$k** habet **R** 12 neae (quer- *om.*) **A** iligne(a)e **S$^2$R** iligne **A$^2$** illigene **w** illigenee **i** iligee **j** il *cum lac.* **zä** elignee **p** elignec **l** ligne **S$^1$A$^1$** lignee **a** 13 acerreae **SAah$^2$k** cerre **ip** carere **r$^1$** t're **ä** tum **γl** tunc **p** cum **SAR** arbuti **h$^2$k** arbusti **SAR** arbu *cum lac.* **a** (*cfr 8, 10, 14 et 9, 4, 7*) siluestrium *om.* **S$^1$** 14 persequuti **R** *aliquot* prosequuti **b** cohortalibus **A$^2$R** subus **S$^2$** sub **S$^1$** super **p** *om.* **AR** 15 sunt fere **γ** (*exc.* **t**) sunt pecudum siluestrium *om.* **α**

6 Contentus tamen non debet esse diligens paterfamiliae cibis quos suapte natura terra gignit, sed temporibus anni quibus siluae pabulis carent condita messe clausis succurrere hordeoque alere uel adoreo farre aut faba, plurimumque etiam uinaceis, quidquid denique uilissime constiterit dare. idque ut intellegant ferae praeberi, unam uel alteram domi mansuefactam conueniet immittere, quae peruagata totum uiuarium cunctantis ad obiecta
7 cibaria pecudes perducat. nec solum istud per hiemis penuriam fieri expedit, sed cum etiam fetae partus ediderint, quo melius educent natos. itaque custos uiuarii frequenter speculari debebit si iam effetae sunt, ut manu datis sustineantur frumentis.

Nec uero patiendus est oryx aut aper aliusue quis ferus ultra quadrimatum senescere. nam usque in hoc tempus capiunt incrementa, postea macescunt senectute. quare dum uiridis aetas pulchritudinem corporis conseruat, aere mutandi sunt.
8 ceruus tamen conpluribus annis sustineri potest. nam diu iuuenis possidetur, quod aeui longioris uitam sortitus est.

De minoris autem incrementi animalibus, qualis est lepus, haec praecipiemus, ut in his uiuariis quae maceria munita sunt farragini⟨s⟩ et holerum ferae intubi lactucaeque semina par-

---

1 ciuis **S**$^{1}$**A** 2 quos **SR** qd **A** 3 conditam esse **Aαφψp** condita inesse **œv** ordeoque **A** *et* **R** *aliquot* 4 adore **ϙnx**$^{1}$ ordeo **ei** aut faba *om.* **w** primumque **SAak** 5 quicquid **A**$^{2}$ *et* **R** *aliquot* quicquit **A**$^{1}$ idque *om.* **SA** intelligant **R** *plerique* 6 nansuefactum **A** 7 peruacata **S**$^{1}$**A** 8 istut **S**$^{1}$ 9 fetae] fetas **w** fere **dqüϙnx**$^{1}$ 10 educant **SAh** speculiari **A**$^{1}$ 11 sunt **SAah**$^{2}$**k** sint **R** (*u. Dahllöf p. 112*) manu **SAφψϰ** de manu **αωg œx**$^{2}$**vtσ** *Pol.* a manu **üϙnx**$^{1}$

12 est *om.* **cdqüϙnx**$^{1}$ orix **A**$^{2}$ *et* **R** *plerique* erix **l** oryx . . . senescere nam *om.* **h**$^{1}$ 13 *post* nam usque *add.* in senectute **a**$^{1}$ 14 poste **ah** 15 estas **A**$^{1}$ (a)ere mutandi **R** remutandi **At** remutundi **S** 16 tamen] autem **γ** anni **A**$^{1}$ sustinere **Ae**

18 minoribus **SAφψϰγ** (*exc.* **t**) incrementi **äbçp** incrementis **SAR** incremente **i** lupus **äωcdqϙnx**$^{1}$**b** 19 his] haec **üϙnx**$^{1}$ *om.* **l** uariis **A**$^{1}$ 20 farraginis *ed. pr.*: farragini **ü** fer(r)agini **SAR** ferrageni **φ** forragini **l** olerum **R** *plerique* ferae *om.* **os** (*u. praef. p.* XI$^{3}$) intubae **nx**$^{1}$ incube **ϙ** intuli **a** inrubi **w** int *cum lac.* **ä** nit *cum lac.* **z** paruolis **S**$^{1}$ paruis **ω**

uulis areolis per diuersa spatia factis iniciantur, itemque Punicum cicer uel hoc uernaculum, nec minus hordeum et cicercula condita ex horreo promantur et aqua caelesti macerata obiciantur. nam sicca non nimis ab lepusculis adpetuntur. haec 9
porro animalia uel similia his, etiam silente me, facile intellegitur quam non expediat conferre in uiuarium quod uacerris circumdatum est, siquidem propter exiguitatem corporis facile clatris subrepunt et liberos nanct*a* egressus fugam moliuntur.

**De apibus**

Venio nunc ad aluorum curam, de quibus neque diligentius **2**
quicquam praecipi potest quam ab Hygino iam dictum est, nec ornatius quam Vergilio, nec elegantius quam Celso. Hyginus ueterum auctorum placita secretis dispersa monimentis industrie colligit, Vergilius poeticis floribus inluminauit, Celsus utriusque memorati adhibuit modum. quare ne adtemptanda 2
quidem nobis fuit haec disputationis materia, nisi quod consummatio susceptae professionis hanc quoque sui partem desi-

---

1 arealis **dϙnx**$^{1}$ arcolis **l** ariolis **œ** oreolis **y** diuersas **A**$^{1}$ iniciantur] largiantur **p** 2 uel in hoc **α** uernaculum **tp** uernaculo **SAR** ordeum **R** *aliquot* et] in **κüϙnx**$^{1}$ 3 cicerculo **A**$^{1}$ 4 sicca] sic **κüϙnx**$^{1}$ atpetuntur **S**$^{1}$**A**$^{1}$ adpetantur **ah** appetantur **ke** haec] nec **ü**$^{1}$**ϙnx**$^{1}$ 5 silente me **Sü**$^{2}$ silentem et **AR** intelligitur **R** 6 in *om.* **A**$^{1}$ *ante* uiuarium *add.* id **R** uacerus **h** macerus **a** maceriis **k** 7 glatris **A** 8 nancta *Linde p. 14:* nancte **S** nacte **AR** molliuntur **At**

De apibus **SAhφψmodblyçæ** Que a diuersis auctoribus de origine apium tradita sunt **t** Quot sunt genera apium et quod optimum **gϙ** 9 alueorum **R** *plerique* aliorum **wzä** 10 ab] ob **A**$^{1}$ in **cdqϙnx**$^{1}$ higino **R** *plerique* igino **zä** igine **A**$^{1}$ 11 uirgilio **AR** higinus **R** *plerique; om. u. sp. r.* **ä** 12 plagita **SA**$^{1}$ monimentis **A**$^{2}$ *et* **R** *aliquot* monymentis **SA**$^{1}$ monumentis **R** *plerique* 13 collegit **S**$^{2}$ *et* **R** *aliquot* (*ad uariationem temporum cfr e.g. 9, 14, 6 et 14, 18; cfr Dahllöf p. 21*) uirgilius **A**$^{2}$**R** inluminauit] uolumina aut **ϙnx**$^{1}$ 14 quare ne **SR** quam rene **A**$^{1}$ qua in re ne **A**$^{2}$**φil** quare nec **α** ne **j** adtentanda *uel* attentanda **R** *aliquot* acceptanda **w** attendenda **ä** an temperanda **s** an temptanda **o** a temptanda **m** 15 nouis **S**$^{1}$**A** consumatio **R** *plerique* 16 suscept(a)eque **cdqϙnx**$^{1}$

derabat, ne uniuersitas inchoati operis nostri, uelut membro aliquo reciso, mutila atque imperfecta conspiceretur.

Atque ea quae Hyginus fabulose tradita de originibus apium non intermisit, poeticae magis licentiae quam nostrae fidei
3 concesserim. nec sane rustico dignum est sciscitari fueritne mulier pulcherrima specie Melissa, quam Iuppiter in apem conuertit, an ut Euhemerus poeta dicit crabronibus et sole genitas apes, quas nymphae Phryxonides educauerint, mox Dictaeo specu Iouis extitisse nutrices, easque pabula munere dei sortitas, quibus ipsae paruom educauerunt alumnum. ista enim quamuis non dedeceant poetam, summatim tamen et uno tantummodo uersiculo leuiter attigit Vergilius cum sic ait:

Dictaeo caeli regem pauere sub antro.

4 Sed ne illud quidem pertinet ad agricolas, quando et in qua regione primum natae sunt, utrum in Thessalia sub Aristaeo, an in insula Cea, ut scribit Euhemerus, an Erechthei temporibus

---

5–10 *Giov. Boccaccio, De genealogiis deorum 11, 1* 13 *Verg. georg. 4, 152*

---

1 incohati **R** *aliquot* 2 mutila **SAγ** mutilata **R** imperfecta **R** in infectu **SA** (*u. Hss. p. 30*)

3 higinus **R** *plerique* 6 pulcerrima **S** specie *om.* **t** mellis(s)am **SAwiz** iupiter **R** *plerique* 7 an] atque **ah**$^2$**k** euhemerus **SAhkφiäjuœx**$^2$**tσ** *Pol.* heuhemerus **vl** hemerus **ag** homerus **mozcdqüϙnx**$^1$ eo homerus **s** crabonibus **SAkwψcϙræp** carbonibus **b** cabronibus **ü** sole] sale **ϰ** sane **üϙnx**$^1$ 8 nympe **A**$^1$ phryxonides *Gesner:* phruyxonides **S** phrusxonides **A** phruxonides **R** phraxonides **w** phrusonides **r** pharsonides **ä** bruxonides **n** frixonides **p** educauerunt **mϰγ** educauerant **f** 9 dict *cum lac.* **iä** specu iouis **A**$^2$**R** specuio quis **SA**$^1$ exstitisse **A** matrices **ωb** numere **A**$^1$ 10 ips(a)e paruum **R** ipsa et aruom **SA** educauerant **R** *plerique* 11 deceant **S**$^1$ doceant **A** 12 leuiter *om.* **äl** uirgilius **A**$^2$**R** cum sic ait uirgilius **γ** 15 sint **R** *aliquot* (*u. Dahllöf p. 113*) in *om.* **R** *aliquot* 16 scribit] ait **p** euhemerus **SAαegœx**$^2$**tσ** *Pol.* euemerus **zä** euhemerius **p** heuhemerus **v** euhomerus **ωqnx**$^1$ homerus **cdüϙ** euchemetrus **i** euhemetrus **w** euhumerus **ju** erechthei *Schn.:* erecthei **SA** erechtei **αe** erithyi **i** eric(h)tei **mob**$^2$ eristhe **s** erethei **ju** erichthonii **b**$^1$**føç** erithoni(i) **cdqg** heritonii **v** exithonii **x**$^2$ heuetonii **æ** erechtonii **y** erithrei **œϙnx**$^1$**t** erythrei **ü** ericebonii **l** euhemeri **p** erictonii an eruthei **r** *om.* **wzä**

in monte Hymetio, ut Eu*p*hronius, an Cretae Saturni temporibus, ut Nicander; non magis quam utrum examina, tamquam cetera uidemus animalia, concubitu subolem procreent, an heredem generis sui floribus eligant, quod adfirmat noster Maro; et utrum euomant liquorem mellis, an alia parte reddant. haec enim et his similia magis scrutantium rerum naturae latebras quam rusticorum est inquirere. studiosis quoque litterarum gratiora sunt ista in otio legentibus, quam negotiosis agricolis, quoniam neque in opere neque in re familiari quicquam iuuant. quare reuertamur ad ea quae alueorum cultoribus magis apta sunt.

**Quot genera sunt apium, et quod ex his optimum**

Peripateticae sectae conditor Aristoteles in his libris quos de animalibus conscripsit examinum genera conplura demonstrat, 3

---

3–4 *Verg. georg. 4, 200–201; cfr Plin. nat. 11, 46; Aristot. hist. anim. 5, 21, 553 a et de gener. anim. 3, 10, 760 a* 12–76: 5 *cfr Varro rust. 3, 16, 18 et Aristot. hist. anim. 5, 22, 553 b*

---

1 hymetio **Seidqjufyøç** *Pol.* hyemetio **Aα** himetio **R** immetio **v** eumetio **l** lymetio **p** euphronius *Pontedera* (*cfr Linde p. 16*): euthronius **SA αeb$^{1}$rç** eutronius **cæ** heutronius **d** euponius **ωgœü$^{2}$x$^{2}$vtb$^{2}$flyøp** erithonii **ju** erichonii **i** erit(h)ronii **ϙnx$^{1}$** erichthonii **ü$^{1}$** eutronu **q** *om.* **wzä** certe **α** cretre **w** 2 ut] aut **A$^{1}$** neander **ä** meander **aeωcdjœ ϙnx$^{1}$br** menander **ü** nichander **ø** eander **q** utrunque **dqγ** (*exc.* **t**) ex utrumque **c** 3 animalia uidemus **ω** sobolem **S$^{2}$** *et* **R** *plerique* 4 eligat **A** quod non affirmat **cdqü$^{1}$ϙnx$^{1}$** 5 euomat **ωbæ** uomant **A$^{1}$** 6 enim *om.* **ωb** 7 rusticarum **A$^{1}$** gratissima **ä$^{1}$** gratiosiora **zä$^{2}$** 8 lentibus **A$^{1}$** 9 quoniam neque] quoniam **ünx$^{1}$** 10 reuertamur **SR** perferamur **A$^{1}$** perfertamur **A$^{2}$** *post* quae *add.* ad **ωb** aluorum **Ae** apte **A**

Quot (quod **A$^{1}$**) genera sunt apium (apum **S**) et quod (quot **S$^{1}$**) ex his optimum *in textu* **SA** Quot genera sunt apium et quod ex his optimum genus *rubr.* **m** Quot apium genera sunt et quod (quid **b**) ex his optimum sit (sit *om.* **hobyç**) **hwzäobyç** Quot apium genera et quod optimum ex omnibus **l** Quot sint (sunt **d**) genera apium et quod ex his optimum genus sit (sit *om.* **dq**) **dqt** Quales pabulationes et qui situs pastionum (pastionum *om.* **g**) esse debent **gϙ**

12 peripathethice **S** peripateti **A$^{1}$** sexte **A$^{1}$** septe **R** *aliquot* conditur **SA$^{1}$** 13 examinum **SAαwbflry$^{2}$ç** apium **ezäy$^{1}$øæ** is apium **p** exapium **m** exagium **os** apium examinum **i** apium siue examinum **ϰγ**

eorumque alia quae uastas sed glomerosas easdemque nigras et
hirsutas apis habent, alia minores quidem sed aeque rutundas
2 et infusci coloris horridique pili, alia magis exiguas nec tam
rutundas, sed obesas tamen et latas, coloris meliusculi, nonnulla
minimas gracilisque et acuti aluei, ex auriolo uarias atque leues.
eius auctoritatem sequens Vergilius maxime probat paruolas,
oblongas, leues, nitidas,

ardentis auro et paribus lita corpora guttis,

moribus etiam placidis. nam quanto grandior apis atque etiam
est rutundior, tanto peior; si uero saeuior, maxime pessima est.
3 sed tamen iracundia notae melioris apium facile delinitur ad-
siduo interuentu eorum qui curant. nam cum saepius tractantur
celerius mansuescunt, durantque, si diligenter excultae sunt, in
annos decem. nec ullum examen hanc aetatem potest excedere,
quamuis in demortuarum locum quotannis pullos substituant.
nam fere decumo ad internecionem anno gens uniuersa totius
4 alui consumitur. itaque ne hoc in toto fiat apiario, semper pro-

8 *Verg. georg. 4, 99* 12–17 *cfr Plin. nat. 11, 69 et Aristot. hist. anim. 5, 22, 554 b*

1 eorumque *Vrsinus p. 179:* earumque *codd.* (*cfr e.g. 8, 17, 8*) alia quae] alique **γ** alias **t** set **A**$^{1}$ nigras **SR** generis **A** 2 apes **γ** *om.* **p** alias **AR** alas **üϙnx**$^{1}$ minores **SAαφicdqüϙnx**$^{1}$**tb**$^{1}$**r**$^{1}$**æ** maiores **mojugœx**$^{2}$**vb**$^{2}$**flr**$^{2}$**yøçp** maioris **s** maiores minores **zä** ł maiores *Pol.* quidem . . . exiguas *om.* **l** aeque **R** neque **SA** rotundas **S**$^{2}$**AR** 3 et fusci . . . rutundas *om.* **ω** infussi **wi** infusi **zä** infusa **b** fusci **SA** alias **R** alias minores **k** alas minores **ah** 4 rotundas **S**$^{2}$**AR** nonnullas **R** 5 gracilesque **R** glacilisque **A**$^{1}$ aluei] aculei **œϙnx**$^{1}$**t** aureolo **R** 6 eiusque **R** uirgilius **A**$^{2}$**R** ł gilius **A**$^{1}$ paruulas **S**$^{2}$**A**$^{2}$**R** 9 gradior **S**$^{1}$ atque etiam] est atque **gœx**$^{2}$**vt** atque **cdqüϙnx**$^{1}$ 10 est *om.* **cdqγ** rotundior **S**$^{2}$**AR** seuerior **cdqgœϙnx**$^{1}$ est *om.* **cdqγ** 11 meliores **Aw** apium *om.* **cdqϙnx**$^{1}$ denitur **SA** delenitur **ω** de *cum lac.* **zä** adsidue **A**$^{1}$ 12 currant **SA** *post* curant *add.* aluearia **R** tractatur **SA** 13 sunt *om.* **ωb** 14 nullum **cdqϙnx**$^{1}$**v** hac **S** 15 qđ annis **SA**$^{1}$ 16 decumo **SAah** decimo **R** internitionem **A**$^{1}$**R** internicionem **A**$^{2}$ *om. u. sp. r.* **ψ** *sine u. sp.* **l** 17 nec **R** *aliquot; om.* **l** apiario fiat **R**

paganda erit suboles, obseruandumque uere, cum se noua profundent examina, ut excipiantur et domiciliorum numerus augeatur. nam saepe morbis intercipiuntur, quibus quemadmodum mederi oportet suo loco dicetur.

**Quales pabulationes et qui situs earum esse debeat**

Interim per has notas quas iam diximus probatis apibus 4 destinari debent pabulationes, eaeque sint secretissimae et, ut noster praecepit Maro, uiduae pecudibus, aprico et minime procelloso caeli statu:

quo neque sit uentis aditus, nam pabula uenti
ferre domum prohibent, neque oues haedique petulci
floribus insultent, aut errans bucula campo
decutiat rorem, et surgentis atterat herbas.

eademque regio fecunda sit fruticis exigui, et maxime thymi 2
aut origani, tum etiam thymbrae uel nostratis cunilae, quam satureiam rustici uocant. post haec frequens sit incrementi maioris surculus, ut rosmarinum et utraque cytisus (est enim satiua et altera suae spontis), itemque semper uirens pinus et

---

5 *cap. 4: Pallad. 1, 37, 1–3* 5–8 *Pallad. 1, 37, 1* 9–13 *Verg. georg. 4, 9–12* 14–78: 8 *Pallad. 1, 37, 2*

---

1 suboles **S$^1$A$^1$a** soboles **S$^2$A$^2$R** noue **A** profundant **γ** profundat **v** 4 dicemus **üǫntp**

Quales pabulationes et qui (quis **hosb**) situs earum (apium **zäd** pastionum **mqt**) esse debeat (debent **äob**) **SAhzäωdqtbyç** De sedibus apium eligendis **gǫ** 5 apius **S$^1$A$^1$** 6 e(a)eque **Süt** (a)eque **AR** et que **ah$^2$k** et ut **ωp** ut et **SAR** 7 praecepit **SAhb** praecipit **R** marro **A$^1$** uarro **l** uide **SA** indue **d** nidue **z** mane **œx$^1$** inane **ü** *om. u. sp. r.* **n** *sine u. sp.* **t** 9 quo **SAφäütlç** quod **R** *Pol.* sint **κγ** 10 fere **A$^1$** *et* **R** *aliquot* opes **SA$^1$** (a)edique **R** *aliquot* 11 pedulci **A$^1$** 12 insultent *om.* **w** errans] currens **üǫnx$^1$** 13 decutiet **κ** deiciat **ǫnx$^1$** denunciat **œ** surgentes **ǫnx$^1$** atterat] at **A$^1$** 14 fructicis **R** *aliquot* fructus **œl** exigi **A$^1$** maxime *om.* **A$^1$ω** hymi **A$^1$** thimi **A$^2$** *et* **R** *aliquot* 15 aut **S$^2$R** auct **S$^1$A** t(h)imbrae *uel* tymbrae **R** *aliquot* cunelae **A$^2$** *et* **R** *plerique* cimele **gx** cymele **n** 16 satureiam **R** satyrā&iā **S** satratis etiam **A$^1$** satyreiam **A$^2$** frequentis **A$^1$** 17 maior **œǫnx$^1$** ut] et **ǫnx$^1$** rosmarinus **γ** cythisus *uel* cithisus **R** *plerique* 18 sua e sponatis **A$^1$** item **γ**

minor ilex, nam prolixior ab omnibus inprobatur; ederae quoque non propter bonitatem recipiuntur, sed quia praebent plurimum
3 mellis. arborum uero sunt probatissimae rutila atque alba zizip*h*us, nec minus amaracus, tum etiam amigdalae persicique ac piri, denique pomiferarum pleraeque, ne singulis immorer. ac siluestrium commodissime faciunt glandifera robora, quin etiam terebinthus, nec dissimilis huic lentiscus et odorata cedrus ac tilia. solae ex omnibus ut nocentes taxi repudiantur.

4 Mille praeterea semina uel crudo caespite uirentia uel subacta sulco flores amicissimos apibus creant, ut sint in uirgineo solo frutices amelli, caules acanthini, scapus asphodeli, gladiolus narcissi. at in hortensi lira consita nitent candida lilia nec his sordidiora leucoia, tum Punicae rosae luteolaeque et Sarranae uiolae, nec minus caelestis luminis hyacinthus; Corycius item Siculusque bulbus croci deponitur, qui coloret inodoretque mella.
5 iam uero notae uilioris innumerabiles nascuntur herbae cultis

11–15 *Pallad. 1, 37, 2*

1 minor] murens **A**$^1$ ulex **S**$^1$**A**$^1$ heder(a)e **R** *aliquot* 2 propter in bonitatem **A**$^1$ propter nouitatem **S**$^1$ recipiuntur **AR** re *lac.* nt' **S** 3 arborem **A**$^1$ arbores **ϰüq̧nx**$^1$ rutilia **ϰq̧nx**$^1$ ziziphus *ed. pr.:* zizippus **AR** *in ras.* **S** *om. u. sp. r.* **v** 4 amaragus **A**$^1$**p** amarathus **ü** amaricus **ϰγ** migdale **A**$^1$ persiccique **A**$^1$ persici (-que *om.*) **ϰγbl** ac **S** a **A**$^1$ atque **A**$^2$**R** 5 immorer *om. u. sp. r.* **zä** ac **gx** at **A**$^2$**R** ad **SA**$^1$**a** a **l** 7 terebintus *uel* therebinthus **R** *aliquot* tereuenthus **S**$^1$**A**$^1$ terebenthus **S**$^2$ lenticus **A**$^1$ et odorata cedrus *om.* **SA**$^1$ 8 tiliae **A**$^2$**R** sola **SA**$^1$ ut **A**$^1$ sunt **A**$^2$**R** *om.* **St**

9 uirentia *om.* **ak** subactas **A**$^1$ 10 sulco *om.* **ϰü**$^1$**q̧nx**$^1$ uirgeneo **A** uirginio *Pol.* uirgine **p** solo *om.* **ϰü**$^1$**q̧nx**$^1$ 11 fructices **R** *plerique* acantini *uel* achantini *uel* achanthini **R** *aliquot* achantii **d** echantini **S** aspodelli **i** asphodelli **zä** asphedeli **d** asphodili **t** aspodeli **R** *aliquot* 12 at **AR** ad **S** lilia *om.* **A**$^1$ 13 sordidolareucola **SA**$^1$ sordidiora *om. u. sp. r.* **zä** rosęo **A**$^1$ serranae **SA**$^1$**b** 14 luminis **SA**$^1$**p** numinis **A**$^2$**R** hiyacintus **A**$^1$ hiiacintus **A**$^2$ hiacint(h)us *uel* iacint(h)us **R** *aliquot* coricius **A**$^2$ coricius *uel* coritius **R** *aliquot* corinthius **zä** 15 crocique **A**$^2$**R** crociisque **t** cruci **A**$^1$ inodoretque **S** inodorequae **A**$^1$ odoretque **A**$^2$**R** mella *om.* **SA**$^1$ 16 tam **SA**$^1$**x**$^1$ uilleoris **A**$^1$ melioris **e** cultisque **ψcdqγ** (*exc.* **üt**)

atque pascuis regionibus, quae fauorum ceras exuberant, ut uulgares lapsanae nec his pretiosior armoracia rapistrique holus et intibi siluestris ac nigri papaueris flores, tum agrestis pastinaca et eiusdem nominis edomita, quam Graeci σταφυλῖνον uocant.
Verum ex cunctis quae proposui quaeque omisi temporum 6
compendia sequens (nam inexputabilis erat numerus) saporis praecipui mella reddit thymum, eximio deinde proximum thymbra serpillumque et origanum. tertiae notae, sed adhuc generosae, marinum ros et nostras cunela, quam dixi satureiam. mediocris deinde gustus amaracini ac ziziphi flores, reliqua⟨que⟩
quae proposuimus cibaria. sed ex sordidis deterrimae notae mel 7
habetur nemorense, quod sparto atque arbu[s]to prouenit, uillaticum, quod nascitur in holeribus et stercorosis herbis.

Et quoniam situm pastionum atque etiam genera pabulorum exposui, nunc de ipsis receptaculis et domiciliis examinum loquar.

---

6–9 *Pallad. 1, 37, 3; cfr Varro rust. 3, 16, 26; Plin. nat. 11, 38; Aristot. hist. anim. 5, 22, 554 a* 11–13 *Pallad. 1, 37, 3*

---

1 ac **zäγ** regionis **SA**$^{1}$ 2 is **A**$^{1}$ iis **lp** olus **R** *aliquot* 3 intibi **SA**$^{1}$**ex** intubi **A**$^{2}$**R** ac *om.* **A**$^{1}$ g nigri **A** pappaueris **A** 4 graeci *om. u. sp. r.* **p** σταφυλῖνον *ed. Ald.:* σταφυλει (-φυαει **A**$^{1}$) non **SA**$^{1}$ σταφυλινην *uel sim.* **A**$^{2}$**heosugüxyçæ** *om. u. sp. r.* **R** *sine u. sp.* **a** 5 temporis **cdqüǫnx**$^{1}$ *om.* **j** 6 erat numerus **A**$^{2}$ et numerus **R** et enumeri **SA**$^{1}$ 7 praecipue **SA**$^{1}$ thymus *uel* thimus **R** thimum **A**$^{2}$ eximio **SA** thymo *uel* thimo **R** proximum **SAäcdü** proximu **q** proximi *uel* proxumi **R** *Pol.* proxime **g** proxima **tp** 8 thymbra **ü** thybra **SA** tymbra *uel* timbra **R** thimbra **p** notae] noue **A**$^{1}$ 9 cunellas **ä** timela **gœǫnxv** cimela **ü** saturae iam **S** *post* satureiam *add.* a rusticis uocari **t** 10 amarachini **SA**$^{1}$**e** amaranchini **A**$^{2}$**R** amaranthum **p** ac] a **SA**$^{1}$ *et* **R** *aliquot* ziziphi **A**$^{2}$**R** zizyphi **S** ziziphy **A**$^{1}$ zigipi **ä** ririphi **ǫx**$^{1}$ ziriphi **n** zizphili **l** zixippi **s** reliquaque quae *ed. pr.:* reliqua qu(a)e **SAR** reliqua parte **e** et reliqua que **b** 11 cibariis **SA**$^{1}$ sed ex] et sed **ǫ** ex] et **κγ** mel *om.* **l** 12 habentur **SAα** nec morense **A**$^{1}$ numerose **k** sparto] exparto **ωæ** exporto **b** ex prato **t** arbuto *ed. Ald.* (*Pallad.; cfr 8, 10, 5 et 9, 4, 7*): arbusto *codd.* *post* prouenit *add.* atque **t** 13 oleribus **R** *aliquot* et stercorosis herbis *om.* **SA**$^{1}$

De sedibus apium eligendis *rubr.* **t** De uasis alueorum probandis **gǫ**

14 quoniam **SAǫnx**$^{1}$**tp** cum *uel* quom **R** pastionum *om.* **p** etiam *om.* **p** 15 nunc *om.* **œ**$^{1}$ et *om.* **SA**$^{1}$

**De sedibus apium eligendis**

5 Sedes apium collocanda est contra brumalem meridiem procul a tumultu et coetu hominum ac pecudum, nec calido loco nec frigido, nam utraque re infestantur. haec autem sit ima parte uallis, et ut uacuae cum prodeunt pabulatum apes facilius editioribus aduolent, et collectis utensilibus cum onere per procliuia non aegre deuolent. si uillae situs ita conpetit, non est dubitandum quin aedificio iunctum apiarium maceria circumdemus, sed in ea parte quae tetris latrinae stercilinique et a
2 balinei libera est odoribus. uel et si positio repugnabit, nec maxime tamen incommoda congruent, sic quoque magis expediet sub oculis domini esse apiarium. sin autem cuncta fuerint inimica, certe uicina uallis occupetur, quo saepius descendere non sit graue possidenti. nam res ista maximam fidem desiderat, quae quoniam rarissima est, interuentu domini tutius custoditur. neque ea curatorem fraudulentum tantum sed etiam segnitiae inmundae perosa est. aeque enim dedignatur si minus pure habita est ac si tractetur fraudulenter.

3 Sed ubicumque fuerint aluaria non editissimo claudantur muro. qui si metu praedonum sublimior placuerit, tribus elatis ab humo pedibus exiguis in ordinem fenestellis apibus sit per-

---

1–3 *cfr Varro rust. 3, 16, 12; Plin. nat. 21, 80; Geop. 15, 2, 1* 8–9 *Pallad. 1, 37, 4* 18–81: 1 *cfr Geop. 15, 2, 9*

---

De (IIII De **S**) sedibus (sepibus **A**$^1$) apium eligendis (elegendis **A**) **SAh wψmodqbyç** 1 apibus **A**$^2$**R** est *om.* **ϙnx**$^1$ *ante* collocanda **gœüx**$^2$**vt** 3 re *om.* **ϰüϙnx**$^1$ 4 apis **A**$^1$ 5 edistioribus **a** *om. u. sp. r.* **k** per p **A**$^1$ 6 procliuio **A**$^1$ 8 tretris **S**$^1$**A**$^1$ terris **cdqϙnx**$^1$ teris **h**$^1$ tetrisa **v** *om.* **œ** latrinae] lachrymae **e** 9 liberta **S** liberata **p** uel et **S** uellet **A**$^1$ uerum **A**$^2$**R** repugnauit **S**$^1$**A**$^1$ 10 maxima **A**$^2$**R** incommode **A**$^1$ congluent **SA**$^1$ expediet **SA**$^1$**t** expeditet **A**$^2$ expedit et **R** expedit **φäl** 11 domum **cdqœϙnx**$^1$**v** domui **g** *om.* **ü** 12 inimica] munita **γ** (*exc.* **vt**) certa **SA**$^1$ discendere **t** 14 totius **A**$^1$ 15 fraudulentum **ψ** fraudulentium **SAR** fraudulentem **ü** segnitiae **S**$^2$**A**$^2$**R** segnitiem **t** sednitiae **S**$^1$**A**$^1$ seguicio **x**$^1$ signi *cum. lac.* **n** 16 inmundae *ante* segnitia **R** inmundam **t** inmodc **A**$^1$ perose **A**$^1$ dedignantur **A** *et* **R** *aliquot* deesignatur **r**

18 albaria **SA**$^1$ aluearia **A**$^2$**R** 19 praedonum] latronum **p** elatis *om.* **p** 20 fenestelles **SA**$^1$

uius; iungaturque tugurium, quod et custodes habitent et condatur instrumentum; sitque maxime repletum praeparatis aluis ad usum nouorum examinum, nec minus herbis salutaribus, et si qua sunt alia quae languentibus adhibentur.

palmaque uestibulum aut ingens oleaster obumbret, 4
ut cum uere nouo ducent examina reges,
uicina inuitet decedere ripa calori,
obuiaque hospitiis teneat frondentibus arbos.

Tum perennis aqua, si est facultas, inducatur uel extracta 5
manu detur, sine qua neque faui neque mella nec pulli denique figurari queunt. siue igitur, ut dixi, praeterfluens unda uel putealis canalibus inmissa fuerit, uirgis ac lapidibus aggeretur apium causa,

pontibus ut crebris possint consistere et alas
pandere ad aestiuum solem, si forte morantis
sparserit aut praeceps Neptuno inmerserit Eurus.

Conseri deinde circa totum apiarium debent arbusculae in- 6
crementi parui, maximeque propter salubritatem. nam sunt etiam remedio languentibus cytisi, tum deinde casiae atque pini et rosmarinum, quin etiam cunelae et thymi frutices, item

---

4–8 *Verg. georg. 4, 20–21, 23–24* (*u. Linde p. 31 et Kleberg p. 27*) 9–16 *cfr Varro rust. 3, 16, 27 et Geop. 15, 2, 2* 14–16 *Verg. georg. 4, 27–29* 19 *Varro rust. 3, 16, 13*

---

1 quod **SA¹** quo **A²R** (*u. Linde p. 30*) 2 condantur **SA¹o** sit quem **S¹A¹** atque **ϙnx¹** 3 alubis **SA¹** alueis **A²R** salutaribus herbis **ϙn** 4 sint **γ** 6 ut] ui **A¹** uero **A¹** 7 inuitent **A¹ϙn** decetere **S¹** decetera **A¹**
9 extracta **SA¹** extructa **A²R** 10 qua **SA¹ah²k** aqua **A²R** faui neque *om.* **e** 14 ut **SR** aut **Ah** alias **R** *aliquot* 15 aestium **SA¹** 16 aut . . . inmerserit *om.* **S** noptuno **A¹** neptunus **t¹**
17 debent **A²R** debet **S** debent in **A¹** debent . . . parui *om.* **œ¹** 19 cytisi **SA¹ü** cithisi **A²** cythisi *uel* cithysi *uel* cithisi **R** 20 cumelae **φ** cimel(l)ae **os** timele **gœxv** canele **p** thimi **A** *et* **R** *plerique* frutiges **SA¹** fructices **R** *aliquot* itemque **A²R**

uiolarum uel quae utiliter deponi patitur qualitas terrae. grauis et taetri odoris non solum uirentia sed et quaelibet res prohibeantur, sic uti cancri nidor cum est ignibus adustus aut odor palustris coeni. nec minus uitentur cauae rupes aut uallis argutiae, quas Graeci uocant ἠχοῦς.

**De uasis alueorum probandis**

6 Igitur ordinatis sedibus aluaria fabricanda sunt pro conditione regionis. siue illa ferax est suberis, haud dubitanter utilissimas aluos faciemus ex corticibus, quia nec hieme frigent nec candent aestate, siue ferulis exuberat, his quoque, quoniam sunt naturae corticis similes, aeque commode uasa texuntur. si neutrum aderit, opere uitorio salicibus connectentur, uel si nec haec

---

1–5 *Pallad. 1, 37, 5* 1–3 *cfr Plin. nat. 11, 62* 4–5 *cfr Varro rust. 3, 16, 12; Verg. georg. 4, 49–50; Plin. nat. 11, 65* 7–83: 3 *Pallad. 1, 37, 6; cfr Varro rust. 3, 16, 15 et Plin. nat. 21, 80*

---

1 quae **SA**$^1$ quaecumque **A**$^2$**R** 2 sed *om.* **p** 4 odorum **ϙnx**$^1$ ualles **A**$^2$**R** 5 argutae **A**$^2$**R** *om.* **c** uocant *post* ηχους *uel lac.* **zcdqgœϙt** ηχους **SAheu** ηχοις *uel sim.* **zosgxbflyçæ** *om. u. sp. r.* **R** *sine u. sp.* **ap**

De (V De **S**) uasis alueorum probandis **SAwiodqtbyç** De uasis alueorum **zä** De alueorum uasis probandis **s** De uasis alueorum probandis et quom aluei collocandi st' C. VI **m** Quemadmodum aluei collocandi sint (sunt **ϙ**) **gϙ** 6 albaria **SA**$^1$ aluearia **R** condicione **A** *et* **R** *aliquot* condictione **a** 7 haud] aut **A**$^1$ *et* **R** *aliquot* utilissimos **Aαzqüϙnx**$^1$**l** utilissimus **S** uilissimos **p** 8 albos **SA**$^1$ alueos **R** *plerique* orticibus **A**$^1$ nec] in **ϙnx**$^1$ frigent **SAαd**$^2$**jur**$^1$**y**$^2$**p** rigent **R** 9 quoniam] quom *uel* cum **R** *plerique* naturae] uere **üϙnx**$^1$ uer **t** 10 corticis *ante* naturae **p** similis **A** *et* **R** *aliquot* aeque **SA** equibus **R** *Pol.* quibus **cdqüϙnx**$^1$ 11 opere uitorio salicibus connectentur *Linde p. 32* (*cfr Hss. p. 67*): opere uitorio salicibus connectuntur **tb**$^1$**r**$^1$**ø** opere uictorio salacibus connectuntur **w**$^2$ opere tectorio salicibus connectuntur **p** opere nectorio salicibus connectuntur **l** opererio salicibos conectuntur **S** operarios ali cibos conectuntur **A** operario salicibus connectuntur **ak** operario ali cibos connectuntur **w**$^1$ operarios ali cibos (cibos *om.* **ä**) connectuntur **zäωb**$^2$**r**$^2$ operario salict connectuntur **æ** opere uitorio (uictorio **q**) salicibus connectuntur operarios ali (alios **g**) cibos connectuntur **eκγ** (*exc.* **t**) **fyç** *Pol.* opere uitorio salicibus connectuntur operario salicibus conectuntur **h** operario alii cibos uel opere uitorio salitibus connectuntur **i**

suppetent, ligno cauae arboris aut in tabulas desectae fabrica-
buntur. deterrima est conditio fictilium, quae et accenduntur 2
aestatis uaporibus et gelantur hiemis frigoribus. reliqua sunt
aluorum genera duo, ut ex fimo fingantur uel lateribus extru-
antur. quorum alterum iure damnauit Celsus, quoniam maxime
est ignibus obnoxium, alterum probauit, quamuis incommodum
eius praecipuum non dissimulauerit, quod si res postulet,
transferri non possit. itaque non adsentior ei, qui putat nihilo 3
minus eius generis habendas esse aluos. neque enim solum id
repugnat rationibus domini quod inmobiles sint, cum uendere
aut alios agros instruere uelit (hoc enim commodum pertinet ad
utilitatem solius patrisfamiliae), sed (quod ipsarum apium causa
fieri debet), cum aut morbo aut sterilitate et penuria locorum
uexatas conueniet in aliam regionem mitti, nec propter prae-
dictam causam moueri poterint. hoc maxime uitandum est. ita- 4
que quamuis doctissimi uiri auctoritatem reuerebar, tamen am-
bitione summota quid ipse censerem non omisi. nam quod
maxime mouet Celsum, ne sint stabula uel igni uel furibus
obnoxia, potest uitari latericio circumstructis aluis, ut inpediatur
rapina praedonis et contra flammarum uiolentiam proteg*a*ntur,
easdemque, cum fuerint mouendae, resolutis structurae conpagi-

1 igno A$^1$ lingua α caue SA (*Varro*) cauatae R cauare ϙnx$^1$ aut *om.* SA tabulas SR faniles A deseptae ϰnxϙ$^1$ 2 deterrime SA$^1$ condicio A *et* R *aliquot* condictio a 3 aporibus A$^1$ frigoribus] temporibus ϙnx$^1$ 4 alborum S$^1$ alueorum R ut SA uel R finguntur SAw *om.* l exstruantur A 5 *ante* Celsus *add.* ex A$^1$ 7 non *om.* wiz 8 absentior ωy ei] et A putant SA 9 habendos SA albos S$^1$ alueos R *plerique* enim id solum ωbl 10 cum] tum SA *et* R *aliquot* eum ar 11 instituere zägx$^2$vfr$^2$y *Pol.* commodum SR modium A pertinet *om.* A 12 patrifamiliae SA quod *om.* cdqü ϙnx$^1$v causa R coriosa SA 13 sterelitate A et SA aut R 14 conueniat ϰγ propter *om.* A 15 poterit p poterant AR 18 mouit S$^2$e nouit S$^1$ nouet A$^1$ sint] sine ϰγp sinit os tabula ϰγ 19 *ante* latericio *add.* opere R *Pol.* circumstructis SAαφizωbr$^1$æ circumcinctis äflr$^2$yøϙp circumcinctis (circumcintis dj) uel circumstructis ϰγ 20 uiolentia A protegantur *ed. Ald.:* proteguntur *codd.* 21 easque t easdem üϙnx$^1$ eiusdemque l remouendae ϙnx$^1$æ resolitus A$^1$

bus licebit transferre. sed quoniam plerisque uidetur istud operosum, qualiacumque uasa placuerint conlocari debebunt.

**Quemadmodum alui conlocandae sint**

7 Suggestus lapideus extenditur per totum apiarium in tres pedes altitudinis totidemque crassitudinis extructus, isque diligenter opere tectorio leuigatur, ita ne ascensus lacertis aut
2 anguibus aliisue noxiis animalibus praebeatur. superponuntur deinde siue, ut Celso placet, lateribus facta domicilia, siue, ut nobis, aluaria praeterquam tergo et frontibus circumstructa; seu, quod paene omnium in usu est qui modo diligenter ista curant, per ordinem uasa disposita ligantur uel laterculis uel caementis, ita ut singula binis parietibus angustis contineantur, liberaeque frontes utrimque sint. nam et qua procedunt nonnumquam patefaciendae sint, et multo magis a tergo qua
3 subinde curantur examina. sin autem nulli parietes aluis interuenient, sic tamen conlocandae erunt ut paulum altera ab altera distet, nec cum inspiciuntur, ea quae in curatione tractatur haerentem sibi alteram concutiat uicinasque apes conterreat, quae omnem motum inbecillis ut cereis scilicet operibus suis tamquam ruinam timent. ordines quidem uasorum

---

3–6 *Pallad. 1, 37, 7*

---

Quemadmodum alui (*uel* aluei) collocandae (-di **dq**) sint (*uel* sunt) **wψ osdqtbyϙ** Quemadmodum deinde praecepimus quemadmodum alue conlocande sint **SA** De comparandis apibus **gϙ**   3 lapideis **A**[1]   in **R** per **SA**   4 pedes *om.* **A**   totidemque crassitudinis *om.* **SA**   exstructus **A**   5 tectono **A**[1]   ita ne ascensus lacertis *om.* **S**   6 anguiculis aut aliis noxiis **æ**   noxis **S**[1]**A**   8 novis **A**   albaria **SA**[1] aluearia **R**   tergo et frontibus **SA** a tergo **R** et frontibus tergo **ah**[2]**k** (*u. Hss. p. 81*)   constructa **ϙn**   9 in omnium usu **œϙnxt** in usu omnium **ü**   11 angustus **ϙnx**[1] angustius **g**   continentur **A**   12 liueraeque **A**[1] liberoque **ϙnx**[1]   procedant **ϙnx**[1]   13 patefaciendi **ϙnx**[1]   sunt **AR**   a tergo *om.* **p**   qua **SAa** quia **R** qui **ϙnx**[1]   14 autem] etiam **p**   aluis **SAa** alueis **R** *om.* **œ**   15 interueniunt **ϙnx**[1]   alter ab **A**   16 distent **Aαp**   17 tractantur **R**   sibi **SR** siue **A**[1] sibe **A**[2]**o**[1]**m**   18 conterreat **SAαwiü**[2] contereat **äg** conterat **R** conterrat **ω**   ceteris **SAe**   19 ruinam] ruinariam **œ** ruinam operibus **ψcdq**[2]**u**[2]**üϙnx**[1] operibus **q**[1]**u**[1] *om. u. sp. r.* **j**

superinstructos in altitudinem tris esse abunde est, quoniam summum sic quoque parum commode curator inspicit.

Ora cauearum, quae praebent apibus uestibula, proniora sint 4
quam terga, ut ne influant imbres, et si forte tamen incesserint, non inmorentur sed per aditum effluant. propter quos conuenit aluaria porticu supermuniri, sin aliter, luto Punico frondibus inlimatis adumbrari, quod tegumen cum frigora et pluuias tum et aestus arcet. nec tamen ita nocet huic generi caloris ut hiemis halitus. itaque semper aedificium sit post apiarium, quod aquilonis excipiat iniuriam stabulisque praebeat teporem. nec 5
minus ipsa domicilia, quamuis aedificio proteguntur, obuersa tamen ad hibernum orientem conponi debebunt, ut apricum habeant apes matutinum egressum et sint experrectiores; nam frigus ignauiam creat. propter quod etiam foramina, quibus exitus aut introitus datur, angustissima esse debent, ut quam minimum frigoris admittant. eaque satis est ita forari ne possint capere plus unius apis incrementum. sic neque uenenatus stelio nec obscenum scarabei uel papilionis genus lucifugaeque blattae,

---

3–4 *Pallad. 1, 37, 7* 9–10 *cfr Pallad. 1, 37, 7* 11–12 *Pallad. 1, 37, 8* 14–16 *Pallad. 1, 37, 7* 17–18 *Verg. georg. 4, 243*

---

1 superstructos **p** in *om.* **A** tres **A** 2 sic summum sic **ϙnx**[1] 4 ut ne **AR** binę **S** tamen forte **γ** incesserint *Linde p. 37:* incesserit **SA** ingesserint **R** ingresserint **lr** augesserint **ϙnx**[1] ingesserint **ŀ** incesserit *Pol.* 5 etfluant **A** &ffluant **S** affluant **gϙr** 6 albaria **S** aluearia **R** *om.* **φ** porticibus **R** porticulis **ϙnx**[1] frontibus **SA** 7 inlimatis **SR** *Pol.* inlimates **A** illinitis **zγ** (*exc.* **gü**) *om.* **p** tegimen **R** *aliquot* tegmen **akä** regimen **ϰ** 8 et aestus **S** aestus **R** estatus **A** nec tamen ita nocet *om.* **S**[1] nec tamen . . . halitus *om.* **mæ** ita *om.* **γ** ut] aut **cdqγ** hiemis alitus **ah**[2]**k** hiemalitus **SA** hiemis (*uel* hyemis) aestus **R** hyemis (h)austus **φ** hiemis haustus **p** hyemis aestus arcet **ost** hyemis astus *Pol.* 10 stabilisque **S** prebet **ϙnx**[1] tempore **A** temporem **h**[1]**gœx** 11 proteguntur **R** 13 maturinum **t** 16 minimus **ahφωqjufyø** minimis **iär** possit **SAkp** 17 nec **R** ne **mp** uenatus **ωcdqü**[1]**v** ueneratus **œx**[1] ueneratur **ϙn** uennaturus **g** stelio **SA**[1]**l** (*Verg.*) stellio **A**[2]**R** 18 obcenum **S**[1]**A** obscenu **p** obscenti **x**[1] obstenti **ϙn** scarabri **SAakwl** scabri **e** scambei **b** papil(l)onis **mo** blactae **R**

ut ait Maro, per laxiora spatia ianuae fauos populabuntur. 6 atque utilissimum est pro frequentia domicilii duos uel tres aditus in eodem operculo distantis inter se fieri contra fallaciam lacerti, qui uelut custos uestibuli prodeuntibus inhians apibus adfert exitium, eaeque pauciores intereunt, cum liceat uitare pestis obsidia per aliud uolantibus effugium.

**De conparandis apibus quae emuntur**

8 Atque haec de pabulationibus domiciliisque et sedibus eligendis abunde diximus, quibus prouisis sequitur ut examina desideremus. ea porro uel aere parta uel gratuita contingunt. sed quas pretio parabimus, scrupulosius praedictis comprobemus notis, et earum frequentiam prius quam mercemur apertis 2 aluaribus consideremus. uel si non fuerit inspiciendi facultas, certe id quod contemplari licet notabimus, an in uestibulo ianuae conplures consistant et uehemens sonus intus murmurantium exaudiatur. atque etiam si omnes intra domicilium silentes forte conquiescent, labris foramini aditus admotis et inflato

---

2–3 *Pallad. 1, 37, 8* 5–6 *Pallad. 1, 37, 8* 11–15 *Pallad. 1, 38, 1*

---

1 maro] uarro **lp** laxiriora **S**$^1$ spatiae **A**$^1$ ianuae . . . frequentia *om.* **ä** fabos **SA**$^1$ populantur **R** populentur **γ** 3 intra **R** *aliquot* 4 ueltibuli **A** inhians **R** in hanc **SA** capibus **A**$^1$ 5 exitum **aϙnx**$^1$ intereant **ä** interemit **œü**$^1$**ϙnx**$^1$ liceat **S**$^2$**ah**$^2$**k** liceant **S**$^1$**A** licet **R** uitares **A** 6 pestes **S**$^1$ obsedia **ϙnx**$^1$ obsidis **Aa** uolantibus **S** ulantibus **A** uadentibus **R**

De (VII De **S**) comparandis apibus quae emuntur **SAwosbyϙ** De comparandis apibus **ψdqt** De comparandis apibus et quemadmodum siluestria examina capiantur **ēp** VII **m** Quemadmodum siluestria examina capiantur **gϙ** 7 hoc **ϙnx**$^1$ populationibus **Acdqγ** (*exc.* **t**) **yø ł** papulationibus *Pol.* domicilibusque **S**$^1$**A** domiciliis **cdqγ** (*exc.* **ü**) 8 prouis **SA** 9 consideremus **γ** ea *om.* **SA** porpo **S** pórerro **A**$^1$ porpro **A**$^2$ are *uel* a re **γ** parte **SA** 10 conparabimus (com- **R**) **AR** scrupulosius *Schn.:* scrupulosus **SA** studiosius **R** 11 frequentia **SA** 12 aluearibus **R** caluaribus **A**$^1$ fuerint **S**$^1$**As** spiciendi **S**$^1$**A** aspiciendi **S**$^2$ conspiciendi **a** 13 conplari **S**$^1$**A** notauimus **SA** an in **t** an **SA** in **R** hi an **ah**$^2$**k** 14 intue **S**$^1$ intuemur **S**$^2$ inuie **A** 15 silentes *om.* **ϙnx**$^1$ 16 fortes **SA** conquiescant **R** foramina **œϙnx**$^1$ foraminum **ψvr** foraminis **l** admotas **A** inflatu **aωϙnx**$^1$**ø** inflatio **gœv** in palato **A** in *cum rasura* **S**

spiritu ex respondente earum subito fremitu poterimus aestimare
uel multitudinem uel paucitatem. praecipue autem custodien- 3
dum est ut ex uicinia potius quam peregrinis regionibus pe-
tantur, quoniam solent caeli nouitate lacessiri. quod si non
contingit ac necesse habuerimus longinquis itineribus aduehere,
curabimus ne salebris sollicitentur, optimeque noctibus collo
portabuntur. nam diebus requies danda est, et infundendi sunt
grati apibus liquores, quibus intra clausum alantur. mox cum 4
perlatae domum fuerint, si dies superuenerit, nec aperiri nec
conlocari oportebit aluum nisi uesperi, ut apes placidae mane
post totius noctis requiem egrediantur. specularique debebimus
fere triduo, numquid uniuersae se profundant, quod cum faciunt,
fugam meditantur. ea remediis quibus debeat inhiberi mox
praecipiemus.

At quae dono uel aucupio contingunt, minus scrupulose pro- 5
bantur, quamquam ne sic quidem uelim nisi optimas possidere,
cum et inpensam et eandem operam custodis postulent bonae
atque inprobae quoque. maxime refert ut non sint degeneres
intermiscendae, quae infament generosas. nam minor fructus
mellis respondet, cum segniora interueniunt examina. uerum- 6

---

2–14 *Pallad. 1, 38, 1–2; cfr Geop. 15, 2, 10–11*

---

1 p̄spondente **A** sumito **SA** existimare **zoscd$^2$g** extimare **iqræ** 3 est *om.* **ϰγ** ex uicinia] examina **üϙnx$^1$** peregrinis **S'Adgœ** ex peregrinis **R** petuntur **SA** 5 iteneribus **A** aduehe **S$^1$A** 6 curauimus **SA** colla **A** 7 portantur **ωb fyøç** 8 gratia pius **SA** 9 superauerit **ϙnx$^1$** 10 collocari **R** alueum **R** apes **SR** auis **A** aues **jup** 11 noctis requiem **R** quiem noctis **SA** speculiarique **A** debemus **R** 12 numquid **S** namq; **A** quid **R** faciant **A** 13 remedia **R** debeant **R**

Quemadmodum siluestria examina capiantur *rubr.* **zdqgϙt**

15 quae] quaeque **φx$^2$bfr** *Pol.* quecunque **z** domo **dœr** do *cum lac.* **cj** 16 nec **cdqϙnx$^1$b** sic] si **ϙn** optimos **φp** 17 et eandem **SR** eandem **A** eandem operam] curam **p** custodes **A** 18 quoque **SA** quod **R** refert ut **A** referunt **S** refert **R** sunt **ah** 19 iter miscende **A** inmiscendae (*uel* im-) **ϰüϙnx$^1$** 20 exemina **S$^1$A**

tamen quoniam interdum propter conditionem locorum uel mediocre pecus (nam malum nullo quidem modo) parandum est, curam uestigandis examinibus hac ratione adhibebimus.

**Quemadmodum siluestria examina capiantur**

7 Vbicumque saltus sunt idonei, mellifici, nihil antiquius apes quam quibus utantur uicinos eligunt fontes. eos itaque conuenit plerumque ab hora secunda obsidere, specularique quae turba sit aquantium. nam si paucae admodum circumuolant (nisi tamen conplura capita riuorum diductas faciunt rariores) intellegenda est earum penuria, propter quam locum quoque non
8 esse mellificum suspicabimur. at si commeant frequentes, spem quoque aucupandi examina maiorem faciunt, eaque sic inueniuntur: primum quam longe sint explorandum est, praeparanda*a*que in hanc rem liquida rubrica, qua cum festucis inlitis contigeris apium terga fontem libantium, commoratus eodem loco facilius redeuntis agnoscere poteris. ac si non tarde id facient, scies eas in uicino consistere, sin autem serius, pro mora temporis

---

4–89: 1 *Pallad.* *5, 7, 1–2*

---

1 *post* propter *add.* in **A** condicionem **R** *aliquot* condicione **A** condictionem **aø** 2 mediare **ϙnx$^1$** 3 uestigandi **γ** (*exc.* **x$^2$t**) adhiberimus **S$^1$A**
Quemadmodum siluestria examina capiantur **SAwäosblyçæ**
4 altus **A** 6 ab ora **S$^1$** arbor a- **A** obsideri **R** quae *om.* **ϰϙnx$^1$** 7 aquantum **A$^1$** 8 tamen] cum **cdqϙnx$^1$** *om.* **ü** deductas **Abl** intelligenda **R** 9 eorum **cqγ** (*exc.* **ü**) 10 mallificum **A** suspicauimur **S$^1$** suspicamur **bp** suspicabitur **ωr** suspicabuntur **qjlç** ad **S$^1$A** ac **R** *aliquot* 11 aucuperandi **A** sic *om.* **ϙnx$^1$** 12 primum *om. u. sp. r.* **zä** explorandum] ł explorantur *Pol.* praeparandaque *ed. pr.*: praeparandumque **SAR** properandumque **γ** preparanturque **p** 13 hac **SA** liquidam rubricam **t** quā **SA** cum **SA** tunc **R** contigerit **R** 14 liuantium **S$^1$** leuantium **p** libaricum **ϙnx$^1$** ł leuantium *Pol.* commoratus **ü** comoratus **t** com(m)oratur **SAφψϰϙnx$^1$** commoratos **αω gœx$^2$vσ** 15 redeunt **ϙnx$^1$** agnoscere poteris *om.* **p** id facient **R** infacient **SA** 16 scies eas **SAαωbfyøçæp** scies eos **r** scias eas **wψϰγl** sciant eas **v** facies eas **e** in uicino] minimo **ϙnx$^1$** consistere . . . aestimabis *om.* **i** sin] sui **ϙnx$^1$** mora **d$^2$læ** morę **S** more **AR**

aestimabis distantiam loci. sed cum animaduerteris celeriter 9 redeuntis, non aegre persequens iter uolantium ad sedem perduceris examinis.

In his autem quae longius meare uidebuntur, sollertior adhibebitur cura, quae talis est: harundinis internodium cum suis articulis exciditur, et terebratur ab latere talea, per quod foramen exiguo melle uel defruto instillato ponitur iuxta fontem. deinde cum ad odorem dulcis liquaminis conplures apes inrepserunt, tollitur talea et inposito foramini pollice non emittitur nisi una, quae cum euasit, fugam suam demonstrat obseruanti, atque is, dum sufficit, persequitur euolantem. cum 10 deinde conspicere desi⟨i⟩t apem, tum alteram emittit, et si eandem petit caeli partem, uestigiis prioribus inhaeret. si minus, aliam quoque atque aliam foramine adaperto patitur egredi, regionemque notat in quam plures reuolent, et eas persequitur, donec ad latebram perducatur examinis. quod siue est abditum specu, fumo elicietur, et cum erupit aeris strepitu coercetur. nam statim sono territum uel in frutice uel in editiore siluae fronde considit, et a uestigatore praeparato uaso reconditur. sin 11 autem sedem habet arboris cauae, et aut extat ramus quem

---

4–90: 7 *Pallad.* 5, 7, 3–5

---

1 extimabis **zϰgvæ** existimabis **oœr** distantia **cqγ** (*exc.* **üt**) aduerteris **dγ** (*exc.* **t**) *post* animaduerteris *add.* distantia loci **a** 2 persequeris **SR** uiolantium **t** 3 exanimis **a** an examinis **gǫnx** 5 cura] citra **A** 6 ab (ad **a** a **k**) latere (latera **c**) talea **R** alua (alba **S**[1]) teret alea (alia **S**) **SA** 7 defructo **äovtp** defriti **SA**[2] defritim **A**[1] instil(l)ate **ωb** sallato **A**[1] 8 pontem **S**[1]**A** 9 insperserunt **SA** apposito **R** pollice . . . suam *om.* **A**[1] 11 obseruari **cdqǫnx**[1]**b** cum *om.* **SA** 12 conspicere *om.* **t** desiit *ed. pr.*: desit **R** possit **SA** (*u. Hss. p.* 35) apem tum **R** apertum **SA** altera **A** 13 petit **R** cepit **SA** emittit petit **äl** eadem **R** *aliquot* prioris **γ** *ante* si *add.* et **γ** 14 atque aliam *om.* **ä** foramine] formam ineat **p** 15 notet **R** notat **p** et *om.* **SA** 16 quod **SA** quo **R** 17 elicitur **A**[1] cohercetur **R** *aliquot* 18 statim *om.* **p** fructice **R** *aliquot* editiore] mediocre **ǫnx**[1] 19 consedit **A** considet **R** concidet **cdqǫnx**[1] a *om.* **ǫnx**[1] uase **R** 20 extet **γ** (*exc.* **t**)

obtinent, aut ipsius trunci, si in eo sunt, mediocritas patitur, acutissima serra, quo celerius id fiat, praeciditur primum superior pars, quae ab apibus uacat, deinde inferior, quatenus uidetur habitari. tum recisus utraque parte mundo uestimento contegitur, quoniam hoc quoque plurimum refert, ac si quibus rimis hiat inlitis ad locum perfertur, relictisque paruis, ut iam dixi, foraminibus more ceterarum aluorum conlocatur.

12 Sed indagatorem conueniet matutina tempora uestigandi eligere, ut spatium diei habeat quo exploret commeatus apium. saepe enim, si serius coepit eas denotare, etiam cum in propinquo sunt iustis operum peractis se recipiunt nec remeant ad aquam, quo euenit ut uestigator ignoret quam longe a fonte distet examen.

13 Sunt qui per initia ueris apiastrum atque, ut ille uates ait,

trita melisphylla et cerinthae ignobile gramen

aliasque colligant similes herbas, quibus id genus animalium delectatur, et ita aluos perfricent ut odor ac sucus uasis inhaereat. quae deinde emundata exiguo melle respergant, et per nemora non longe a fontibus disponant, eaque cum repleta sunt

---

8–13 *Pallad. 5, 7, 6* 14–91: 1 *Pallad. 5, 7, 6; cfr Plin. nat. 21, 149 et Geop. 15, 2, 20* 15 *Verg. georg. 4, 63*

---

1 aut in ipsius **zä** trucis **S**$^1$**A** truncis **S**$^2$ si *om.* **SA** 2 acutissima . . . praeciditur *om.* **a** id *om.* **A** 3 inferius **ω** ferior **A**$^1$ 4 inhabitari **R** 5 quoque *om.* **a** 6 ramis **t** inlitis **S** inlitas **A** inlitas *uel* illitas **R** perfectur **S**$^1$ relictis (-que *om.*) **SA** ut iam **R** utrim **SA** 7 foraminibus **R** certaminibus **S** certaminis **A** certarum **SA** alueorum **R** *aliquot* colocantur **S**$^1$ collocantur **S**$^2$ conlocantur **A** colocatur **i** colatur **zä** 8 tempore **Aφ** 9 die **S**$^1$ diē **A** exploreat **A** apum **dqg üϙxv** aput **œ** 11 perrectis **ω** 12 uestigator quam ignoret **ωb** 14 ut *om.* **cdqϙnx**$^1$ 15 melisphylla **S** (*Verg.*) mel(l)iphil(l)a *uel sim.* **R** mellisque colligant similique herbas philla **A** et cherinthae . . . colligant *om.* **S**$^1$ cherinthae **S**$^2$**ψdlç** cherintee **γ** cherinchae **ωæ** ignouile **A**$^1$ 17 ita] in **ωb** alueos **S**$^2$ *et* **R** *aliquot* perfrigent **S**$^1$**A**$^1$ perficent **nx**$^1$ perficient **ϙ** ac **SA** et **R** fucus **SA** sectus **t** *ante* uasis *add.* in **A** 18 quae *om.* **A**$^1$ mundata **AR** respargant **SAnt**

examinibus, domum referant. sed hoc nisi locis quibus abundant 14
apes facere non expedit. nam saepe uel inania uasa nancti qui forte praetereunt secum auferunt, neque est tanti uacua perdere complura, ut uno uel altero potiare pleno. at in maiore copia, etiam si multa intercipiuntur, plus est quod in repertis apibus adquiritur.

Atque haec ratio est capiendi siluestria examina. deinceps talis altera est uernacula retinendi.

**Quemadmodum uernacula noua examina obseruentur et in aluos condantur**

Semper quidem custos sedule circumire debet aluaria; neque 9
enim ullum tempus est quo non curam desiderent. sed eam postulant diligentiorem cum uernant et exundant nouis fetibus, qui nisi curatoris obsidio protinus excepti sunt diffugiunt. quippe talis est apium natura ut pariter quaeque plebs generetur cum regibus; qui ubi euolandi uires adepti sunt, consortia dedignantur uetustiorum, multoque magis imperia, quippe cum rationabili gener*i* mortalium, tum magis egentibus consilii mutis animalibus nulla sit regni societas. itaque noui 2

9–13 *Pallad. 7, 7, 4* 17–92: 5 *cfr Varro rust. 3, 16, 29 et Pallad. 7, 7, 4*

1 referat **gœüxv** quibus *om.* **t** 2 non expedit . . . auferunt neque *om.* **b** inantia **A** nacti **S$^2$R** qui **α** quae **SAR** 4 potiare **akæp** patiore **SAg** pati ore **φiœ** patiare **fryç** patrare **hø** potiore **ωb** patiare ore **vt** pati uel potiare **zϰüx$^2$** pati uel patiare **ϙnx$^1$** pati potiore re **ä** ponari **l** at] ad **x$^1$** *om.* **ϙn** 5 etiam *om.* **ϰü ϙnx$^1$** si multa **SR** simulata **Aφc** est *om.* **αe** 6 adquiritur **A$^2$d** atquiritur **SA$^1$** acquiritur **R**
7 est *om.* **ϰγ** (*exc.* **t**) 8 altera *ante* talis **ϙn** ratio **ü$^1$t** est *om.* **Aα**
Quemadmodum uernacula noua (noua *om.* **mdqgϙtæ**) examina (examina *om.* **y** examina prodeuntia **zämdqgϙt**) obseruentur (reseruentur **b**) et in aluos (*uel* alueos; alueolis **gϙ** alios **w**) condantur *in textu* **SA** *rubr.* **hwψωdqgϙtbyçæ** 9 castos **mo$^1$** albaria **S** aluearia **R**
10 quod **Aφϰ** (*exc.* **q**) **γ** (*exc.* **n**) 11 postulent **mgx$^2$** exeundant **SA** nouas **A** 12 curatorio **gϙnx$^1$** defugiunt **p** 13 quippe talis . . . magis imperia *om.* **ω** ut *om.* **A** 14 reginibus **S$^1$A$^1$**
15 uetustorum **ϙnx$^1$** 16 generi *Gesner:* genere *codd.*
consilium **A** 17 muti **S** multa **A** nulli **cdqüϙnx$^1$** sit] est **ϰüϙnx$^1$t** regum **üϙnx$^1$**

duces procedunt cum sua iuuentute, quae uno aut altero die in ipso domicilii uestibulo glomerata consistens, egressu suo propriae desiderium sedis ostendit, eaque tamquam patria contenta est, si procurator protinus adsignetur. sin autem defuit
3 custos, uelut iniuria repulsa peregrinam regionem petit. quod ne fiat, boni curatoris est uernis temporibus obseruare aluos in octauam fere diei, post quam horam non temere se noua proripiunt agmina, eorumque egressus diligenter custodiat. nam quaedam solent, cum subito euaserunt, sine cunctatione se
4 proripere. poterit exploratam fugam praesciscere uespertinis temporibus aurem singulis alueis admouendo. siquidem fere ante triduum quam eruptionem facturae sunt, uelut militaria signa mouentium tumultus ac murmur exoritur, ex quo, ut uerissime dicit Vergilius,

corda licet uulgi praesciscere, namque morantis
Martius ille aeris rauci canor inuocat, et uox
auditur fractos sonitus imitata tubarum.

---

5–13 *Pallad. 7, 7, 5; cfr Varro rust. 3, 16, 9; Plin. nat. 11, 54; Aristot. hist. anim. 9, 40, 625 b* 15–17 *Verg. georg. 4, 70–72*

---

1 praecedunt **ωb** auuentute **A** die in **R** dein **SA** 2 consistentegressus (-gressu **S**$^2$) **SA** 3 eaque **SR** eadem **A** tamquam **SA** uelut **R** 4 procuratori **R** procurati **ϰϙnx**$^1$ a procuratore **p** 5 uel **SA** *et* **R** *aliquot* repulsam **SA** *et* **R** *aliquot* depulsa **z** 6 flat **S**$^1$**A** uerni **S**$^1$**p** obseruari **SA** aluis **SA** alueos **R** 7 tamere **SA** prorepiunt **g** prorumpunt **üϙnx**$^1$ prorupunt **œ** 8 agmine **S**$^2$**A** acio mine **S**$^1$ eorumque egressus **zgœ x**$^2$**vtlr**$^2$**øçp** eorum egressus **y** eoque regressus **SAφiär**$^1$ eorumque regressus **f** eoque (eaque **u**) uel eorumque regressus (egressus **c** gressus **d**) **ϰü**$^2$ eoque uel eorum uel regressus **ü**$^1$**ϙn** eorumque egressus eoque regressus **αωbæ** eq; eaq; regressa egressus **x**$^1$ (*u. Hss. p. 70*) *ante* diligenter *add.* ut **R** diligentius **ϰγ** 9 quadam **ϙnx**$^1$ se *om.* **zä** 10 praescissere **A** *et* **R** *aliquot* praecissere **i** procissere **w** prosciscere **ϙnx**$^1$ 11 aurem] autem **b** aut **ϙnx**$^1$ 12 militaria **R** milia **S**$^1$**A** tię *superscr.* **S**$^2$ 13 mouentius **S**$^1$**A**$^1$ *om.* **p** ex quo] quo **p** *om.* **ϙ** ut *om.* **cdqγ** 14 uirgilius **R** 15 praescissere **A** *et* **R** *aliquot* moranti **S**$^1$**A** 16 inuocat **SA** increpat **R** (*Verg.*) increpas **ϙn** 17 fractas **zä** fractus **a**$^1$**i** factos **j** fructus **Aw**

Itaque maxime obseruari debent quae istud faciunt, ut siue 5
ad pugnam eruperint (nam inter se tamquam ciuilibus bellis et
cum alteris quasi cum exteris gentibus proeliantur), siue fugae
causa se proripuerint, praesto sit ad utrumque casum paratus
custos. pugna quidem uel unius inter se dissidentis uel duorum 6
examinum discordantium facile conpescitur; nam, ut idem ait,

pulueris exigui iactu conpressa quiescit,

aut aqua mulsea passoue et alio quo liquore simplici respersa,
uidelicet familiari dulcedine saeuientium iras mitigante. nam
eadem mire etiam dissidentis reges conciliant. sunt enim saepe
plures unius populi duces, et quasi procerum seditione plebs in
partis diducitur, quod frequenter fieri prohibendum est, quoniam
intestino bello totae gentes consumuntur. itaque si constat 7
principibus gratia, maneat pax incruenta. sin autem saepius
acie dimicantis notaueris, duces seditionum interficere curabis;
dimicantium uero proelia praedictis remediis sedantur.

Ac deinde cum agmen glomeratum in proximo frondentis arbusculae ramo consederit, animaduertito an totum examen in
speciem unius uuae dependeat. idque signum erit aut unum
regem inesse aut certe plures bona fide reconciliatos, paterisque 8

5–9 *Pallad. 7, 7, 6; cfr Varro rust. 3, 16, 35 et Plin. nat. 11, 58* 7 *Verg. georg. 4, 87* 10–16 *cfr Varro rust. 3, 16, 18 et Geop. 15, 2, 15* 17–94: 3 *Pallad. 7, 7, 6*

1 debet **R** 3 quasi cum] *om.* **S**$^1$ quasi **A** 4 sint **A**$^1$ causam **cdqx**$^1$ cām **w** paratos **A** 5 inter **R** in **SA** 6 examinum inter se discordantium **ϙn** conpescitur . . . iactu *bis* **a** 8 aqua *om.* **çdqüϙnx**$^1$ mulsa **R** mulso **üx**$^1$ uulso **ϙn** uis eam **p** alio quo liquore **R** aliquo (aliquor **S**$^1$) liquore **Shkbl** aliquore **A** (*cfr 9, 11, 1*) simili **R** respersam **R** 9 dulcedinis **A** mitigare **ωbøæ** 10 mire *om.* **ϰüϙnx**$^1$ inire **R** *aliquot* saepe *post* plures **ϰüϙnx**$^1$ *om.* **c** 12 deducitur **AR** prohibendum] prohibitum **os** 13 consumantur **ϰϙnx**$^1$ 15 aciem **R** 16 proelia *om.* **φψ** remedis **S**$^1$**A**$^1$ secantur **ü** septantur **ϰϙnx**$^1$
17 agmen] examen **zä** examen uel agmen **ϰüϙnx**$^1$ glomerantum **nx**$^1$**æ** glomeram tum **ϙ** glomeratur **p** frondente **ϙnx**$^1$ arbusculo **ϙnx**$^1$ 18 ramos **p** 19 spiciem **SA** uuae *om. u. sp. r.* **i** dependat **αo** 20 pluris **R** paterisque **SA** patieris **α** patieritis **äp** pacier' **l** petieritis **R** petieris **ç**

dum in suum reuolet domicilium. sin autem duobus aut etiam conpluribus uelut uberibus ductum fuerit examen, ne dubitaueris et pluris proceres et adhuc iratos esse, atque in his partibus quibus maxime uideris apes glomerari requirere duces debebis. itaque suco praedictarum herbarum, id est melisphylli uel apiastri, manu inlita, ne ad tactum diffugiant, leuiter inseres digitos, et diductas apes scrutaberis, donec auctorem pugnae reperias.

**10** Sunt autem hi reges maiores paulo et oblongi magis quam ceterae apes, rectioribus cruribus, sed minus amplis pinnis, pulchri coloris et nitidi, leuesque ac sine pilo, sine spiculo, nisi quis forte pleniorem quasi capillum quem in uentre gerunt aculeum putat, quo et ipso tamen ad nocendum non utuntur. quidam etiam infusci atque hirsuti reperiuntur, quorum pro habitu damnabis ingenium.

2 nam duo sunt regum facies, duo corpora plebis.
alter erit maculis auro squalentibus ardens
et rutilis clarus squamis insignis et ore.

---

5–8 *Pallad.* *7, 7, 7*   9–15 *Pallad.* *7, 7, 7; cfr Varro rust. 3, 16, 18; Plin. nat. 11, 51; Aristot. hist. anim. 5, 21, 553 a et 9, 40, 624 b; Geop. 15, 2, 16*   16–18 *Verg. georg. 4, 92 + 95, 91, 93 + 92*

---

1 autem duobus *om.* **ju**   2 ductum **SAφ** deductum **R** diductum **p**   3 et] ut **ωb**   plures **γlæp**   ratos **ǫnx**$^1$   iis **üp**   4 *ante* quibus *add.* in **γ**   maxime *om.* **w**   5 melisfylli **S**$^2$ mellisfylli **S**$^1$ mellis filli **Awzä** mellisphilli **αωσ** mellis fili **c** mellisphylli **ü** mellisiphilli **e** melliphilli **dqjugǫnv** melliphylli **œx** melliphyli **t** mellifilli **i** mellipuli **p** (*cfr 9, 8, 13*)   6 ad tactum] attactum **S**$^1$ ad actum **gǫ** attanctum **c** ad tectum **r**   diffugiat **p** diffugiunt **ǫn**   inheres **A**$^1$   7 deductas **AR**   ape **S**$^1$   scrutaueris **S** sectaberis **ǫnx**$^1$   pugnae *om.* **iϰüǫnx**$^1$   8 reperies **äcdqǫnx**$^1$**ø**
Quae sit forma regis apium *rubr.* **o** Regis apum forma **q**   9 autem *om.* **b**   paulo maiores **p**   10 cetera **A**   pennis **S**$^2$**p**   13 tamen] tantum **R** *plerique*   14 infusi **z** infuci **i** infu *cum lac.* **ä**   15 damnabilis **A**   16 duae **kcqjγçp**   17 alter erit **R** alterit **A** alter r **S**   18 squamis clarus insignis **gœxvt** insignis squamis clarus **ǫn**

atque hinc maxime probatur qui est melior, nam deterior, sordido sputo similis, tam foedus est quam

puluere ab alto
cum uenit et sicco terram spuit ore uiator,

et, ut idem ait,

desidia latamque trahens inglorius aluum.

omnes igitur duces notae deterioris

dede neci, melior uacua sine regnet in aula.

qui tamen et ipse spoliandus est alis, ubi saepius cum examine 3
suo conatur eruptione facta profugere. nam uelut quadam compede retinebimus erronem ducem detractis alis, qui fugae destitutus praesidio finem regni non audet excedere, propter quod ne ditionis quidem suae populo permittit longius euagari.

Sed nonnumquam idem necandus est, cum uetus aluare **11**
numero apium destituitur, atque infrequentia eius ali*o* quo examine replenda est. itaque cum primo uere in eo uase nata est pullities, nouus rex eligitur, ut multitudo sine discordia cum parentibus suis conuersetur. quod si nullam progeniem tulerint

3–4 *Verg. georg. 4, 96–97* 6 *Verg. georg. 4, 94* 8 *Verg. georg. 4, 90* 9–10 *Pallad. 7, 7, 7; cfr Verg. georg. 4, 106–107 et Plin. nat. 11, 54* 18–96: 4 *Pallad. 7, 7, 8*

1 hic **R** probatu **S**[1] probata **S**[2] probatu' **A** est *om.* **p** 2 fecus **A** quam] quoniam **ϙnx**[1] 6 desidiam **ωbp** *om.* **küϙnx**[1] 7 deteriores **ϙnx**[1] 8 dede] d *cum lac.* **z** dentur **ä** sine] signe **A**[1] in aula . . . ubi saepius *om.* **n** 9 quae **cdq** tamen] tantum **R** *plerique* saepius *om.* **w** 10 fata **S** uelut] ut **ϙnx**[1] 11 compende **A** retenebimus **A** erronem **Sh**[1]**eüσ** (*exc.* **r**) errorem **Awωϰγr** erroneum **ah**[2]**k** erratorem **j** errantem **ψ** ducis **γ** 13 dictionis **A** *et* **R** *aliquot* quidem] quid **φ** *om.* **lp** suo populo **Aeωb** populo suae **dqœx**[1] populo suo **ϙn** sua populum **æ** sue quidem populo **t**
14 idem **S**[2]**A** de **S**[1] is **t** *om.* **R** negandus **S**[1]**A**[1]**ç**[1] est *om.* **äγ** cum uetus . . . replenda est *om.* **a** uetatus **SA** alueare **S**[2]**R** 15 eius infrequentia **œϙnx**[1]**t** alio quo *Linde p. 51* (*cfr 9, 9, 6*): alia quo **S**[2]**A** alie quo **S**[1] aliquo **R** 16 examina **SA** tum **SA** 17 ut] ac **gœϙnxv** at **ü**[1] cum *om.* **p**

faui, duas uel tres aluorum plebes in unam contribuere licebit, sed prius respersas dulci liquore, tum demum includere, et posito cibo, dum conuersari consuescant, exiguis spiramentis relictis, triduo fere clausas habere.

**Quemadmodum frequentandae sint alui quae exigua habent examina**

2 Sunt qui seniorem potius regem summouent, quod est contrarium, quippe turba uetustior uelut quidam senatus minoribus parere non cense[n]t, atque imperia ualidiorum contumaciter
3 spernendo poenis ac mortibus afficitur. illi quidem incommodo, quod iuueniori examini solet accidere, cum antiquarum apium relictus a nobis rex senectute defecit, et tamquam domino mortuo familia nimia licentia discordat, facile occurritur. nam ex iis aluis quae plures habent principes dux unus eligitur, isque translatus ad eas quae sine imperio sunt rector constituitur. potest autem minore molestia in his domiciliis quae aliqua peste
4 vexata sunt paucitas apium emendari. nam ubi cognita est

---

14–97: 3 *Pallad.* 7, 7, 8

---

1 duas **R** dius **SA** alueorum **R** *plerique* plebs **A**$^1$**a** pedes **ω** cūtribuere **S**$^1$ unum **R** 2 respersas] prosperam **p** dulci **SR** uici **A** tum demum] tam deinde **ω** 3 cibo dum] ciborum **S**$^1$

Quemadmodum (VIIII quemadmodum **S**) frequentandae (-di **hemob**) sunt alui (*uel* aluei) quae (qui **hem**) exigua habent examina **SAhemobyç** 5 sunt qui . . . contrarium *om.* **çnx**$^1$ summouent **S** st̄ moueat **A** submoueant **R** amoueant **p** 6 minoribus] in moribus **mb** 7 non censet *Linde p. 51:* non censent **S** non cessent **A** non cessant **α** necesse est **R** *om.* **æ** contumaciter **S**$^2$**R** coitu (coitur **A**) aciter **S**$^1$**A** *om.* **e** 8 spernendos **zκγ** (*exc.* **t**) *om.* **e** afficiuntur (*uel* ad-) **R** afficiunt **α** 9 iuueniori **S**$^2$**h**$^1$**wωjuflryçæp** inueniori **S**$^1$**Aecdø** iuniori **ah**$^2$**kψqγb** iueniori **œx**$^2$ uiniori **n** examina **A**$^1$ 10 relictis **κγ** (*exc.* **t**) nouis **p** deficit **R** *aliquot* domino] dum **œ** *om.* **çnx**$^1$ 11 mortuo *om.* **çnx**$^1$ facileque **ψ** occurritur **Szωx**$^2$**tb**$^2$**fl**$^2$ **r**$^2$**øp** discurritur **AR** destruitur **œ** discurritur uel (uel cum **cdq**) occurritur **κ** destruitur uel cum occurritur **üçnx**$^1$ 12 ex] in **p** his **AR** alueis **R** 13 translata **çnx**$^1$

*post* constituitur *rubr.* Quemadmodum frequentandi (frequentande **t**) sunt (sint **t**) alui (*uel* aluei) quae (qui **dä** quam **q**) exigua habent examina **ψdqgt** Quemadmodum frequentandi sunt exigua qui aluei habent examina **ç** 14 minorem molestiam **SA** domicilis **S**$^1$**p** uexata sunt **SA** uexantur **R**

clades, frequentis alui si quos habet fauos oportet considerare, tum deinde cerae eius quae semina pullorum continet partem recidere, in qua regii generis proles animatur. est autem facilis conspectu, quoniam fere in ipso fine cerarum uelut papilla uberis apparet eminentior et laxioris fistulae quam sunt reliqua foramina, quibus popularis notae pulli detinentur. Celsus quidem 5
adfirmat in extremis fauis transuersas fistulas esse, quae contineant regios pullos. Hyginus quoque auctoritatem Graecorum sequens negat ex uermiculo, ut ceteras apes, fieri ducem, sed in circuitu fauorum paulo maiora quam sunt plebei seminis inueniri recta foramina, repleta quasi sorde rubri coloris, ex qua protinus alatus rex figuretur.

Est et illa uernaculi examinis cura, si forte praedicto tempore **12**
facta eruptione patriam fastidiens sedem longiorem fugam denuntiauit. id autem significat, cum sic apis euadit uestibulum ut nulla intro reuolet sed se confestim leuet sublimius. crepi- 2
taculis aeris aut testarum plerumque uulgo iacentium terreatur fugiens iuuentus, eaque uel pauida cum repetierit aluum maternam et in eius aditu glomerata pependerit, uel statim se ad proximam frondem contulerit, protinus custos nouum locula-

3–7 *Pallad. 7, 7, 9; cfr Plin. nat. 11, 29; Aristot. hist. anim. 5, 21, 553 b; Geop. 15, 2, 15*   15–98: 3 *Pallad. 7, 7, 9*

1 claues **A**   infrequentis **SR** (*u. Linde p. 52*)   aluei **R**   quos **R** qđ **SA**   fabos **A**   2 cer(a)e eius **SA** cerei **R** corei **wi** cerę **t** terrei **ø** cerei usque **p**   quae *om.* **p**   3 regit **A**   animantur **R** *aliquot*   4 in *om.* **cdqüǫnx**$^1$   5 apparet . . . laxioris *om.* **SA**   sint **R**   6 celsus **R** celsusq; **A** celsus quae **S**   quidam **Ax**$^1$   7 transuersa **Aos**   continent **A** contineos **u** contine *cum lac.* **j**   8 regiones **A**$^1$   higinus **A**$^2$ *et* **R** *plerique*   9 ut *om.* **e**   uermiculo **p** uernaculo **SR** uernacula **A**   10 circuitū **S**   fauonum **S**$^1$ fauore **A**$^1$   sint **R**   11 sordide **A**   halatus **SA** allatus **ψ**   14 eruptionem **SA**   patriae **SA** patriens **e**   fastidię **A**   *ante* sedem *add.* sedens **SA**   16 intro (intra **cq**) reuolet **S**$^1$**zäϰγr** intro reuolet ualet **i** introire uolet (ualet **A**$^1$**e** uelit **çæ**) **S**$^2$**AR**   se] si **ǫnx**$^1$ *om.* **gp**   17 (a)eris **SAϰγr** (a)ereis **R**   iacentium terreatur *om.* **e** terreantur **t**   18 eaque **SAah**$^2$**kiälp** eaque qu(a)e **R**   reperierit **iär** reperent **ǫnx**$^1$   alueum **R**   20 proxumam **R** *aliquot*   loclamentum **S** locamentum **Aφ** iaculamentum **p**

mentum in hoc praeparatum perlinat intrinsecus praedictis herbis, deinde guttis mellis respersum admoueat, tum manibus
3 aut etiam trulla congregatas apes recondat. atque uti debet adhibita cetera cura, diligenter conpositum et inlitum uas interim patiatur in eodem loco esse, dum aduesperascat. primo deinde crepusculo transferat et reponat in ordinem reliquarum
4 aluorum. oportet autem etiam uacua domicilia conlocata in apiariis habere. nam sunt nonnulla examina quae cum processerunt statim sedem sibi quaerant in proximo, eamque occupent quam uacantem reppererunt.

Haec fere adquirendarum atque etiam retinendarum apium traditur cura.

**Remedia morbo laborantium**

**13** Sequitur ut morbo uel pestilentia laborantibus remedia desiderentur. pestilentiae rara in apibus pernicies, nec tamen aliud quam quod in cetero pecore praecipimus quid fieri possit reperio, nisi ut longius alui transferantur. morborum autem facilius et causae dispiciuntur et inueniuntur medicinae.
2 Maximus[que uel minimus] annuus earum labor est initio

18–99: 7 *Pallad. 4, 15, 1; cfr Plin. nat. 11, 66 et Geop. 15, 2, 12*

1 haec **üρ̧nx**[1] perliniat **AR** praeliniat **γ** 3 recundat **S**[1] uti] ita **φ** debeat **Aφy**[1] 4 athibita **S**[1]**A** certa **κρ̧nx**[1] 6 ordine **κγ** (*exc.* **ü**) **r** reliquorum **R** 7 alueorum **R** *plerique* autem] tam **p** *om.* **ωbæ** etiam *om.* **ρ̧nx**[1] 8 nonnulli **A** nonnulla examina *om.* **p** processerint **cdγ** precesserunt **ur** 9 edem **ä** *om.* **v** sibi *ante* edem **ä** eamque **t** eaque **SA** eademque **moc qœρ̧nxv** eandemque **R** eodemque **g** sibi *ante* occupent **αφiωjuσ** 10 uacantem **S**[2] uocantem **S**[1]**A** uacuam **R** reppererunt **bp** repererunt **R** *Pol.* reperierunt **wψρ̧n** repeperunt **ç** reperunt **œ** repperunt **S**[1]**A** repperiunt **S**[2] 11 atquirendarum **A**[1] acquirendarum **R** *plerique* acquerendarum **αr** atque] ac **γ** 12 crura **S**[1]**A**

Remedia (X Remedia **S**) morbo laborantium **SAφψodqbyç** Remedia morbo laborantium apium (apum **ρ̧**) **mgρ̧t** De remedio morbo laborantium **h** 14 pestilentia **ωüρ̧nx**[1]**bæ** 15 quod *om.* **du** praecipimus **SAägœnxv** praecepimus **R** potest **A** 16 repriora **A**[1] reperiora **A**[2] aluei **R** 17 dispiciuntur **SA** inspiciuntur **R** incipiuntur **n**

18 maximus *Kleberg p. 26* (maximus autem *ed. Ald.*): maximusque uel (et **œρ̧n**) minimus **SAR** maximus et minimus **x**[1] maximus autem uel minimus **ü** maximusque uel **w** annuus . . . floret *om.* **w** animus **ψcdqgœρ̧nx**[2]**y** annus **væ**[1] auis **x**[1] eorum **At** est labor **ρ̧næ**

ueris, quo tithymalli floret frutex, et quo amara ulmi semina sua promunt. nam quasi nouis pomis ita his primitiuis floribus inlectae auide uescuntur post hibernam famem, alioqui citra satietatem tali nocente cibo. cum se adfatim repleuerunt, profluuio alui, nisi celeriter succurritur, intereunt. nam tithymallus maiorum quoque animalium uentrem soluit et proprie ulmus apium. eaque causa est cur in regionibus Italiae quae sunt eius generis arboribus consitae raro frequentes durent apes. itaque 3 ueris principio si medicatos cibos praebeas, isdem remediis et prouideri potest ne tali peste uexentur, et cum iam laborant sanari. nam illud quod Hyginus antiquos secutus auctores prodidit, ipse non expertus adseuerare non audeo, uolentibus tamen licebit experiri. siquidem praecepit apium corpora, quae 4 cum eiusmodi pestis incessit, sub fauis aceruatim enectae reperiuntur, sicco loco per hiemem reposita circa aequinoctium uernum, cum clementia diei suaserit, post horam tertiam in solem proferre, ficulneoque cinere obruere. quo facto adfirmat

---

11–100: 2 *cfr Varro rust. 3, 16, 37; Plin. nat. 11, 69; Aristot. de respir. 9, 475 b*

---

1 tithymalli (-mali **S**²) **Sdqu** tithimalli **A** tithi- *uel* thiti- *uel* thithi- *uel* titi- *uel* tyt(h)imal(l)i **R** thimalli **p** fructex **R** *aliquot* quos **SAah²k** quae **φψp** *Pol.* amaras **SA** samera **t** ulmis **SA** 3 alioquin **R** circa **κςnx¹** 4 sacietatem **R** *aliquot* sacietatē **S** ptali **SA** cibo *om.* **p** cum ad se **A** repleuerint **R** 5 albi **S** aluei **R** *aliquot* *post* nam *add.* et **R** *plerique* tithymallus (-malus **S**²) **Sdqp** tithimallus **A** tithi- *uel* thiti- *uel* thithi- *uel* titi- *uel* tyt(h)imal(l)us **R** chitimallus **i** cithimallus **ç** 7 cur] erit **ςnx¹** in regionibus italiae **R** ingeniobus taliae **SA** eius] italie **φ** 8 arbores **d** arboris **qςnx¹** *om.* **p** 9 ueris **SR** herbis **A** si] se **t** *om.* **p** iisdem **R** *plerique* 10 prouidere **SAφ** talis **A** 11 higinus **SA** *et* **R** *plerique* antiquos **SA²t** antiquus **A¹** maiores (*uel* -is) **R** sequutus **R** *aliquot; om.* **v** 12 adseruare **ςnx¹** seuerare **g** audeo **SAü²** audet **R** 13 siquidem] si tamen **p** ł sitamen *Pol.; om.* **af** praecipit **R** *plerique* 14 cessit (in- *om.*) **p** fabis **A¹** acerbatim **A¹** enecta **S** periuntur (re- *om.*) **S¹A** 15 hyemem **R** *aliquot* 16 die ä dei **egœx²v** *om.* **cdqüςnx¹** 17 quo **R** qui **SA**

intra duas horas, cum uiuido halitu caloris animatae sunt, re-
5 sumpto spiritu, si praeparatum uas obiciatur, inrepere. nos magis ne intereant, quae deinceps dicturi sumus aegris examinibus adhibenda censemus. nam uel grana mali Punici tunsa et uino Aminneo consparsa uel uuae passae cum rore Syri*aco* pari mensura pinsitae et austero uino insucatae dari debent, uel si per se ista frustrata sunt, omnia eadem aequis ponderibus in unum leuigata et fictili uaso cum Aminneo uino inferuefacta,
6 mox etiam refrigerata, ligneis canalibus adponi. nonnulli rorem marinum aqua mulsea decoctum, cum gelauerit, imbricibus infusum praebent libandum. quidam bubulam uel hominis urinam, sicut Hyginus adfirmat, aluis adponunt.

7 Nec non etiam ille morbus maxime est conspicuus, qui horridas contractasque carpit, cum frequenter aliae mortuarum corpora domiciliis efferunt, aliae intra tecta, ut publico luctu, maesto silentio torpent. id cum accidit, harundineis infusi

4–11 *Pallad. 4, 15, 1; cfr Geop. 15, 2, 12* 13–101: 2 *Pallad. 4, 15, 2; cfr Verg. georg. 4, 251–256 et Plin. nat. 11, 63*

1 inter **Aφ** caloris **Sbp** coloris **AR** resumpio **A** 2 spirituū **A** inreferre **SA** inrepe **œ** irrepte **c** in tempore **ø** 3 quae] quidue **mb** qd ne **o** quid nec **s** dictu **S**$^1$ dictū **A** dictum **ä** dictim **iz** 4 exhibenda **z**$^1$**üǫnx**$^1$ uel *om.* **A** punici mali **p** punica mali **SA** 5 et] uel **ω** aminneo] mitineo **nx**$^1$ consparsam **SA** conspersa **R** *aliquot* respersa **ǫn** rose **A**$^1$ syriaco *ed. Ald.* (*Pallad.*): sutorio **SAR** suterio **ü**$^1$**ǫnx**$^1$**t** sucorio **p** 6 austo ero **A**$^1$ insucae **SA** insucato **y** in *cum lac.* **n** 7 ista *om.* **cdqüǫnx**$^1$ 8 et *om.* **SAφ** quia **ϰǫnx**$^1$ qura **ü**$^1$ fictile **ü**$^1$**ǫnx**$^1$**r** uictili **q** fict **w** uase **R** (*cfr 9, 8, 10*) 9 rorem **p** robore **SA** ros **R** *Pol.* 10 mulsea **p** (*Pallad.*) mulsa **R** mulso **æ** uelea **S** uel ea- **A** decoctu **S** -dem coctu **A** cum] con **R** *aliquot* gelauerit **S** gelauerunt **AR** celauerunt **a** gelauerim **ø** inbricibus **SA** inbracibus **x**$^1$ umbratibus **ǫn** inbraicibus **œ** 11 bulam **ep** 12 higinus **A**$^2$ *et* **R** *aliquot* atfirmat **A**$^1$ albis **S**$^1$ alueis **R** deponunt **zäcdqüǫnx**$^1$ 13 morbis **SA** 14 contractasue **ω** contractas **w** concratasque **m** 15 corporis **SA** domiciliis **SAφ** domiciliis suis **R** intra tecta **S**$^2$**R** intracta **S**$^1$**A** 16 esto **S**$^1$**A** silentia **S**$^2$ arundineis **R** *aliquot*

canalibus offeruntur cibi, maxime decocti mellis et cum galla
uel arida rosa detriti. galbanum etiam, ut eius odore medicentur,
incendi conuenit, passoque et defruto uetere fessas sustinere.
optime tamen facit amelli radix, cuius est frutex luteus, pur- 8
pureus flos. ea cum uetere Aminneo uino decocta exprimitur, et
ita liquatus eius sucus datur. Hyginus quidem in eo libro quem
de apibus scripsit, Aristomachus, inquit, hoc modo succur-
rendum laborantibus existimat, primum ut omnes
uitiosi faui tollantur, et cibus ex integro recens
ponatur, deinde ut fumigentur. prodesse etiam putat 9
apibus uetustate corruptis examen nouum contribuere; quamuis
periculosum sit ne seditione consumantur, uerumtamen adiecta
multitudine laeta⟨n⟩tur. sed ut concordes maneant, earum
apium quae ex alio domicilio transferuntur quasi peregrinae
plebis summoueri reges debent. nec tamen dubium quin fre-
quentissimorum examinum faui, qui iam maturos habent pullos,
transferri et subici paucioribus debeant, ut tamquam nouae
prolis adoptione domicilia confirmentur. sed id cum fiet, 10
animaduertendum est ut eos fauos subiciamus quorum pulli
iam sedes suas adaperiunt, et uelut opercula foraminum ob-

---

17–18 *Pallad.* 7, 7, 8 20–102: 2 *Pallad.* 7, 7, 9

1 ea **S** eã **A** eã *uel* eam **R** eas **p** tam **s** simili **AR** similis **Sd** similes **p** noster idem augustalis **p** 2 consumaueram **R** 4 memoriae | & tradidi (& *postea exp.*) **S** 5 DE VILICO *rubr. mai.* **SA** uillicum **R** *plerique; sic etiam infra* 6 tiruncultũ **A** truncultũ (y *sup.* r *scr.* $m^2$) **S** tirunculum *uel* tyrunculum **R** ɔtempnunt **A** 7 ut senem iuuenem **R** alter **SAd** ille **R** operaris (ru *superscr. iam m. pr. ut uid.*) **S** 8 alter **SA** hic **R** exsequi **SAR** 9 negligentem **R** 10 ab anno quinto et tricesimo *scripsi:* ab annis quinque et triginta **S** et triginta (*uerbis* ab annis quinque *om.*) **A** ab annis XXXV **p** ab anno trigesimo **b** ab anno XXX **R** 11 sexagensimum (n *exp.* $m^2$) et quintum **S** sexagesimũ et quintũ **A** sexagesimum *uel* LX **R** 12 uita **A** (i *sup.* a *scr. m. rec.*) **S** 14 ut et doceat **S** ut doceat (e *ante* d *adscr. m. rec.*) **A** ut edoceat **R** 16 discitur **R** discatur **b** dicitur **S** dĩ **A** 20 Marcus **SAd** M. **R** latine (e *in* o *mut.* $m^2$) **S** sermone **S** 21 ut *ante* egregrius *inculc.* **R** ischomachus **dq** Istomachus *Ottob. 1567* scomachus **SAlm** schemachus **a** schomachus **cu** scomachius **b** stomachus **sw**

a Socrate, utrumne, si res familiaris desiderasset, mercari uilicum tamquam fabrum an a se instituere consueuerit: Ego uero, inquit, ipse instituo. etenim qui me absente in meum locum substituitur et uicarius meae diligentiae succedit, is ea quae ego scire debet. sed et haec nimium prisca et eius quidem temporis sunt, quo idem Ischomachus negabat quemquam rusticari nescire. nos autem 6
memores ignorantiae nostrae uigentis sensus adulescentulos corporisque robusti peritissimis agricolis conmendemus, quorum monitionibus uel unus ex multis (nam est difficile erudire) non solum rusticationis, sed imperandi consequatur scientiam. quidam enim quamuis operum probatissimi artifices, imperitandi parum prudentes, aut saeuius aut etiam lenius agendo rem dominorum corrumpunt. quare, sicut dixi, 7
docendus et a pueritia rusticis operibus edurandus multisque prius experimentis inspiciendus erit futurus uilicus, nec solum an perdidicerit disciplinam ruris, sed an etiam domino fidem ac beniuolentiam exhibeat, sine quibus nihil prodest uilici summa scientia. potentissimum est autem in eo magisterio scire et existimare, quale officium et qualis labor sit cuique iniungendus. nam nec ualentissimus possit exsequi, quod imperatur, si nesciat, quid agat, nec peritissimus, si sit inualidus. qualitas itaque cuiusque rei consideranda est. quippe aliqua sunt opera tantummodo uirium 8
tamquam promouendi onera portandique, aliqua etiam so-

2 constituere **bm** 3 absentem in **S** 5 is *om.* **SA** 6 et *om.* **SA** ischomachus **d** scomachus **SAR** scomachius **b** 8 ignorantiae itaque **SA** *omnibus quae sequuntur post* ignorantiae *usque ad* itaque cuiusque (*i. e.* nostrae *u.* 8 — qualitas *u.* 23) *omissis* uigentis **abgmry** ingentis **cdkpqsuw** *Ottob. 1567 et 1700* 9 commendemus **R** 10 unus *ed. pr.*: unum **R** nam non est **cq** *Ottob. 1567* difficilis **p** 12 scientiam **bgpsuw** *Ottob. 1567* inscientiam **acdklmqry** *Ottob. 1700* probissimi **bkmrsy** probantissimi **g** 15 edurandus **bcdgmqsuy** *Ottob. 1700* educandus **akw** *Ottob. 1567* educandis **r** 16 inspiciundus$^{\text{is}}$ **a** 17 sed an **p** et an **R** 20 qualis **p** quis (qs *uel* q̃$^{s}$ *uel* qu) **R** 21 possit *uett. edd.*: posset **R** 22 exsequi **SAR** nec imperitissimus **b** 25 aliqua etiam sociata uiribus *scripsi*: aliqua sociata uiribus **S** alia sociata uiribus **A** aliqua sociata tam (tum **a**) uiribus **R**

ciata uiribus et arti, ut fodiendi arandique, ut segetes et prata desecandi; nonnullis minus uirium, plus artis adhibetur, sicut putationibus insitionibusque uineti; plurimum etiam scientia pollet in aliquibus, ut in pastione pecoris
9 atque eiusdem medicina. quorum omnium officiorum uilicus, quod iam dixi prius, aestimator bonus esse non potest, nisi fuerit etiam peritus, ut in unoquoque corrigere queat perperam factum. neque enim satis est reprehendisse peccantem, si non doceat recti uiam. libenter igitur eadem loquor: tam docendus est futurus uilicus quam futurus figulus aut faber. et haud facile dixerim, num illa tanto expeditiora sint discentibus artificia, quanto minus ampla
10 sunt. rusticationis autem magna et diffusa materia est, partesque si uelimus eius percensere, uix numero conprehendamus. quare satis admirari nequeo, quod primo scriptorum meorum exordio iure conquestus sum, ceterarum artium minus uitae necessariarum repertos antistites, agriculturae neque discipulos neque praeceptores inuentos; nisi magnitudo rei fecerit reuerentiam uel discendi uel profitendi pene inmensam scientiam, cum tamen non ideo turpi
11 desperatione oportuerit eam neglegi. nam nec oratoria disciplina deseritur, quia perfectus orator nusquam repertus est, nec philosophia, quia nullus consummatae sapientiae, sed e contrario plurimi semet ipsos exhortantur uel aliquas

1 fouiendi (d *supra* u *scr.* *m*²) **A** ut *ante* segetes *om.* **R** 3 ueneti (*pr.* e *in* i *mut.* *m*²) **S** 5 &que euisdem **S** 6 quod **SA** quem **R** dixi prius **SA** prius dixi **R** estimator **SA** existimator **R** 7 utinino corrigere (quoq *superscr.* *m.* *uet.*; u *sup.* *alt.* i *m.* *uet.*) **S** 8 reprehendisse **R** reprehendi **SA** 10 loquor **R** loquatur **A** loquitur (t *in* m *mut.* *m*²) **S** futurus (ac *sup.* *pr.* u *scr.* *m.* *rec.*) **A** 11 uigillus (f *et* u *superscr.* *m.* *rec.*) **A** haut **S** (t *in* d *mut.* *m.* *rec.*) **A** num **SAR** nõ **b** nã **c** 13 sunt **R** diffusa **S** 14 comprehendamus **SR** 17 necessarium **R** antestites (i *sup.* *pr.* e *scr.* *m.* *pr.* *ut* *uid.*) **S** 19 fecerit **AR** ceperit **S** reppererit **p** pepererit **g** fecerit uł pepererit **cu** 20 inmensam **SAc** immensam **R** 21 negligi **R** 23 consumatę *uel* -te **R** sapientie *uel* -ę **R** scientiæ **S** scientie **A** 24 contraria **A**

partes earum addiscere, quamuis uniuersas percipere non possint. etenim quae probabilis ratio est obmutescendi, quia nequeas orator esse perfectus, aut in socordiam conpelli, quia desponderis sapientiam? magnae rei, quantulum- 12
cumque possederis, fuisse participem, non minima est gloria. quis ergo, inquis, docebit futurum uilicum, si nullus professor est? et ego intellego, difficillimum esse ab uno uelut auctore cuncta rusticationis consequi praecepta. uerumtamen ut uniuersae disciplinae uix aliquem consultum, sic plurimos partium eius inuenias magistros, per quos efficere queas perfectum uilicum. nam et arator reperiatur aliquis bonus et optimus fossor aut foeni sector nec minus arborator et uinitor, tum etiam ueterinarius et probus pastor, qui singuli rationem scientiae suae desideranti non subtrahant.

Igitur conplurium agrestium formatus artibus, qui 13
susceperit officium uilicationis, in primis conuictum domestici multoque magis exteri uitet. somni et uini sit abstinentissimus, quae utraque sunt inimicissima diligentiae. nam et ebrioso cura officii pariter cum memoria subtrahitur et somniculoso plurima effugiunt. quid enim possit aut ipse agere aut cuiquam dormiens imperare? tum etiam sit 14
a uenereis amoribus auersus; quibus si se dediderit, non aliud quicquam possit cogitare quam illud, quod diligit. nam uitiis eiusmodi pellectus animus nec praemium iucundius quam fructum libidinis nec supplicium grauius quam frustrationem cupiditatis existimat. igitur primus omnium uigilet familiamque semper ad opera cunctantem pro temporibus anni festinanter producat et strenue ipse praecedat.

2 ommutescendi **Aa** omutescendi **bm** 3 compelli **SAR** 5 est gloria **AR** gloria est **S** 7 intelligo **R** 10 plurimus **A** plurimũ **b** 11 arator **SAdp** orator **R** reperiatur **S** repperiatur **A** reperitur **R** 15 cumplurium **S** complurium **AR** agestiũ (r *sup.* e *scr. m. rec.*) **A** 16 conuinctum **am** coniunctum **b** domesticum **R** 17 ut *ante* magis *inculc.* **R** exteri uitet **AR** exteribit | & **S** exñi uitet **bgm** 20 subniculoso (om *superscr. m. alt.*) **A** effugiunt **cdgmqu** (*in marg.*) **r** officiunt **SAabkr** 21 dum **A** 22 ueneriis **SA** uenereis *uel* -reijs **R** 28 procedat **a**

plurimum enim refert colonos a primo mane opus adgredi
15 nec lentos per otium pigre procedere. siquidem Ischomachus
idem ille, Malo, inquit, unius agilem atque industriam
quam decem hominum neglegentem et tardam ope-
16 ram. quippe plurimum adfert mali, si operario tricandi
potestas fiat. nam ut in itinere conficiendo saepe dimidio
maturius peruenit is, qui nauiter et sine ullis concessatio-
nibus permeauit, quam is, qui cum sit una profectus, um-
bras arborum fonticulorumque amoenitatem uel aurae refri-
gerationem captauit, sic in agresti negotio dici uix potest,
17 quid nauus operarius ignauo et cessatore praestet. hoc
igitur custodire oportet uilicum, ne statim a prima luce
familia cunctanter et languide procedat, sed uelut in ali-
quod proelium cum uigore et alacritate animi praecedentem
eum tamquam ducem strenue sequatur; uariisque exhorta-
tionibus in opere ipso exhilaret laborantes et interdum,
tamquam deficienti succursurus, ferramentum auferat pa-
rumper et ipse fungatur eius officio moneatque sic fieri
18 debere, ut ab ipso fortiter sit effectum. atque ubi crepus-
culum incesserit, neminem post se relinquat, sed omnes
subsequatur more optimi pastoris, qui e grege nullam pe-
cudem patitur in agro relinqui. tum uero, cum tectum
subierit, idem faciat, quod ille diligens opilio, nec in
domicilio suo statim delitiscat, sed agat cuiusque maxi-
mam curam. siue quis, quod accidit plerumque, sauciatus
in opere noxam ceperit, adhibeat fomenta, siue aliter

1 aggredi **R** 2 nec *om.* **Aa** ischomachus **dg** scomachus **Abmw** comachus (f *ante* c *inculc.* $m^2$) **S** schomachus **c** stomachus **au** 3 inquid (d *in* t *mut.* $m^2$) **S** 4 negligentem **R** 5 affert **R** tricandi **S** (*in marg.* meretricãdi *scr.* $m^2$) **A** meretricandi **R** 8 permeauit *scripsi*: permeabit **SAR** 9 refrigerationis **cd** 15 uarisque (*alt.* i *superscr. iam m. pr. ut uid.*) **S** 16 laborantis **S** 17 autferat (*pr.* t *del.* $m^2$) **S** 20 reliquerit **Sp** omnis **S** oms̃ **A** omnes **R** 22 tunc **S** 23 subigerit **cd** illo **A** diliges (n *superscr.* $m^2$) **S** opilioni ec (*? m. pr.*; in opilio//// nec *mut.* $m^2$) **S** oppinio nec **A** 24 delitiscat **Sp** (e *sup. alt.* i *scr. m. rec.*) **A** delitescat **R** 25 plerunque **R** 26 noxam **R** noxiam **Sa** noxium **A** aliter **SAa** alter **R**

languidior est, in ualetudinarium confestim deducat et con-
uenientem ei ceteram curationem adhiberi iubeat. eorum uero, 19
qui recte ualebunt, non minor habenda erit ratio, ut cibus
et potio sine fraude a cellariis praebeatur, consuescatque
rusticos circa larem domini focumque familiarem semper
epulari atque ipse in conspectu eorum similiter epuletur
sitque frugalitatis exemplum; nec nisi sacris diebus accu-
bans cenet festosque sic agat, ut fortissimum quemque et
frugalissimum largitionibus prosequatur, nonnumquam etiam
mensae suae adhibeat et uelit aliis quoque honoribus dig-
nari. tum etiam per ferias instrumentum rusticum, sine 20
quo nullum opus effici potest, recognoscat et saepius
inspiciat ferramenta eaque semper duplicia conparet ac
subinde refecta custodiat, ne si quod in opere uitiatum
fuerit, a uicino petendum sit, quia plus in operis seruorum
auocandis quam in pretio rerum eiusmodi dependitur. cul- 21
tam uestitamque familiam utiliter magis habeat quam deli-
cate, id est munitam diligenter a frigoribus et imbribus,
quae utraque prohibentur optime pellibus manicatis et saga-
ceis cucullis; idque si fiat, omnis pene hiemalis dies in
opere tolerari possit. quare tam uestem seruitiorum quam,
ut dixi, ferramenta bis debebit omnibus mensibus recen-
sere. nam frequens recognitio nec inpunitatis spem nec
peccandi locum praebet. itaque mancipia uincta, quae sunt 22
ergastuli, per nomina cotidie citare debebit atque explo-
rare, ut sint diligenter conpedibus innexa, tum etiam custo-
diae sedes an tuta et recte munita sit; nec, si quem domi-

1 languidior est in *scripsi praeeunte Schneidero:* languidiorem ut (aut **d** ut ut **c**) **SAR** ualetudinari **SA** 8 festos sic (q. *superscr. m*[2]) **S** 10 suę mensę **R** alis **SA** 13 comparet **SR** comparat **A** 16 eius-modi **Abp** eiuseiusmodi **S** eiusdem modi **R** 17 quam *om.* **A** 20 hiemalis (hyemalis) dies **R** hiemalib; diebus **SA** hiemalis dieb; **a** 22 omnibus **SAp** singulis **R** 23 impunitatis **R** sepem (*pr.* e *postea del.*) **S** spetic **m** 25 cotidie **SA** quottidie *uel* quotidie **R** citare (re *antepos. m. uet.*) **S** 26 diligenter compedibus nexa **SA** compedibus diligenter innexa **R** 27 mun''''a (*in* munita *suppl. m*[2]) **S**

nus aut ipse uinxerit, sine iussu patrisfamiliae resoluat.
sacrificia nisi ex praecepto domini facere nesciat; haruspi-
cem sagamque sua sponte non nouerit, quae utraque genera
23 uana superstitione rudes animos infestant. non urbem, non
ullas nundinas, nisi uendendae aut emendae rei necessariae
causa, frequentauerit. neque enim coloniae suae terminos
egredi debet nec absentia sua familiae cessandi aut delin-
quendi spatium dare. semitas nouosque limites in agro fieri
prohibeat. hospitem, nisi ex amicitia domini, quam raris-
sime recipiat. ad ministeria sua conseruos non adhibeat
nec ulli terminos egredi, nisi magna coegerit necessitas,
24 permittat. pecuniam domini neque in pecore nec in aliis
rebus promercalibus occupet. haec enim res auocat uilici
curam et eum negotiatorem potius facit quam agricolam
nec umquam sinit eum cum rationibus domini paria facere,
sed ubi nummum est numeratio, res pro nummis ostenditur.
itaque tam istud uitandum habebit quam hercule fugien-
dum uenandi aut aucupandi studium, quibus rebus plurimae
25 operae auocantur. iam illa, quae etiam in maioribus im-
periis difficulter custodiuntur, considerare debebit, ne aut
crudelius aut remissius agat cum subiectis; semperque
foueat bonos et sedulos, parcat etiam minus probis, et ita
temperet, ut magis eius uereantur seueritatem, quam ut
saeuitiam detestentur, poteritque id custodire, si maluerit
cauere, ne peccet operarius, quam, cum peccauerit, sero

1 uincxerit **S** soluat **SA** 4 nõ nullas **bc** 5 emendende (*alt.* nde *postea exp.*) **A** 7 deliquendi **S** 10 at ministeria **S** 15 unquam **R** cum *om.* **AR** 16 ubi nummum est numeratio *scripsi:* ubi non est numeratio **Sakw** ubi ñ est numeratio **A** ubi est numeratio exigitur **cdq** ủ ẽ numeratio exigitur **u** ubi eris numeratio exigitur **g** ubi numeratio exigitur **Imp** 17 tam studiũ uitandũ **A** fugient dũ (t *del.* $m^2$) **S** 18 aut **SR** † **A** uel **a** 19 iam illa **R** illa iam **SA** iam illa etiam **a** 22 pascat **bc** probos **c** bonis **b** 23 temperet **R** temperat (*in* -et *mutare noluisse uid.* $m^2$) **S** temperate **Aa** magis eius **R** eius (*om.* magis) **S** eĩ magis **A** 24 si *om. postea add. m. rec.* **A**

punire. nulla est autem uel nequissimi hominis amplior
custodia quam cotidiana operis exactio. nam illud uerum est 26
M. Catonis oraculum: Nihil agendo homines male agere
discunt. itaquae curabit uilicus, ut iusta reddantur, idque
non aegre consequetur, si semper se repraesentauerit. sic 27
enim et magistri singulorum officiorum diligenter exequentur
sua munia et familia post operis exercitationem fatigata
cibo quietique potius ac somno quam maleficiis operam
dabit. in uniuersa porro uillicatione, sicut in caetera uita,
pretiosissimum est intellegere quemque, nescire se quod
nesciat, semperque cupere, quod ignoret, addiscere. nam 28
etsi multum prodest scientia, plus tamen obest inprudentia
uel neglegentia, maxime in rusticatione, cuius est disciplinae
caput semel fecisse, quicquid exegerit ratio culturae; nam
quamuis interdum emendata sit perperam facti uel inpru-
dentia uel neglegentia, res tamen ipsa iam domino decoxit
nec mox in tantum exuberat, ut et iacturam capitis amissi
restituat et quaestum resarciat. praelabentis uero temporis 29
fuga quam sit inreparabilis, quis dubitet? eius igitur memor
praecipue semper caueat, ne inprouidus ab opere uincatur.
res est agrestis insidiosissima cunctanti; quod ipsum expres-
sius uetustissimus auctor Hesiodus hoc uersu significauit:

Αἰεὶ δ' ἀμβολιεργὸς ἀνὴρ ἄταισι παλαίει.

1 nulla est autem exegerit ratio *omnibus, quae inter* autem *u. 1 et* exegerit *u.* 14 *exstant, omissis* **SA** num in illa **a** nequissimum **ak** 2 cotidiana **cdmu** cottidiana **q** quotidiana **akps** quottidiana **bg** 4 idque *Schneiderus:* itaque **R** at que **a** iuxta **r** ista **p** 10 intelligere **R** 11 adiscere **bcdmq** 12 scientia *uett. edd.:* inscientia **R** imprudentia **cgprw** 13 neglegentia **d** negligentia **R** est *post* cuius *om.* **cd** 14 nam **R** num **S** ñ **A** 15 emendata **SA** emendatũ *uel* -tum **R** facti **SA** factum **R** imprudentia **R** 16 negligentia **R** 17 amisi **A** 19 quis *om.* **cd** 20 improuidus **R** 22 uetussimus (sti *superscr. m*[2]) **A** esiodus (h *praescr. m*[2]) **A** exiodus **d** significat **cd** 23 AIEIΔAN BOΛIEPTO CANEPATA AICIIIAΛΛIE **S** aieia aNBOΛIEPTOC aNHPATA aICIIIMaIe **A** ἀιει δ'ἀμβολίεργος ἀνὴρ ἄτησι παλαίει *rubr.* **u** 'Αιεὶ δαμβολιεργος ἀνῆρ ἀτησιπαλαιει *Ottob. 1700* αἰεῖ δ'ἀμβ·ολιερος ἀνηρατησιπαλὶεις **g** ἀιεὶ δέμβολιεργος ἀγνὴρ ἄντησι παλάιει *ed. pr.: Graeca uulgo om. uacuo spat. rel.* **R**

quare uulgare illud de arborum positione rusticis usurpatum »Serere ne dubites«, id uilicus ad agri totum cultum referri iudicet credatque praetermissas non duodecim horas, sed annum perisse, nisi sua quaque die, quod instat,
30 effecerit. nam cum propriis pene momentis fieri quidque debeat, si unum opus tardius, quam oporteat, peractum sit, ceterae quoque, quae sequuntur, culturae post iusta tempora serius adhibentur, omnisque turbatus operis ordo spem totius anni frustratur. quare necessaria est menstrui cuiusque officii monitio ea, quae pendet ex ratione siderum caeli.
31 nam, ut ait Vergilius,

»tam sunt Arcturi sidera nobis
Haedorumque dies seruandi et lucidus anguis,
Quam quibus in patriam uentosa per aequora uectis
Pontus et ostriferi fauces tentantur Abydi.«

contra quam obseruationem multis argumentationibus disseruisse me non infitior in iis libris, quos aduersus astrologos conposueram. sed illis disputationibus exigebatur id, quod inprobissime Chaldaei pollicentur, ut certis quasi ter-
32 minis ita diebus statis aëris mutationes respondeant. in hac autem ruris disciplina non desideratur eiusmodi scrupulositas, sed quod dicitur pingui Minerua quamuis utile continget uilico tempestatis futurae praesagium, si persuasum habuerit, modo ante, modo post, interdum etiam stato die orientis uel occidentis conpetere uim sideris. nam satis

1 rusticas **A** 2 totam **S** totũ **AR** 4 perijsse **b** 5 paene omentis (m *inter* e *et* o *s. u. add. m*²) **S** fieri *om.* **A** quitq: (d *sup.* t *m. rec.*) **A** 6 oporteat **R** oportet **SA** 7 secuntur **Ad** iuxta **cd** tempora· **A** 10 officiũ **S** (~ *postea cras.*) **A** rationem (m *postea exp.*) **S** rationẽ (~ *postea cras.*) **A** siderũ | et celi **S** 11 uirgilius **R** 16 temtantur **A** temptantur **bc** 17 ·ıtra aquã **A** 18 infitior **A** inficior **SR** iis **d** his **SAR** astrologus (o *sup.* u *m. alt.*) **A** 19 com(cõ **S**)posueram **SAR** 21 statis **S** satis **AR** estatis **p** 23 quãuis utile **S** quamuis inutile **A** quamuis uis utile **a** quantum uis utile **R** quantũ utile **u** 24 continget **R** contingit **SA** contingat **d** persuaserit (erit *exp. et* um *superscr. m. uet.*) **A** 26 competere **SAR** sederis (i *sup. pr.* e *m. rec.*) **A**

prouidus erit, cui licebit ante multos dies cauere suspecta tempora.

Itaque praecipiemus, quid quoque mense faciendum 2 sit, sic temporibus accommodantes opera ruris, ut permiserit status caeli; cuius uarietatem mutationemque, si ex hoc commentario fuerit praemonitus uilicus, aut numquam decipietur aut certe non frequenter.

Et ne desciscamus ab optimo uate, quod ait ille, uere nouo terram proscindere incipiat. noui autem ueris 2 principium non sic obseruare rusticus debet, quemadmodum astrologus, ut exspectet certum illum diem, qui ueris initium facere dicitur, sed aliquid etiam sumat de parte hiemis, quoniam consumpta bruma iam intepescit annus permittitque clementior dies opera moliri. possit igitur ab Idibus 3 Ianuariis, ut principem mensem Romani anni obseruet, auspicari culturarum officia; quorum alia ex pristinis residua consummabit atque alia futuri temporis inchoabit. satis autem erit per dimidios menses exsequi quodque negotium, quia neque praefestinatum opus nimium inmature uideri possit ante quindecim dies factum nec rursus post totidem nimium tarde.

**Dies caelestes**

Id. Ian. uentosa tempestas et incertus status.
XVIII Kal. Febr. tempestas incerta. 4
XVII Kal. Febr. sol in Aquarium transit; Leo mane incipit occidere; Africus, interdum Auster cum pluuia.

1 suspecta **R** suscepta **SA**
II itẽque **S** itemq. **A** 6 aut nonnũquã **S** aut ñ numquã **A** 8 ne desciscamus **R** ne desiscamus **g** ne desistamus **S** n desinamus (e *sup. pr.* n *et* st *sup. alt.* n *scr. m. uet.*) **A** ne sciscamus **b** ꝗ ait **dk** 11 expectet **SAR** 12 aliquit (d *superscr. m. rec.*) **A** 14 clementior **SAagku** clementer **R** 15 ꝓromani **S** ꝓmani **A** obseruent **R** 16 auspicari **R** rusticari **SA** 18 exequi **SR** quoque **S** q̃q **A** 19 immature **SAR** 22 Dies caelestes *rubr. mai.* **S** Dies celestes *rubr. mai.* **A** *titulum om.* **R** incertas **A** k̃ febr **S** kl *uel* kat febr **R** kl februarias **A** 23 tempes (tas *superscr. m. rec.*) **A** k̃ s̃s (s̃s *in ras.*) **S** kl s̃s **A** kl *uel* kat. febr. *uel* februarii *uel* s̃s **R**; *eodem modo sequ. dier. num. signif.* 25 aster (u *superscr. m. rec.*) pluuia (c̃ *ante* p *superscr. m. rec.*) **A**

XVI Kal. Febr. Cancer desinit occidere; hiemat.

XV Kal. Febr. Aquarius incipit oriri, uentus Africus, tempestatem significat.

XI Kal. Febr. Fidicula uespere occidit, dies pluuius.

5 VIIII Kal. Febr. ex occasu pristini sideris significat tempestatem, interdum etiam tempestas.

VI Kal. Febr. Leonis quae est in pectore clara stella occidit, nonnumquam significat, hiemps bipertitur.

V Kal. Febr. Auster aut Africus, hiemat, pluuius dies.

III Kal. Febr. Delphinus incipit occidere, item Fidicula occidere, significat.

pridie Kal. Febr. eorum, quae supra, siderum occasus tempestatem facit, interdum tantummodo significat.

6 Hoc igitur semimenstruum et deinceps sequentia tempestatibus adnotatis percensuimus, quo cautior uilicus, ut iam dixi, uel abstinere possit operibus uel festinationem adhibere. itaque ab Idibus Ianuariis, quod habetur tempus inter brumam et aduentum Fauonii, si maior est uineae uel arbusti modus, quicquid ex autumno putationis superfuit, repetendum est, sed ita, ne matutinis temporibus uitis saucietur, quoniam pruinis et gelicidiis nocturnis adhuc 7 rigentes materiae ferrum reformidant. itaque dum hae regelatae secentur, usque in horam secundam uel tertiam poterunt uepres attenuari, ne incremento suo agrum occupent, segetes emundari, acerui uirgarum fieri, ligna denique con-

2 XV **R** qntodecimo **d** XII **SA** 4 uespere **R** uesp **S** uesper **A** 5 VIIII **AR** nono **d** VIII **S** k sep̃ **S** VI k̶ sep̃ **S** 8 nonnunquam **R** hiemps **SA** hiems *uel* hyems **R** hiemis **bm** bipertitur **R** bipartitur **ad** biptitus **m** biperitur **SA** 9 V k̃ sep̃ **S** frigus (a *praescr. s. u. m. rec.*) **A** 12 prid. *litt. mai.* **SA** quae *uett. edd.*: qui **SAR** 14 semimenstruum **AR** semimenstrũ **Sd** 15 annotatis **R** 18 et] uel **beq** fauoni **SA** est ut uineæ **S** 19 quidquid **S** quicquit **A** 22 hae regelatae secentur *scripsi*: here gelate secuntur **S** he relegate sectuntur **A** hę *uel* hee *uel* hec relegate (-ę) sequuntur **R** 24 attenuari ne **R** attenurine **Aacmuv** apte///urine (p *in ras. m*²; *uidetur m. r.* attenurine *scripsisse*) **S** *uerba* occupent — uirgarum *om.* **A**; *in marg. inf. sic lac. suppl. m. alt.*: occupi eni segetes emundari acerui uirgarum occupiem **a** occup (*uac. sp. rel.*) **c**

fici, ut tum demum tepenti iam die putatio administretur.
apricis etiam et macris aut aridis locis prata iam purganda
et a pecore sunt defendenda, ut faeni sit copia. siccos quo- 8
que et pingues agros tempestiuum est proscindere. nam
uliginosi et mediocris habitus sub aestatem ueruagendi sunt,
macerrimi uero et aridi post aestatem primo autumno arandi
et subinde conserendi. sed iugerum agri pinguis hoc tem-
pore anni commode duabus operis proscinditur, quia hiber-
nis pluuiis adhuc madens terra facilem cultum sui praebet.
eodem mense ante Kalendas Februarias sariendae segetes 9
autumnales, siue illae seminis adorei sunt, quod quidam far
uennuculum uocant, seu tritici, earumque tempestiua sartio
est, cum enata frumenta quattuor fibrarum esse coeperunt.
hordeum quoque maturum, quibus superest opera, nunc de-
mum sarire debebunt. sed et faba eandem culturam exigit, 10
si iam coliculus eius in quattuor digitos altitudinis creuerit;
nam prius saruisse nimium teneram non expedit. eruum
melius quidem priore mense nec tamen inprobe hoc ipso
uel proximo seremus. nam Martio nullo modo terrae con-
mittendum esse rustici praecipiunt. uineae, quae sunt pa- 11
latae et ligatae, recte iam fodiuntur. surculi, qui primi
florem adferunt, statim circa Idus inserendi sunt, ut cera-
siorum, tuburum, amygdalorum persicorumque. ridicis uel
etiam palis conficiendis idoneum tempus est, nec minus in
aedificia succidere arborem conuenit. sed utraque melius
fiunt luna decrescente ab uicesima usque in tricesimam,

1 cum demum **AR** 3 defenda **A** defensanda **d** 5 sub estate **R** ueruagendi **a** ueruagiendi **SA** uero agendi **R** 6 *uerba* post aestatem primo autumno arandi *om.* **SA** autumno **p** aũt nõ *uel* autem non **R** 7 et *om.* **b** 10 eodemq; **R** kł februarias **S** kl feƀ **A** ariende (s *s. u. praescr. m. rec.*) **A** 11 uennuculum *scripsi ex II, 6, 3 praeeunte Buchnero:* uennaculum **SA** uernaculum **R** 12 eorumq; **R** 14 nẽ demũ **A** nunc demum **R** nun demum (c *s. alt.* n *scr.* $m^2$) **S** nec demum **d** ne demũ **c** 15 sarrire **SA** 16 creuit **S** 17 eruũ ꝗdem melius **c** 18 improbe **SAR** 19 proximo seremus **bmp** proximo serenus **Sg** proximos seremus **AR** committendum **SAR** 20 sunt *om.* **cdq** sunt iam **bm** iam **c** 22 afferunt **R** 23 tuburum **SAa** tuberum **R** radicis **cd** 26 uicesima **c** uigesima **AR** xx **S** tricesimam **d** xxx **S** trigesimam **R** trigesima **A**

quoniam omnis materia sic caesa iudicatur carie non in-
12 festari. palos una opera caedere et exputatos acuere cen-
tum numero potest, ridicas autem querneas siue oleagineas
findere et dedolatas utraque parte exacuere numero sexa-
ginta, item ad lucubrationem uespertinam palos decem uel
ridicas quinque conficere totidemque per antilucanam lucu-
13 brationem. materies si roborea est, ab uno fabro dolari ad
unguem debet per quadratos pedes uiginti; haec erit uehis
una. pinus autem quinque et uiginti pedum aeque ab uno
expeditur, quae et ipsa uehis dicitur; nec minus ulmus et
fraxinus pedum triginta, cupressus autem pedum quadra-
ginta, tum etiam sexagenum pedum abies atque populus
singulis operis ad unguem quadrantur, atque omnes eae
14 mensurae similiter uehes appellantur. his etiam diebus maturi
agni et reliqui fetus pecudum nec minus maiora quadri-
pedia charactere signari debent.

Kal. Febr. Fidis incipit occidere, uentus Eurinus et interdum Auster cum grandine est.

III Non. Febr. Fidis tota et Leo medius occidit, Corus aut Septentrio, nonnumquam Fauonius.

Non. Febr. mediae partes Aquarii oriuntur, uentosa tempestas.

1 sic caesa (cesa, cęsa) **R** sicca ẽe **A** siccae sa **S** 3 Radicas **c** oleagina eas **S** oleagina eas **A** oleaginacas **a** 6 conficer& **S** con figeret **A** añ *uel* ante lucanam **R** lugubrationem **A** 7 robore **cd** 8 quadratas **cd** uiginti **SA** xx **R** hoc **SAR** et hoc **m** uehissima **cd** 9 quinque et uiginti **S** qñq. et xx **R** et uiginti v (*transpos. signo postea pos.*) **A** quinque et **a** pedum ab uno (æq. *s. u. adscr. m. uet.*) **A** 11 triginta **SAa** xxx **R** cupressus (y *sup. pr.* u *scr. m. rec.*) **A** pedum *a m. pr. omiss. postea add.* **A** quadraginta **SAad** XL **R** 12 atque abies **A** populus **R** populis **SA** 13 in unguem **A** omnes eæ **S** omnes eae **A** omnes (oms̃ *uel* oẽs) eę *uel* ee **R** omnes he *uel* hę **cdg** eę omnes **bm** 15 maiora **SAaw** minora **R** quadrupedia **d** 17 kł febr **S** kl̃ febr **A** kl. *uel* kal. febr. **R** 18 eurinus **A** 19 nõn s̃s **SA** non febr. *uel* s̃s **R** *uerba* fidis — fauonius *om.* **cd** chorus **SAR** 20 nonnunquam **R** 21 nonis s̃s **SA** non. febr. *uel* s̃s **R**

VII Id. Febr. Callisto sidus occidit, Fauonii spirare incipiunt. 15
VI Id. Febr. uentosa tempestas.
III Id. Febr. Eurus.

Per hosce dies locis maritimis et calidis ac siccis prata
uel arua purgantur et in faenum submittuntur. reliquae 16
partes uinearum propter brumam uel frigora omissae nunc
palandae et adligandae sunt, ne postea tumentes gemmae
laedantur et oculi adterantur. item uinearum fossio iisdem
locis peragenda est arbustorumque siue putatio siue adli-
gatio finienda, quorum iusta certa esse non possunt. inter
Nonas deinde et Idus pomorum seminaria facienda sunt et
maturae plantae de seminariis in scrobes transferendae.
pastinatio quoque, quae mense Decembri uel Ianuario coepta 17
est, iam nunc includenda et uitibus conserenda est. pasti-
natur autem terreni iugerum ita, ut solum in altitudinem
trium pedum defodiatur operis octoginta uel in altitudinem
dupondii semissis operis quinquaginta uel ad bipedalium,
quae est altitudo duorum pedum, operis quadraginta. haec 18
tamen in agro sicco surculis conserendis minima pastina-
tionis mensura est. nam holeribus deponendis possit uel
sesquipedalis altitudo satisfacere, quae plerumque in singula
iugera triginta operis conficitur. hoc eodem tempore ster-

1 idus septẽbr **S** idus ss **A** idus febr. *uel* s̃s **R** sydus *uett. edd.*: fidis **SAp** fidus **abmw** filis **cdu** filius **g** fauoni **S** 2 idus s̃s **SA** III idus s̃s **A** III idus **S** 4 et siccis **cd** 5 sũmittuntur **Ac** 6 frigore omisso **A** 7 plande (a *sup.* pl *m. rec.*) **A** palade **a** adligande **b** alligande **AR** alliganda **S** nec postea **cd** 8 adterantur **du** adterrantur **m** atterantur **SR** aiterantur **A** alterantur **a** isdem **S** hisdem **AR** eisdem **c** eiusdem **b** 9 est *om.* **cdq** alligatio **SAR** 10 finienda **R** finenda **m** fienda **S** figenda **Aa** fingẽda **b** est *post* finienda *add.* **R** ceria **A** 11 non *om.*, *postea s. u.* ñ *add.* **A** 12 transferendæ **S** transferende sunt **A** transferantur **R** 13 decembri uel (o *inter* i *et* u *add.* $m^2$) **S** cepta est iam **R** coepta &iam **S** coepta etiã. **A** 15 ita ut **R** itautem **S** id at̃ **A** 16 octoginta **SA** octuaginta **a** LXXX **R** 17 dupondius **S** dupundius **A** dipundii **R** semissis **S** semis **A** semisses **R** quinquaginta **SA** L **R** uipedalium **A** (ui *in* bi *mut.* $m^2$) **S** bipalium **R** 18 quæ **S** que **Aa** qui *uel* ꝗ **R** quadraginta **SA** XL **R** 20 uel *om.* **SA** 21 sesquipedalis **Sd** sexquipedalis **AR** plerunque **R**

coris pars in prata egerenda, pars oleis et ceteris arboribus inspargenda, quin etiam uinearia diligenter facienda
19 malleolusque quam curiosissime pangendus. populos et salices et fraxinos, prius quam frondeant, plantasque ulmorum nunc ponere utile est, ante autem satas nunc exputare et circumfodere ac summas earum aestiuas radices amputare. sarmenta e uineis nondum fossis atque arbustis et segetibus ramos aut rubos, quicquid denique iacens facile fodientem uel alio genere terram molientem potest inpedire, nunc egerere et ad sepem adplicare oportet, rosaria noua conserere uel antiqua curare, harundineta nunc ponere uel etiam pristina colere, salicta facere uel deputare, runcare ac fodere, genistam semine uel plantis in pastinato uel
20 etiam sulco deponere. trimenstruum quoque satio non est aliena huic tempori, quamuis tepidis regionibus melius administretur per mensem Ianuarium.

Id. Febr. Sagittarius uespere occidit, uehementer hiemat.
xvi Kal. Mart. uespere Crater oritur, uenti mutatio.
xv Kal. Mart. sol in Pisces transitum facit, nonnumquam uentosa tempestas.

1 egerenda **Sgmp** degerenda **Aa** egredienda **R** arboribus **SR** oleribus **A** 2 uinearia **SA** uinearia *uel* uinaria **R** uiciaria *in marg.* **b** 3 quam recentissimus curiosissime **cpqu** quam rectissimus curiosissime **g** quam recentissimus (*om.* pangendus) **d** populos *uett. edd.*: populus **SAR** 4 fraxinos *uett. edd.*: fraxinus **SAR** 5 nunponere **SA** ante aut **cd** 7 sarmenta e uineis **S** sarmente uineis **Ap** sarmenta uineis **R** 8 quidquid **S** quicquit **A** iacens facile *scripsi*: facile **SA** iacens **R** 9 molliem **A** molli en (tẽ *superscr.* $m^2$) **S** inpedire **SA** impedire **R** impendere **a** 10 egerere **Sa** egere **A** egeri **R** applicari **AR** aplicari (*alt.* p *superscr.* $m^2$) **S** 12 colore **A** (*alt.* o *in.* e *mut.* $m^2$) **S** deputaruncare **SA** 13 genistam **d** genestam **SAR** 14 trime-stium (r superscr.) **e** 15 administretur **R** administraretur **SA** 18 uespe **d** uesperi **R** uesper **SA** 18 k marĩ **S** kl. marĩ **A** kal. mart. **R** grater **A** 19 xv k s̃s **S** xv kl̃ s̃s **A** xv kal. mart. *uel* s̃s **R**; *eod. modo sequ. dier. num. signif.* pisces **R** pisce **Ae** piscẽ **Sb** nonnunquam **SAR**

XIII et XII Kal. Mart. Fauonius uel Auster cum grandine et nimbis.

X Kal. Mart. Leo desinit occidere, uenti septentrionales, qui uocantur ὀρνιθίαι, per dies triginta esse solent, tum et hirundo aduenit.

VIIII Kal. Mart. Arcturus prima nocte oritur, frigidus dies Aquilone uel Coro, interdum pluuia.

VIII Kal. Mart. Sagitta crepusculo incipit oriri, uariae tem- 22
pestates, alcyonei dies uocantur, in Atlantico quidem mari summa tranquillitas notata est.

VII Kal. Mart. uentosa tempestas, hirundo conspicitur.

Per hos dies frigidis locis earum rerum, quas supra scripsimus, tempestiua est administratio, locis autem calidioribus, quamuis sera, tamen necessaria. ceterum malleoli et uiuiradicis positio huius temporis esse uidetur optima,
nec tamen deterior etiam inter Kalendas et Idus sequentis 23
mensis, utique si non sit feruentissima regio; si uero etiam magis frigida, uel melior. insitio quoque arborum atque uitium tepidis locis hoc tempore commode administrabitur.

Kal. Mart. Africus, interdum Auster cum grandine.

VI Non. Mart. Vindemitor apparet, quem Graeci τρυγη- 24
τῆρα dicunt, septentrionales uenti.

IIII Non. Mart. Fauonius, interdum Auster, hiemat.

Non. Mart. Equus mane oritur, flatus Aquilonis.

XII et XII **A** 3 uentis **A** 4 ΟΡΝΕΙΘΙΑΙ **S** ΟΡΝΕΙΘΙΑΙ **A** ὀρνείθιαι *rubr.* **u** ornithiae *uett. edd.*: *uulgo om. uac. sp. rel.* **R** XXX **SAR** 7 coro **c** choro **SAR** 8 In crepusculo **A** 9 alcyonei **R** alcyonaei **SA** alcionaei **a** alcionei **d** 10 notata **R** nota **SA** 12 frigidus locis **S** 15 uiuiradicis **R** uiuaeradicis **S** uiueradicis **A** temporis esse **R** (*transpos. sign. pos.*) **A** esse temporis **S** 16 kl̄ **S** kalendus **A** kal. **R** 17 utiquenti si **A** (nti *postea del.*) **S** feruentissimo **A** 20 KL. mār. **S** kl̄ mart̄ **A** kal. mart. **R** 21 VI NŌN s̄s **SA** VI non. mart. *uel* s̄s **R** uindemitor **S** uindemieor **A** uindemiator **R** quā **A** ΤΡΥΓΗΤΗΡΑ **S** ΙΡΥΓΗΤΗΡΑ **A** ΤΡΥΓΗΤΗρᾶ **g** τρυΓΗτΉρα **u** τρυγητῆρα *ed. pr.* trigetera **p** *uulgo om. uac. sp. rel.* **R** 23 IIII nōn s̄s **SA** IIII non. mart. *uel* s̄s **R** 24 nonis s̄s **SA** non. *uel* nonis mart. *uel* s̄s **R** equos **Acd**

III Id. Mart. Piscis aquilonius desinit oriri, septentrionales uenti
pridie Id. Mart. Argo nauis exoritur, Fauonius aut Auster, interdum Aquilo.

25 His diebus commode instruuntur horti, de quibus suo loco dicam secretius, ne inter hanc quasi turbam operum neglegentius holitoris officia descripsisse uidear aut nunc
26 ordinem reliquarum culturarum coeptum interrupisse. igitur a Kalendis Martiis eximia est uitium putatio usque in x Kal. Apr., si tamen se gemmae nondum moueant. surculi quoque silentes ad insitionem nunc praecipue utiliterque leguntur, et ipsa insitio uitium atque arborum longe nunc est optima. frigidis quoque locis et umidis uitium satio nunc praecipua est, sed et ficulnea cacumina iam tumentia utilissime deponuntur. sartura quoque frumentorum iteratur
27 egregie; modios tres una opera recte sarit. prata purgare et a pecore defendere iam tempestiuum est; locis quidem calidis et siccis etiam a mense Ianuario, ut supra diximus, id fieri debet, nam frigidis uel a Quinquatribus prata recte
28 submittuntur. scrobes omnis generis, quos eris autumno consiturus, hoc tempore fieri oportebit; eorum quaternarii, hoc est quoquouersus pedum quaternum, si est commodum terrenum, quattuordecim ab uno fiunt, ternarii autem decem et octo. ceterum ad deponendas uites uel non magni incrementi arbores sulcus, qui sit pedum centum et uiginti, latitudine bipedanea, in altitudinem deprimi debet dupondii

III idus s̃s **SA** III id. mart. **R** 2 pridie idus s̃s **S** PR. idus s̃s **A** prid. id. *uel* idus mart. *uel* s̃s **R** argonius **cd** 5 turba **A** 6 negligentius **R** 7 cultarũ (ura *sup.* a *scr. m. rec.*) **A** 8 a kľ **S** a kĩ **A** a kal. **R** x kľ apriles **S** x kĩ (kal. **R**) aprilis **AR** 9 mouent **S** 10 utiliterque **R** utiliter **SA** 11 uitio **A** louge *om.* **SA** 12 humidis **R** 13 utilissima **A** 14 deponuntur **S** deponitur **A** ponuntur **R** 16 peccore **A** iam pestiuum **A** 17 a mense **R** mense **SA** 19 sumittunĩ **S** sũmittuntur **A** summittuntur **p** submetuntur **R** 20 fieri **SAR** preparare **cd** quaternũ **S** quaternu **A** quaternum **a** IIII **R** XIIII **SAR** 22 decem et octo **SA** XVIII **R** 24 sit *om.* **SA** c uiginti **A** 25 uipedanea **A** (ui *in* bi *mut.* $m^2$) **S** dupondii semissis **S** dupundii semisse **R** se dupundii dimissis **A**

semissis, eumque similiter una opera efficit. rosarium seroti- 29
num perfossum et cultum habere iam tempus est. oleis laborantibus circum radices amurcam, quae salem non habeat, nunc conueniet infundere; maximis sex congii, mediocribus arboribus urna satisfaciunt, ceteris aestimanda erit portio. sed tamen quae nihil uitii habuerint, aliquanto laetiores
fient, si amurca rigentur insulsa. nonnulli hoc optimum 30
tempus esse seminariis instituendis dixerunt. tum etiam bacas lauri et murti ceterorumque uiridium semina in areolas disserere praeceperunt. orthocissos et hederas ab Idibus Februariis uel etiam Kalendis Martiis poni oportere iidem censuerunt.

Id. Mart. Nepa incipit occidere, significat tempestatem.
XVII Kal. Apr. Nepa occidit, hiemat. 31
XVI Kal. Apr. Sol in Arietem transitum facit, Fauonius uel Corus.
XII Kal. Apr. Equus occidit mane, septentrionales uenti.
X Kal. Apr. Aries incipit exoriri, pluuius dies, interdum ninguit.
VIIII et VIII Kal. Apr. Aequinoctium uernum, tempestatem significat.

Ab Idibus eadem, quae supra, utique peragenda sunt. 32
optime autem uliginosa et pinguia loca nunc demum proscinduntur; at quae mense Ianuario ueruacta fecimus, nunc

3 amurca **S** habeat **R** habeant **SA** habebat **cd** 4 conueniet **R** conueri et **SA** sex *om.* **SA** congii **SAa** congiis **R** 5 urna **SA** urne (-ę) **R** extimanda **R** 6 habuerit **SAR** 7 fiet **A** ricentur insulsas (*ult.* s *postea del.*) **A** *inter* nonnulli *et* hoc *ras.* **S** 9 bacas **R** bagas **S** baucas **A** bachas **c** murti **SAR** mirti **bc** mirthi **g** 10 ortocissos **R** *om.* **SAa** 12 idem **Sb** 13 idibus martĩs **S** idibus martiis **A**

XVII kł aprilis **SA** XVII kl. *uel* kal. april. *uel* apr. **R** XVI k̄ ss̄ **S** XVI kl̄ ss̄ **A** XVI kl. *uel* kal. apr. *uel* april. *uel* ss̄ **R**; *cod. modo sequ. dier. num. sign.* 16 chorus **SAR** 17 equos **c** 19 ninguit **SAagm** ninguet **p** ningit **R** VIIII et VIII **R** VIII **SA** 23 optuma **a** pingua **A** proscinditur **A** 24 Atque **Sa** atq; **AR** uerbacta **SAa** fecimus *Gesnerus:* facimus **SAR**

ultima parte Martii sunt iteranda. et si quae pergulae uitium generosarum uel si quae in agris aut uepribus singulares arbores maritae a putatoribus relictae sunt, ante Kalendas Apriles utique deputari debent; post quam diem sera et in-
33 fructuosa fit eiusmodi rerum cultura. milii quoque et panici haec prima satio est, quae peragi debet circa Idus Apriles. utriusque seminis sextarii quini singula iugera occupant. quin etiam pecus lanatum ceteraque quadripedia tempus idoneum est castrandi. locis autem tepidis ab Idibus Februariis usque in Idus Apriles, at locis frigidis ab Idibus Martiis usque in Idus Maias omnia recte pecora castrantur.

34 Kal. Apr. Nepa occidit mane, tempestatem significat.

Non Apr. Fauonius aut Auster cum grandine, nonnumquam hoc idem pridie.

VIII Id. Apr. Vergiliae uespere celantur, interdum hiemat.

VII Id. Apr. et VI et V Austri et Africi, tempestatem significat.

IIII Id. Apr. sole oriente Libra occidere incipit, interdum tempestatem significat.

35 pridie Id. Apr. Suculae celantur, hiemat.

His diebus locis frigidis prima uinearum fossio utique ante Idus peragenda est, quaeque mense Martio post confectum aequinoctium fieri debuerunt, nunc denique quam primum exsequenda sunt. fici uitesque adhuc recte inseruntur;

3 maritae (t *inter* a *et* e *suprascr.* *m*[2]) **S** marite **AR** in ariete **cd** a putatoribus **SR** amputatorib; **A** ac putatoribus **b** a putationibus **cd** relicta **A** kł̄ aprił̄ **S** kl̃ aprĩl **A** kl *uel* kal. apr. *uel* april. **R** 4 quã diem **SA** quem diem **R** sera **R** cetera **SA** 5 eiusmodi **SA** huiusmodi **R** cultura **R** cura **SA** 6 aprilis **SA** apr. *uel* april. **R** 8 quadrupedia **bc** 10 idus apriles **S** idus aprilis **A** id. apr. *uel* april. **R** at *scripsi:* ad **SA** et **a** in **R** ab idus **SA** ab id. **R** 12 kł̄ aprilibus **S** kl̃ aprilibus **A** kal. apr. *uel* april. **R** 13 nonis s̃s **SA** non. apr. *uel* april. *uel* s̃s **R** nonnunquam **R** 14 pride̅ **S** pride **A** pridie *uel* prid. **R** VIII idus s̃s **SA** VIII id. apr. *uel* april. *uel* s̃s **R**; *eodem modo sequ. dier. num. sign.* 16 et *ante* africi *om.* **SA** significat **SAR** significant **a** 18 sole **S** sol **AR** occidetre **A** 20 PRID. **A** 22 confectã **A** 24 exequenda **SAR**

seminaria, quae sunt ante facta, runcari et adhuc commode fodiri possunt. oues Tarentinae radice lanaria lauari debent, ut tonsurae praeparentur.

Id. Apr., ut supra, Libra occidit, hiemat.

xviii Kal. Mai. uentosa tempestas et imbres nec hoc constanter. 36

xv Kal. Mai. sol in Taurum transitum facit, pluuiam significat.

xiiii Kal. Mai. Suculae se uespere celant, pluuiam significat.

xi Kal. Mai. uer bipertitur, pluuia et nonnumquam grando.

x Kal. Mai. Vergiliae cum sole oriuntur, Africus uel Auster, dies umidus.

viiii Kal. Mai. prima nocte Fidicula apparet, tempestatem significat.

iiii Kal. Mai. Auster fere cum pluuia.

iii Kal. Mai. mane Capra exoritur, Austrinus dies, interdum pluuiae. 37

pridie Kal. Mai. Canis se uespere celat; tempestatem significat.

Per hos dies eadem, quae supra, persequemur, possuntque, si iam librum remittunt, inseri oleae uel emplastrari ceteraeque pomiferae arbores eodem emplastrationis genere inseri. sed et prima pampinatio recte inchoatur, dum prorepentes oculi digito decuti possint. si qua praeterea in 38 uineis aut fossor disturbauit aut neglegentia omisit, diligens

2 obes **SA** lauaria (*ult.* a *postea exp.*) **A** 4 idibus aprilibus **S** idibus aprilis **A** id. *uel* idib; apr. *uel* april. **R** hiemam **S** 5 ƙ maias **S** kl̃ maias **A** kal. maias **R** xv ƙ s̃s **S** xv kl̃ s̃s **A** xv kal. maias *uel* s̃s **R**; *eod. modo sequ. dier. num. sign.* 9 se *om.* **SA** uesperi **R** cedant **A** pluuiam *om* **SA** 10 bipertitur **S** biꝑtitur **A** bipartitur **R** 12 umidus **A** humidus **R** uel idus **S** 13 fiducula **SA** 17 pluuie **R** pluuii **SA** 18 Priđ **SA** 21 empalastri (*pr.* a *exp. et* ari *sup.* i *scr. m. rec.*) **A** 22 cenere (c *in* ç *mut.* $m^2$) **S** 23 panpinatio **S** incoatur (h *superscr.* $m^2$) **S** 24 dicito (c *in* ç *mut.* $m^2$) **S** possint **cd** possĩ **A** possunt **Sab** 25 uincis **A** fussor (u *in* o *mut. m. uet.*) **S** negligentia **R**

uinitor restituere debet et fracta iuga considerate resarcire aut disiectos palos reponere, ita ne teneros pampinos explantet. eodem tempore secundi fetus pecudes signari oportet.

39 Kal. Maiis, hoc biduo sol unam dicitur tenere particulam, Sucula cum sole exoritur.

vi Non. Mai. septentrionales uenti.

v Non. Mai. Centaurus totus apparet, tempestatem significat.

iii Non. Mai. idem sidus pluuiam significat.

pridie Non. Mai. Nepa medius occidit, tempestatem significat.

Non. Mai. Vergiliae exoriuntur mane, Fauonius.

vii Id. Mai. aestatis initium, Fauonius aut Corus, interdum et pluuiae.

40 vi Id. Mai. Vergiliae totae apparent, Fauonius aut Corus, interdum et pluuiae.

iii Id. Mai. Fidis mane oritur, significat tempestatem.

Per hos dies runcandae segetes sunt, faenisiciae instituendae. bonus operarius prati iugerum desecat nec minus mille ducentos manipulos unus obligat, qui sint singuli quaternarum librarum. arbores quoque tempus est ablaqueatas circumfodere et operire; una opera nouellas cir-
41 cumfodiet arbores LXXX, mediocres LXV, magnas L. hoc

1 considerate resarcire **SAa** considerare et resarcire **R** 5 K͠L maias **S** kl̃ maias **A** kal. maias **R** uiduo **S** uido (u *sup.* o *scr. m. rec.*) **A** una **SA** VI NŌN s̃s **SA** vi non. mai. *uel* maias **R**; *cod. modo sequ. dier. num. sign.* 11 PRIÐ **S** PR̃ID **A** nonis s̃s **SA** non. mai. **R** 13 exoritur **A** 14 VII idus s̃s **SA** idus mai. **R**; *cod. modo sequ. dier. num. sign.* chorus **SAR** 15 pluuie (e *in* æ *mut.* $m^2$) **S** pluuia **AR** 16 chorus **SAR** 19 runcande **R** nunande (r *sup. pr.* n *et* c *sup.* na *scr. m. rec.*) **A** nonandæ **S** 21 obligat **AR** alligat **S** 22 ablaqueatas **R** ablaqueatis **SA** ablaqueatos **b** allaqueatus **a** 23 circumfodiet et **ab** 24 mediocres] *a syll.* -ocres *inc.* **V**; *cfr infra adn. p. 35 n. 5* LXV **AR** LXX **SVp** ôc α

mense seminaria omnia crebre fodere oportet. sed et a Kalendis Martiis usque in Idus Septembres omnibus mensibus non solum seminariis, sed etiam nouellis uineis danda fossio est. iisdem diebus, ubi praegelidum et pluuium caelum est, oleae putantur et muscantur. ceterum tepidis regionibus duobus temporibus anni facere istud oportebit, primo ab Idibus Octobribus usque in Idus Decembres, iterum ab Idibus Februariis usque in Idus Martias, si tamen arbor librum non remittit. hoc eodem mense in pastinato seminario no- 42
uissima positio est olearis taleae, eamque oportet, cum panxeris, fimo et cinere mixtis oblinere et superponere muscum, ne sole findatur. sed hoc idem opus melius fiet ultima parte mensis Martii uel prima mensis Aprilis et ceteris temporibus, quibus praecepimus seminaria plantis uel ramis conserere.

Id. Mai. Fidis mane exoritur, Auster aut Eurinus, interdum 43
dies umidus.

xvII Kal. Iun. idem, quod supra.

xvI et xv Kal. Iun. Eurinus uel Auster cum pluuia.

xIIII Kal. Iun. sol in Geminos introitum facit.

Locum autem prius eligi conueniet, si permittit agri situs, iuxta uillam praecipue pinguem quique aduenienie riuo uel, si non sit fluens aqua, fonte puteali possit rigari. sed ut certam perennitatis puteus habeat fidem, tum demum effodiendus est, cum sol ultimas partes Virginis obtinebit, id est mense Septembri ante aequinoctium autumnale, siquidem maxime explorantur uires fontium, cum ex longa siccitate aestatis terra caret umore pluuiatili. prouidendum 9
est autem, ne hortus areae subiaceat neue per trituram uenti possint paleas aut puluerem in eum perferre; nam utraque sunt holeribus inimica. mox ordinandi pastinandique soli duo sunt tempora, quoniam duae quoque holerum sationes; nam et autumno et uere plurima seruntur, melius tamen uere riguis locis, quoniam et nascentis anni clementia excipit prodeuntia semina et sitis aestatis restinguitur fontibus. at ubi loci natura neque manu inlatam neque 10
suae spontis aquam ministrari patitur, nullum quidem aliud auxilium est quam hiemales pluuiae. potest tamen etiam in siccissimis locis opus custodiri, si depressius pastinetur

1 corroborentur **SAR** 2 adquiescant **S** ácquiescan **AR** uepre **A**
4 etiam *om.* **Aa** 5 maxima **A**

7 de situ hc| *in marg. script. m. a. et a ligatore resect.* **A** de situ *maiusc. in marg. scr. m. uet.* **S** *om.* **R** prius *om.* **SA** permit (tit *superscr.* $m^2$) **S** 8 aduente (*in* -ueniente *mut.* $m^2$) **S** 11 est *om.* **SA** utimas (l *superscr.* $m^2$) **S** optinebit **SAa** 13 fontiũ (ntiũ *scr. in ras.* $m^2$) **S** 14 humore **R** pluuiatili **SAb** pluuiali **R** 16 pluerẽ **A** 17 holeribus **SAa** oleribus **R** 18 holerum **SAa** olerum **R** 21 restinguitur **Sg** restingitur **c** restringitur **AR** restringuntur **m** restinguntur **p** 22 manu **Sgp** in manu **AR** inlatam **SAad** illatam **R** 23 spontis **R** sponte **SA** 24 quam **S** q̃ *uel* quam **R** quem **A** qua **a**

solum, eiusque abunde est gradum effodere tribus pedibus,
11 ut in quattuor consurgat regestum. at ubi copia est rigandi,
satis erit non alto bipalio, id est minus quam duos pedes
ferramento nouale conuerti. sed curabimus, ut ager, quem
uere conseri oportet, autumno circa Kalendas Nouembres
pastinetur; quem deinde uelimus autumno instruere, mense
Maio conuertamus, ut aut hiemis frigoribus aut aestiuis
solibus et gleba soluatur et radices herbarum necentur.
nec multo ante stercorare debebimus, sed cum sationis
adpropinquabit tempus, ante quintum diem exherbandus
erit locus stercorandusque et ita diligenter fossione iteran-
12 dus, ut fimo terra conmisceatur. optimum uero stercus
est ad hunc usum asini, quia minimum herbarum creat,
proximum uel armenti uel ouium, si sit anno maceratum;
nam quod homines faciunt, quamuis habeatur excellentis-
simum, non tamen necesse est adhibere, nisi aut nudae
glareae aut sine ullo robore solutissimae harenae, cum maior
13 scilicet uis alimenti desideratur. igitur solum, quod con-
serere uere destinauerimus, post autumnum patiemur effos-
sum iacere brumae frigoribus et pruinis inurendum; quippe
e contrario sicut calor aestatis ita uis frigoris excoquit
terram fermentatamque soluit. quare peracta bruma tum
demum stercus inicietur, et circa Idus Ianuarias humus
refossa in areas diuiditur; quae tamen sic informandae sunt,
ut facile runcantium manus ad dimidiam partem latitudinis
earum perueniant, ne, qui prosequuntur herbas, semina pro-
culcare cogantur, sed potius per semitas ingrediantur et
alterna uice dimidias areas eruncent.

1 habunde **A** 2 ad **A** regandi **A** 3 bipedalio **A** 4 curabimus **a** (bi *ex* ui *fact.*) **b** curauimus **SAR** 5 kl̃ nouembr **S** kalendis nouembris **A** kl *uel* kal. nouembr. *uel* nouembris **R** 6 instruere **SAabmp** instituere **R** 9 stercoræ **A** sed **SR** et **Aa** 10 appropinquabit **bd** appropinquauit **SAR** 12 commisceatur **SAR** 13 asint (i *sup.* t *m. rec.*) **A** 18 alimenti (*alt.* i *in ras. m*[2]; *antea* a *fuisse uid.*) **S** 19 effosũ **A** 21 e *ante* contrario *om.* **A** 26 prosecuntur **S** ꝓsecuntur **AR** herbis **bc**

Haec, ante sationem quae facienda sunt, dixisse abunde 14
est; nunc quid quoque tempore uel colendum uel serendum
sit, praecipiamus, et primum de his generibus loquendum
est, quae possunt duobus seri temporibus, id est autumno
et uere. sunt autem semina brassicae et lactucae, cinarae,
erucae, nasturcii, coriandri, caerefolii, anethi, pastinacae,
siseris, papaueris; haec enim uel circa Kalendas Septembres
uel melius ante Kalendas Martias Februario seruntur. locis 15
uero siccis aut tepidis, qualia sunt Calabriae et Apuliae
maritima, possunt circa Idus Ianuarias terrae conmitti.
rursus quae tantum autumno conseri debent, si tamen uel
maritimum uel apricum agrum incolimus, haec fere sunt:
alium, cepae capitula, ulpicum, sinape. sed iam potius, quo
quidque tempore terrae mandari plerumque conueniat, per
menses digeramus.

Ergo post Kalendas Ianuarias confestim recte ponetur 16
lepidium. mense autem Februario uel planta uel semine
ruta atque asparagus et iterum cepae semen et porri; nec
minus si uernum et aestiuum fructum uoles habere, syriacae
radicis et rapae napique semina obrues. nam alii et ulpici
ultima est huius temporis positio. at circa Kalendas Mar- 17
tias locis apricis licet porrum, si iam ingranduit, transferre;
item panacem ultima parte Martii mensis. deinde circa
Kalendas Apriles aeque porrum atque inulam et serotinam
plantam rutae. item ut maturius enascatur, cucumis, cucur-
bita, capparis serenda est. nam semen betae, cum Puni-
cum malum florebit, tum demum optime seritur. porri 18

2 nunc **Sp** in uno **AR** 5 brassica et lactuca **S** 6 cæræfolii **S** cærefolii **A** cerefolii **R** cerofolii **a** cereoli **p** 7 kl̄ **S** kl̄ **A** kl. *uel* kal. **R**; *ita etiam locis mox sequent.* 8 uel melius **R** uelius **A** (ius *del.* $m^2$ **S** mar̄t **SA** mart. *uel* martias **R** committi **SAR** 13 alium **SA** allium **R** sinape **SA** sinapis **R** senapis **p** sed iam potius **SA** sed etiam nunc potius **R** 15 diceramus (c *in* ç *mut.* $m^2$) **S** 17 lepidium *uett. edd.* lepidum **SAR** 18 asparagus **AR** (*sub* sp *ras.*) **S** aspargos **a** asparago **c** aspargo **d** cæpe **SA** cepe **R** 20 alii **SA** allii **R** et *om.* **SA** 23 item *om.* **A** 24 aprl̄ **S** aprilis **A** apr. *uel* aprilis **R** 25 nascatur **cdq**

autem caput circa Idus Maias tolerabiliter adhuc transfertur. post hoc nihil ingruente aestate obrui debet nisi semen apii, si tamen rigaturus es; sic enim optime per aestum prouenit. ceterum Augusto circa Vulcanalia tertia satio est eaque optima radicis et rapae itemque napi et siseris nec minus holeris atri.

19 Atque haec sunt sationum tempora. nunc de iis, quae aliquam curam desiderant, singulis loquar, quæque praeteriero intellegi oportebit nullam postulare operam nisi runcatoris; de qua semel hoc dicendum est, omni tempore consulendum esse, ut herbae exterminentur.

20 Vlpicum, quod quidam alium Punicum uocant, Graeci autem ἀφροσκόρδον appellant, longe maioris est incrementi quam alium, idque circa Kalendas Octobres, antequam deponatur, ex uno capite in plura diuidetur. habet enim uelut alium plures cohaerentis spicas, eaeque cum sint di-
21 uisae, liratim seri debent, ut in puluinis positae minus infestentur hiemis aquis. est autem lira similis ei porcae, quam in sationibus campestribus rustici faciunt, ut uliginem uitent; sed haec in hortis minor est facienda, et per summam partem eius, id est in dorso inter palmaria spatia, spicae ulpici uel alii (nam id quoque similiter conseritur) disponendae sunt. sulci lirarum inter se distent semipedali spatio. deinde cum ternas fibras emiserunt spicae, sariantur. nam quo saepius id factum est, maius semina capiunt

1 adhoc **S** 2 post *om. in fine uersus* **A** nisi si **A** 3 ꝓuenit ꝑaestũ (*transpos. signo pos. iam m. pr.*) **S** ꝑ estũ ꝓuenit **A** per estum prouenit **abp** per estatem prouenit **R** per estiuem proueĩt **m** 5 napi ////**S** et *om.* **SA** sisaris **d** ciceris **c** 6 holeris **SAab** oleris **R**
7 iis **d** hiis **a** his **SAR** 9 intelligi **R** 12 quide **S** alium **S** (*alt.* l *superscr. m. a.*) **A** allium **R** 13 ΑΦΡΟϹΚΟΡΔΟΝ **S** ɑΦΡΟϹΚΟΡΔΟΝ **A** ἀφροσκοροσον **g** ἀφροσκόροδον *ed. pr.: uulgo om. uac. sp. rel.* **R**
14 allium **R** octob̄r **S** octobris **A** octobr. *uel* octobris **R** 15 habet /////| nim (*? m. pr.;* enim *m*[2]) **S** 16 uelud **A** allium **R** cohaerentis *om.* **S** spicas eaeque **Sb** spicas ęque **m** spicasa ea eque **A** spicas eque *uel* ęque **R** sint **AR** sunt **S** diuisa **A** 18 libra **S** 20 hoc (o *in* e *mut. m*[2]) **S** 22 allii **R** 23 disponendi **SAb** 24 dein **S**

incrementum. deinde ante quam caulem faciant, omnem
uiridem superficiem intorquere et in terram prosternere con-
ueniet, quo uastiora capita fiant. regionibus autem pruinosis 22
neutrum horum per autumnum seri debet, nam brumali
tempore corrumpuntur; quod fere mense Ianuario mitescit,
et idcirco frigidis locis tempus optimum est alium uel ul-
picum ponendi circa Idus praedicti mensis. sed quandoque
uel conseremus uel iam matura in tabulatum reponemus,
seruabimus, ut iis horis, quibus aut obruentur aut eruentur,
luna infra terram sit. nam sic sata et rursus sic fere con-
dita existimantur neque acerrimi saporis exsistere neque
mandentium halitus inodorare. multi tamen haec ante Ka- 23
lendas Ianuarias mediis diebus serunt mense Decembri, si
caeli tepor et situs terrae permittit.

Brassica, cum sex foliorum erit, transferri debet, ita ut
radix eius liquido fimo prius inlita et inuoluta tribus algae
taeniolis pangatur. haec enim res efficit, ut in coctura cele-
rius madescat et uiridem colorem sine nitro conseruet. est 24
autem frigidis et pluuiis regionibus positio eius optima post
Idus Apriles; cuius depressae plantae cum tenuerint, quan-
tum holitoris ratio patitur, saepius sarta et stercorata melius
conualescit pleniorisque incrementi et coliculum facit et
cymam. nonnulli hanc eandem locis apricioribus a Kalendis
Martiis deponunt; sed maior pars eius in cymam prosilit nec
postea hibernum caulem amplum facit, cum est semel de-
secta. possis autem uel maximos caules bis transferre, idque
si facias, plus seminis et maioris incrementi praebere dicuntur.

1 faciant **R** faciunt **SAab** 2 sup////ficiem **S** optumum **a** 6 allium **R** 9 ut his horis **S** ut his locis **AR** ut iis locis **d** *inter* horis *et* -ruentur *rasura, in qua* q̶b. aut ob *scr.* $m^2$ **S** 10 sic fere condita **a** fere condita **SA** sic recondita **R** 11 ęstimantur **ab** *uerba* saporis — odorari *om.* **A** existere **SR** 12 alitus **R** inodorare **R** odorari **S** inodare **c** moderare **ap** 13 iañ **A** 16 illita et inuoluta **R** inlita &iam uoluta **S** inlita etiã uoluta **A** inlita et uoluta **a** 19 pluuis **S** 20 aprł **S** aprilis **A** apr. *uel* aprilis **R** tenuerant **A** 23 eadem **A** 25 caules *s. u. add.* $m^2$ **S** 26 transfert (re *supr. alt.* t *scr. m. rec.*) **A** 27 facias (i *in ras.* $m^2$) **S**

25 Lactuca totidem foliorum quot brassica transferri debet. locis quidem apricis et maritimis optime autumno ponitur, mediterraneis et frigidis contra; hieme non aeque commode dispangitur. sed et huius quoque radix fimo liniri debet maioremque copiam desiderat aquae, si quo tenerioris folii.

26 sunt autem conplura lactucae genera, quae suo quidque tempore seri oportet. eorum, quae fusci est uel purpurei aut etiam uiridis coloris et crispi folii, uti Caeciliana, mense Ianuario recte differtur, at Cappadocia, quae pallido et pexo densoque folio uiret, mense Februario; quae deinde candida est et crispissimi folii, ut in prouincia Baetica est finibus Gaditani municipii, mense Martio recte pangitur.

27 est et Cyprii generis ex albo rubicunda, leui et tenerrimo folio, quae usque in Idus Octobres commode disponitur. fere tamen aprico caeli statu, quibus locis aquarum copia est, pene toto anno lactuca seri potest. quae quo tardius caulem faciat, cum aliquod incrementum habuerit, exiguam testam media parte accipiat; eo quasi onere coercita in latitudinem se diffundit. eadem est ratio etiam intubi, nisi quod hiemem magis sustinet ideoque uel frigidis regionibus primo autumno seri potest.

28 Cinarae subolem melius per autumni aequinoctium disponemus; semen commodius circa Kalendas Martias seremus, eiusque plantam ante Kalendas Nouembres de-

2 ponitur **R** ponuntur **SA** 3 hieme **R** hiemẽ **S** hiemem **A** 4 dispangitur **S** dispargitur **AR** et *om.* **b** iniri **a** 5 si quo **SAR** sique **b** sicco **d** quo si **p** 6 sunt quæ **S** complura **SAR** genere **A** quidque **SAa** quoq; **R** 7 seri **R** fieri **SA** & eorũ **S** est uel *scripsi*: et ut **SA** et uelut **R** ueluti **d** et ulue **p** 8 at **R** ad **A** (d *in* t *mut. m*²) **S** ac **b** 9 cappadocica **S** 10 foli uiret (o *supra pr.* i *adscr. m*²) **S** folii uiret **A** 11 ꝓuintia **A** 12 municipit **A** 13 cypri **SAR** 14 octobres **S** octobris **Aa** aprilis **R** 17 cum **R** tũ **S** tum **A** aliud **abm** 19 intubi **Sdgm** intibi **bcq** inubi **A** uitib **p** sutibi **a** nusi **S** 21 proximo **ab** 22 subolem (u *in* o *mut. m*²) **S** 23 disponemus **R** disponimus **SAa** 24 eiusq. *post* plantã *rep. m. pr.*, *del. m*² **S** ante **SAa** (*in marg.*) **b** circa **R** nouẽbr. **S** nouembris **A** nouem. *uel* nouembris **R**

primemus et multo cinere stercorabimus. id enim genus stercoris huic holeri uidetur aptissimum.

Sinape atque coriandrum nec minus eruca et ocimum 29
ita, uti sata sunt, sua sede inmota permanent, neque est eorum cultus alius, quam ut stercorata runcentur. possunt autem non solum autumno, sed et uere conseri. plantae quoque sinapis prima hieme translatae plus cymae uere adferunt.

Panax utroque tempore leui et subacta terra rarissime disseritur, quo maius incrementum capiat; melior tamen eius uerna satio est.

Porrum si sectiuum facere uelis, densius satum prae- 30
ceperunt priores relinqui et ita, cum increuerit, secari. sed nos docuit usus longe melius fieri, si differas et eodem more quo capitatum modicis spatiis, id est inter quaternos digitos, depangas et, cum conualuerit, deseces. in eo autem, 31
quod magni capitis efficere uoles, seruandum est, ut ante quam translatum deponas, omnis radiculas amputes et fibrarum summas partes intondeas; tum testulae uel conchae quasi sedes singulis subiectae seminibus abobruuntur, ut fiant capita latioris incrementi. cultus autem porri capitati 32
adsidua sartio et stercoratio est, nec aliud tamen sectiui, nisi quod totiens rigari et stercorari saririque debet, quotiens demetitur. semen eius locis calidis mense Ianuario, frigidis Februario seritur; cuius incrementum quo maius fiat, raris linteolis conplura grana inligantur atque ita obruuntur.

1 stercorauimus **SA** 2 oleri **A** 3 sinape **SAacmpq** sinapi **R** 6 ueri **A** 8 afferunt **R** 10 disseritur **R** disserentur **S** disseruntur **A** melior **S** melius **AR** 13 secari sed **R** secare sed **A** secare.s & (*iuxta* & *adscr.* d *m*²) **S** 15 morẽ **A** modici **A** quaternos **R** quattuor **SAb** 16 depancas **A** 17 seruandũ serendũ est **SA** 18 oẽs **d** 19 sumas **S** testulae (ulae *in ras. scr. m*²; *quid m. pr scr. fuerit, non liquet*) **S** 20 in singulis **R** adobruntur (v *sup. pr.* u *m*²) **S** 22 assidua **R** secti uinsi (i *inter* u *et* s *inculc. m*²) **S** secti uini si **A** 23 quo **AR** qđ **S** 26 complura **SAR** illigantur **R** ita *om.* **SAb**

enatum autem differri debet in iis locis, quibus aqua subministrari non potest, circa aequinoctium autumni; at quibus possis umorem praebere, mense Maio recte transferuntur.

33 Apium quoque possis plantis serere nec minus semine, sed praecipue aqua laetatur et ideo secundum fontem commodissime ponitur. quod si quis id uelit lati folii facere, quantum seminis possint tres digiti conprehendere, raro linteolo inliget et ita in areolas dispositum liget. uel si crispae frondis id fieri maluerit, semen eius inditum pilae et saligneo palo pinsitum expoliatumque similiter linteolis
34 ligatum obruat. potest etiam citra hanc operam fieri crispum qualitercunque satum, si, cum est natum, incrementum eius superuoluto cylindro coërceas. satio eius est optima post Idus Maias usque in solstitium; nam teporem desiderat.

Fere etiam his diebus ocima seruntur, quorum cum semen obrutum est, diligenter inculcatur pauicula uel cylindro. nam si terram suspensam relinquas, plerumque corrumpitur.

35 Pastinaca et siser atque inula conualescunt alte pastinato et stercorato loco, sed quam rarissime ponenda sunt, ut maiora capiant incrementa. inulam uero interuallo trium pedum seri conuenit, quoniam uastos facit frutices et radicibus ut oculus harundinis serpit. nec est alius cultus horum omnium, nisi ut sartionibus herbae tollantur. com-

1 deferri **R** in his locis **SAR** 2 ad (d *in* t *mut.* $m^2$) S 3 humorem **R** 4 semine *om. m. pr., in marg. add. m. rec.* **A** 7 cõprehendere S ɔprehendere **A** comprehendere **R** 8 illiget **R** liget **SA** eliget **a** religet **R** relegent **bm** riget **p** 9 malueris **b** mulieris **a** 10 pale (a *in* i *mut. m. rec.*) **A** pale (o *sup.* e *scr. m. rec.*) **A** in linteolis **cdq** 11 obruas **b** obrues **a** 13 *uerba* superuoluto — est *in textu omissa in marg. adscr. m. rec.* **A** 14 solistitiũ **A** tempore **A** tẽpore (*in* teporẽ *mut.* $m^2$) S 15 hisdem diebus **a** optima **A** 19 at quæ ////// nul // a (I *in pr. ras. scr.* $m^2$) S atq; innula **Acdq** pistinato **A** 22 In nullã **A** /////nul//ã (I *ante* n *scr.* $m^2$) S innulam **cdq** quoniam **am** quonã S quo|nam **A** qm̃ **R** 23 frutices S fructices **AR** harundis **SA**

modissime autem deponentur prima parte Septembris uel ultima Augusti parte.

Atrum holus, quod Graecorum quidam uocant πετρο- 36
σέλινον, nonnulli σμύρναιον, pastinato loco semine debet conseri, maxime iuxta maceriam, quoniam et umbra gaudet et qualicunque conualescit loco; idque cum semel seueris, si non totum radicitus tollas, sed alternos frutices in semen submittas, aeuo manet paruamque sartionis exigit culturam. seritur a Vulcanalibus usque in Kalendas Septembres, sed etiam mense Ianuario.

Menta dulcem desiderat uliginem; quam ob causam 37
iuxta fontem mense Martio recte ponitur. cuius si forte semina defecerunt, licet de noualibus siluestre mentastrum conligere atque ita inuersis cacuminibus disponere; quae res feritatem detrahit et edomitam reddit.

Rutam autumno semine satam mense Martio differre 38
oportet in apricum et cinerem aggerare runcareque, donec conualescat, ne herbis enecetur. sed uelata manu debet runcari; quam nisi contexeris, perniciosa nascuntur ulcera. si tamen per ignorantiam nuda manu runcaueris et prurigo atque tumor incesserit, oleo subinde perungito. eiusdem frutex pluribus annis manet innoxius, nisi si mulier, quae est in menstruis, contigerit eum et ob hoc exaruerit.

3 olus **a** horũ **A** hipposelinon ΠΕΤROCΕΛΕΙΝΟΝ nonnulli ΖΜΥΡ-ΝaΙΟΝ **S** hipposelinõ ΠΕΤΡΟCΕΛΕΙΝΟΝ ñnulli ΖΜΥΡΝaΙΟΝ **A** ιππωξαιΓ-ροΗπετροσεαΗρον nonnulli σμυρναιορι **g** hipposelignon ἱπποσέλγινον non nulli σμυρναῖον **u** hipposelinon nõnlli smyrteum **p** hipposelignon nonnulli (*uac. sp. ante et post* nonnulli *rel.*) **R**; hipposelinon *ut glossam exclusi* 7 frutices **S** fructices **AR** 8 submittas euo **g** summittas æuo **b** summittas euo **kmp** summittas sæuom **S** summittas reuom **A** summittas seuo **a** submittas seũo **d** submittas *uac. sp. postea rel.* **cq** sationis **cdq** 9 septẽbr. **S** septembris **A** septembr. *uel* septembris **R** 14 colligere **SAR** atque | inuersis **A** 16 semines **A** ratã **A** 17 adgerare **SA** runcareque **SA** runcariq; **R** 18 necetur **A** 19 pernitiosa **S** 20 ignorantia **A** runcaris **ab** 21 intumor cesserit **A** perungito **Ad** perungit (o *add.* $m^2$) **S** perunguito **R** eiusdem ///////// xpluribus (*in ras.* frute *scr.* $m^2$) **S** exaurierit **A**

39 Thymum et transmarina cunela et serpyllum, sicut priore libro iam rettuli, magis aluaria curantibus quam holitoribus studiose conseruntur. sed nos ea condimentorum causa (nam sunt quibusdam esculentis aptissima) non alienum putamus etiam in hortis habere. locum neque pinguem neque stercoratum, sed apricum desiderant, ut quae macerrimo solo per se maritimis plerumque regionibus nascan-
40 tur. eae res et semine et plantis circa aequinoctium uernum seruntur. melius tamen est thymi nouellas plantas disponere. quae cum subacto solo depressae fuerint, ne tarde conprehendant, aridi thymi fruticem contundi oportet atque ita pinsito illo pridie, quam uolueris uti, aquam medicare; quae cum sucum eius perceperit, depositis fruticibus
41 infunditur, donec eos recte confirmet. ceterum cunela uiuacior est, quam ut inpensius curanda sit.

Lepidium cum ante Kalendas Martias habueris dispositum uelut porrum sectiuum demetere poteris, rarius tamen. nam post Kalendas Nouembres secandum non erit quoniam frigoribus uiolatum emoritur; biennio tamen sufficiet, si diligenter sartum et stercoratum fuerit. multis etiam locis uiuacitatem suam usque in annos decem prorogat.

42 Beta florenti Punico malo semine obruitur et simul atque quinque foliorum est, ut brassica, differtur aestate, si riguus est locus; at si siccaneus, autumno, cum iam pluuiae incesserint, disponi debebit.

1 cunela **SAad** cunila **R** et *ante* serpyllum *om.* **SAR** *suppl. uett. edd.* 2 rettuli **SAb** retuli **R** saluaria **A** saluari (a· *adscr.* $m^2$) **S** aluearia **R** curanti (b. *adscr. s. u.* $m^2$) **S** 5 pinguæ̃ **A** 7 nascantur **S** nascuntur **AR** 8 eae (*uel* eę) res **R** & res **d** ea res **SAa** sesemine **SA** 9 seruatur **SAb** hymi (t *s. u. praescr.* $m^2$) **SA** 11 comprehendant *uett. edd.*: conprehendat **A** comprehendat **SR** fruticē̃ **SA** fructicem **R** 12 pinsito illo *scripsi praeeuntibus ex parte uett. edd:* in illo **SAa** insito **R** insita **p** 13 succum **R** fruticib; **d** fructibus **SAR** 15 impensius **R** inpenses **SA** impense **c** 16 mãr **S** mãrt **A** mart. *uel* martias **R** 18 nouemb̃r. **S** noueñb. **A** nouembr. *uel* nouembris **R** 19 uiolatã **A** 22 florenti (flo *in ras.*) **S** floriorũ **A** (*in* foliorum *mut.* $m^2$) **S** 24 locus **SAR** hortus **d** *om.* **b** ac **A** aut **bd** siccanæus (*om.* si) **A** 25 debebit *uett. edd.*: debebunt **SAR** debet **p**

Chaerephyllum itemque holus atriplicis, quod Graeci uocant ἀνδράφαξιν, circa Kalendas Octobres obrui oportet non frigidissimo loco. nam si regio saeuas hiemes habet, post Idus Februarias semina disserenda sunt suaque sede patienda.

Papauer et anethum eandem habent conditionem sationis quam chaerephyllum et ἀνδράφαξις.

Satiui asparagi, quam corrudam rustici uocant, se- 43
mina fere biennio praeparantur. ea cum pingui et stercoroso loco post Idus Februarias sic obrueris, ut quantum tres digiti seminis conprehendere queunt, singulis fossulis deponas, fere post quadragensimum diem inter se inplicantur et quasi unitatem faciunt; quas radiculas sic inligatas atque connexas holitores sphongeas appellant. eas post quattuor et uiginti menses in locum apricum et bene madidum stercorosumque transferri conuenit. sulci autem 44
inter se pedali mensura distantes fiunt non amplius dodrantalis altitudinis, in quam ita sphongiolae deprimuntur, ut facile superposita terra germinent. sed in locis siccis partibus sulcorum imis disponenda sunt semina, ut tamquam in alueolis maneant. at uliginosis e contrario in summo

1 chærefilium **Sa** chaerephylium **A** cherephylum **m** cherefylium **u** cerefilium **d** chaerephylium **b** cherephilium **cq** cerefolium **gp** 2 ANΔΡΑΦΑΞΙΝ **S** aNaPaΦaZIN **A** ἀνδράφαξιν **u** αρσραφαξιν **g** *uulgo om. uac. spat. rel.* **R** octob̄. **S** octobris **A** octob. *uel* octobris **R** 3 hiemas **A** 4 semina *uett. edd.*: semine **SAR** 5 patienenda *in ras.* **S** 6 habet **SAa** condicionem **A** condictionem **a** 7 chærephylium **SA** chere filium **a** cherophilum **bcq** cerofiliũ **d** cherophilium **g** cherophylum **m** cherefylium **u** an ΔΡΑΦΑΞIC **S** aNΔPaΦaZIC **A** ασναρφαξις **g** ἀνδράφαξιν **u** *uulgo om. uac. spat. rel.* **R**; et *quoque om.* **a** 8 aspargi **Ac** corudam **bgmp** corundã **SAacq** conidam **d** 10 loco **SAR** solo **d** 11 comprehendere **SAR** 12 quadragensimũ **SA** quadragesimum **R** implicantur **R** 13 inligatas **a** inligas **SA** illigatas **R** 14 conexas **A** phongeas **SA** sphongeas **a** spongias **bm** sphongias **R** sphungias **p** eas **SR** eos **A** eaq; **cdq** 15 madidum **R** ualidum **SA** 17 dodrantales **SAR** dodrãtes **d** 18 in qua mitas phongie **A** sphongiole **b** spongiole **R** fongię **S** 19 terræ **S** terre **Aa** siccis (*alt.* c *in ras.*) **S** 21 ad **A** (d *in* t *mut.* *m*[2]) **S**

45 porcae dorso conlocanda, ne umore nimio laedantur. primo deinde anno, cum ita consita sunt, asparagum, quem emiserunt, infringi oportet. nam si ab imo uellere uolueris, uix adhuc ualidis teneris radiculis, tota sphongiola sequetur. reliquis annis non erit decerpendus, sed radicitus uellendus. nam nisi ita fiat, stirpes praefractae angunt oculos sphongiarum et quasi excaecant nec patiuntur asparagum emittere. ceterum stilus, qui nouissime autumnali tempore nascitur, non omnis est tollendus, sed aliqua pars eius in
46 semen submittenda. deinde cum spinam fecerit, electis seminibus ipsis, scopiones ita, uti sunt, in suo loco perurendi sunt et deinde sulci omnes consariendi herbaeque eximendae; mox uel stercus uel cinis iniciendus, ut tota hieme sucus eius cum pluuiis manans ad radicem perueniat. uere deinde prius quam coeperit germinare, capreolis, quod genus bicornis ferramenti est, terra commoueatur, ut et facilius stilus emicet et relaxata humo plenioris crassitudinis fiat radix.

47 Raphani radix bis anno recte seritur, Februario mense, cum uernum fructum expectamus, et Augusto mense circa Vulcanalia, cum maturum. sed haec satio sine dubio melior habetur. cura est eius, ut terra stercorata et subacta

1 conlocanda **S** ɔlocanda **A** collocanda **R**    humore **R**    2 asparagum **Sb** aspargũ **A** aspargum *uel* asp̱agum **R**    quem emiserunt **R** quẽ meminit tunc **S** quem meminit tc̃ **A**    3 uelleri (i *eras. et in* e *mut. m²*) **S**    4 uix adhuc ualidis teneris radiculis **p** uix adhuc teneris ualidis (uariis **d**) radiculis **R** adhuc teneris ualidis radiculis **SA**    tota sphongiola **b** tota sphongiola (*sed* s *postea add. ut uid.*) **S** tota phongiola **am** totis || phongiola **A** tota spongiola **R** tota spungia **p**    6 praefactae **S** prę̨fractę *uel* prefracte **bdgm** perfracte **a** p̃facte **A** p̃fate **cq**    angunt **S** agunt **AR** pangunt **p**    sphongiarum **ab** spongiarum **SAR**    7 et quasit nec patiuntur asparagũ **A**    *post* quasi *haud parua rasura* **S**    exsecant **a** paciuntur **S**    9 est *om.* **SA**    in semen submittenda est **cdgq** in semen summittenda **Sbmp** in semensã mittendum **A** in semensam mutenda **a**    11 scopiones *Gesnerus:* scorpiones **SAR**    14 cum **SA** *om.* **R**    15 uero **A**    16 commoueantur **SA**    17 relaxata **a** relaxat **A** (a *add. s. u. m²*) **S** relaxa **R**    19 raphani *et* recte *om.* **A**    21 maturũ **SA** maturius **R**

obruatur; post ubi ceperit aliquod incrementum, subinde aggeretur. nam si super terram emerserit, dura et fungosa fiet.

Cucumis et cucurbita, cum copia est aquae, minorem 48 curam desiderant; nam plurimum iuuantur umore. sin autem sicco loco seri debuerint, quo rigationem ministrare non expediat, mense Februario sesquipedali altitudine fossa facienda est. post Idus deinde Martias, quasi tertia pars altitudinis sulci stramentis inditis tegenda, mox stercorata terra usque in dimidium sulcum adgerenda, positisque seminibus tam diu est aqua praebenda, donec enascantur, atque ubi conualescere coeperint, adiecta humo incrementa eorum prosequenda sunt, donec sulcus coaequetur; sic exculta semina sine rigatione tota aestate satis ualebunt fructumque iucundioris saporis quam rigua praebebunt. aquosis autem locis primo quoque tempore, non tamen 49 ante Kalendas Martias semen ponendum est, ut differri possit aequinoctio confecto, idque de media parte cucurbitae semen inuerso cacumine ponito, ut fiat incrementi uastioris; nam sunt ad usum uasorum satis idoneae, sicut Alexandrinae cucurbitae, cum exaruerunt. at si esculentae merci praeparabis, 50 recto cacumine de collo cucurbitae sumptum semen serendum erit, quo prolixior et tenuior fructus eius enascatur, qui scilicet maius aeris inuenit pretium. sed custodiendum est, ut quam minime ad eum locum, in quo uel cucumeres aut curcurbitae

5 umore **S** umores **A** humore **R** 6 rigationem **d** rigatione **SR** rigatiot ne **A** ministrari **p** 7 sexquipedali **AR** fossa facienda est **S** fossa facienda s̃t **A** fosse faciende sunt **R** 8 mar̃t **SA** mart. *uel* martias **R** 10 adgerenda **S** aggerenda **Ad** aggeranda **R** positesq; **A** 11 enascatur **SA** 13 sĩc **A** 15 iocundioris **a** 16 tempo **A** 17 mãr **S** mãrt **A** mart. *uel* martias **R** differri **a** differre **SA** deferri **R** 18 confecto aequinoctio **S** 19 ponjto (nj *scr. m*² *in ras.*) **S** 21 exaruerunt **R** (ar *in ras. scr. m*²) **S** exharuer̃t **A** exarruerunt **d** at **R** ac **SA** 23 quo **S** qđ **A** q *uel* quod **R** 23 enascatur **R** nascatur **SA** scilicet **R** si licet **SA** 24 acris **c** pretiã **A** 25 locum *om.* **SA** cucumeres *scripsi:* cucumeris **SA** cucumis **R**

consitae sunt, mulier admittatur. nam fere contactu eius languescunt incrementa uirentium. si uero etiam in menstruis
51 fuerit, uisu quoque suo nouellos fetus necabit. cucumis tener et iucundissimus fit, si, ante quam seras, semen eius lacte maceres. nonnulli etiam quo dulcior exsistat, aqua mulsa idem faciunt. sed qui praematurum fructum cucumeris habere uolet, confecta bruma stercoratam terram inditam cophinis obferat modicumque praebeat umorem. deinde cum enata semina fuerint, tepidis diebus et insolatis iuxta aedificium sub diuo ponat, ita ut ab omni adflatu protegantur. ceterum frigoribus ac tempestatibus sub tectum referat idque tam diu faciat, dum aequinoctium uernum confiat. postea totos cophinos demittat in terram;
52 sic enim praecoquem fructum habebit. possunt etiam, si sit operae pretium, uasis maioribus rotulae subici, quo minore labore producantur et rursus intra tecta recipiantur. sed nihilo minus specularibus integi debebunt, ut etiam
53 frigoribus serenis diebus tuto producantur ad solem. hac ratione fere toto anno Tiberio Caesari cucumis praebebatur. nos autem leuiore opera istud fieri apud Aegyptiae gentis Bolum Mendesium legimus, qui praecipit aprico et stercoroso loco alternis ordinibus ferulas, alternis rubos in hortis consitas habere; deinde eas confecto aequinoctio paululo infra terram secare et ligneo stilo laxatis uel rubi

2 urentiũ **S** 3 uisu **R** uiso **A** (u *sup.* o *scr.* $m^2$) **S** uisa **b** necabit **R** nacauit (a *in* æ *mut.* $m^2$) **S** negauit **A** negabit **a** 4 iucundissimus **R** iucundissimis **S** iocundissimis **A** iocundissimus **a** 5 existat **SAR** 8 obferat **m** offerat **SAab** obserat **cdgpq** humorem **R** 10 afflatu **R** 11 a (c *s. u. adscr.* $m^2$) **S** 13 confiat **SAb** conficiat **R** 14 possint **S** 17 integi debebunt ut **R** inintegi debebuntur **S** inintegi debebt̃ ut **A** intus integi debebunt ut **a** ui integi debebunt ut **d** 18 serens (i *sup.* ns *scr. m. rec.*) **A** 20 istut (t *in* d *mut.* $m^2$) **S** aput **S** 21 uolum mendisiũ **A** uolumendesiũ **S** uolunum mendesium **a** populum mendensium **R** pracit aprico **A** 22 robos (u *sup. pr.* o *scr.* $m^2$) **S** 23 consitas (itas *in ras.*) **S** eas **R** ex **SA** 24 paululo **S** paululũ **A** paululum **R** pabulum **b** lineo **A** (g *sup.* in *scr.* $m^2$) **S**

uel ferulae medullis stercus inmittere atque ita semina cucumeris inserere, quae scilicet incremento suo coeant rubis et ferulis (namque non sua, sed quasi materna radice aluntur); sic insitam stirpem frigoribus quoque cucumeris praebere fructum. satio secunda eius seminis fere Quinquatribus obseruatur.

Capparis plurimis prouinciis sua sponte noualibus 54 nascitur. sed quibus locis eius inopia est, si serenda fuerit, siccum locum desiderabit, isque debebit ante circumdari fossula, quae repleatur lapidibus et calce uel Punico luto, ut sit quasi quaedam lorica, ne possint eam perrumpere praedicti seminis frutices, qui fere per totum agrum uagantur, nisi munimento aliquo prohibiti sunt. quod tamen 55 non tantum incommodum est (subinde enim possunt exstirpari) quantum quod noxium uirus habent sucoque suo sterile solum reddunt. cultu aut nullo aut leuissimo contenta est, quippe quae res etiam in desertis agris citra rustici operam conualescat. seritur utroque aequinoctio.

Cepina magis frequenter subactam postulat terram 56 quam altius conuersam. itaque ex Kalendis Nouembribus proscindi solum debet, ut hiemis frigoribus et gelicidiis putrescat, intermissisque quadraginta diebus tum demum iterari et interpositis uno ac uiginti diebus tertiari et protinus stercorari, mox bidentibus aequaliter perfossum in areas disponi deletis radicibus omnibus. deinde ad Ka- 57 lendas Februarias sereno die conueniat semina spargi; quibus aliquid satureiae semen intermiscendum erit, ut eam quoque habeamus. nam et uiridis esui est iucunda

1 inmittere **SAb** immittere **R** 2 sua |||| sed (suas & *scr. m. pr.*) **S** 3 materna **bmp** *s. u.* **d** macerata **SAR** 7 prouinciis (c *in* t *mut. m*²) **S** 12 p̃dicto (o *in* ɿ *mut. m*²) **S** 13 sunt **S** sī **A** sint **R** 14 exstirpari **A** extirpari **SA** 15 uires **A** 16 leuissimo **R** nouissimo **SAb** 18 conualescat **S** conualescit **AR** 20 nouembrib; **SA** nouēm. *uel.* nouembr. **R** 24 uidentibus **A** 25 disponi lectis (*in marg.* deletis) **b** disponi dilectus **S** dispondilectus **Aa** disponi delectis **p** dispõdi & deletis **d** 26 feƀr **S** fēb **A** febr. **R** 28 iocunda **a**

nec arida inutilis ad pulmentaria condienda. sed cepina uel saepius, certe non minus debet quam quater sariri. cuius si semen excipere uoles, capita maxima generis Ascalonii, quod est optimum, mense Februario disponito quaternorum uel etiam quinum digitorum spatiis distantia,
58 et cum coeperint uirere, ne minus ter consarito; deinde cum fecerint caulem, humilioribus quasi cantheriolis interpositis rigorem stilorum conseruato. nam nisi harundines transuersas in modum iugatae uineae crebre disposueris, thalli ceparum uentis prosternuntur totumque semen excutietur; quod scilicet non ante legendum est, quam cum maturescere coeperit coloremque nigrum habere. sed nec patiendum est, ut perarescat, ut totum decidat, uerum integri thalli uellendi sunt et sole siccandi.

59 Napus et rapa duas sationes habent et eandem culturam quam raphanus. melior est tamen satio mensis Augusti. iugerum agri quattuor sextarios seminis eorum poscit, sed ita ut radicis Syriacae super hanc mensuram
60 paulo plus quam heminam seminis recipiat. qui aestate ista seret, caueat, ne propter siccitates pulix adhuc tenera folia prorepentia consumat, idque ut uitetur, puluis, qui supra cameram inuenitur, uel etiam fuligo, quae supra focos tectis inhaeret, conligi debet; deinde pridie quam satio fiat, conmisceri cum seminibus et aqua conspargi, ut tota nocte sucum trahat. nam sic macerata postero die

1 at **A** (t *in* d *mut. m. rec.*) **S** plum̃taria **A** (lu *eras. et* ul *in ras. scr.*) **S** 4 dispositio **SA** 6 coeperit **SA** uirere **R** uiuere **S** uidere **A** 6 consarito **R** inconserito **SA** deinde **R** die in die **A** (*ult.* i *eras.*) **S** 7 canteriolis **R** cateriolis **A** chateriolis **S** 8 rigorem **p** rigoribus **SAR** 9 uinea **SA** 13 perharescat **S** ꝑharescat **A** 17 sestarios **S** 18 syriace **p** surice **R** urice **A** (a *sup.* i *scr.* $m^2$) **S** 19 hieminam **A** 20 pulix **Aw** (i *in* e *mut. m. a. uet.*) **S** culix **bkmpru** culex **cdq** cuelex **g** calix **a** 21 ꝑpentia **A** (ru *sup.* ꝑp *scr.* $m^2$) **S** prorepensia **a** id q̊q; **d** plus (u *et* i *superscr.* $m^2$) **S** pluis **A** puluis enim **d** 22 caram **A** (me *sup.* r *scr.* $m^2$) **S** fulico **A** 23 colligi **SAR** 24 commisceri **SAR** 25 totã **A**

recte obserentur. ueteres quidem auctores, ut Democritus, 61
praecipiunt semina omnia suco herbae, quae sedum ap-
pellatur, medicare eodemque remedio aduersus bestiolas
uti; quod uerum esse nos experientia docuit. sed frequen-
tius tamen, quoniam eius herbae larga non est facultas,
fuligine et puluere praedicto utimur satisque commode
tuemur his incolumitatem plantarum. rapae semina Hy- 62
ginus putat post trituram iacentibus adhuc in area paleis
inspargi debere, quoniam fiant laetiora capita, cum subia-
cens soli duritia non patiatur in altum descendere. nos
istud saepe frustra temptauimus; itaque sicut raphanum
et napum melius existimamus subacta terra obrui, seruant-
que adhuc antiquorum consuetudinem religiosiores agricolae,
qui cum ea serunt, precantur, ut et sibi et uicinis nascantur.
locis frigidis, ubi timor est, ne autumnalis satio hiemis 63
gelicidiis peruratur, harundinibus humiles cantherii fiunt uir-
gaeque et uirgis stramenta supra iaciuntur, et sic a pruinis
semina defenduntur. ubi uero apricis regionibus post plu-
uias noxia incesserunt animalia, quae a nobis appellantur
urucae, Graece autem κάμπαι nominantur, uel manu conligi
debent uel matutinis temporibus frutices holerum concuti.
sic enim dum adhuc torpent nocturno frigore, si deciderint,
non amplius in superiorem partem prorepunt. id tamen 64
superuacuum est facere, si ante sationem semina, uti iam

1 obserentur S obseruntur R (e *sup. pr.* u *m. rec.*) A obseruẽtur ad 2 precipunt (i *infra* p *add.* $m^2$) S 5 larga non est SA minus larga est R 6 fulinigine A pluere (u *sup.* pl $m^2$) S plure A 7 higinus S 8 paleas A 9 fiant S fiunt AR lætiora S letiora AR nastiora d cum. *om.* SA 10 solui SA patiatur SAa patitur R 11 rapharũ SA 12 obruit A seruantq; R seruaritque A (t *eras.*) S seruerunt a 13 consuetudine A 14 nascantur d nascatur SAR 15 est & ne S est b autumnalis satio p autumnali spatio SAR 16 gelicidis A (i *sup.* is *scr.* $m^2$) S perurantur SA cantheri S (humilescant heri) A cantherii R corinthii a cãtari d 17 iaciantur A 18 defendentur Aa 20 euruce a colligi SAR KAMIIAI S KaMIIaI A χαμπαι g *uulgo om. uac. sp. rel.* R 21 fructices a fructifices A

praedixi, suco herbae sedi macerata sunt. nihil enim sic medicatis nocent urucae. sed Democritus in eo libro, qui Graece inscribitur περὶ ἀντιπαθῶν, adfirmat has ipsas bestiolas enecari, si mulier, quae in menstruis est, solutis crinibus et nudo pede unamquamque aream ter circumeat; post hoc enim decidere omnes uermiculos et ita emori.

65 Hactenus praecipiendum existimaui de cultu hortorum et officiis uilici, quem quamuis instructum atque eruditum omni opere rustico esse oportere prima parte huius exordii censuerim, quoniam tamen plerumque euenit, ut eorum, quae didicerimus, memoria nos deficiat eaque saepius ex commentariis renouanda sint, omnium librorum meorum argumenta subieci, ut cum res exegisset, facile reperiri possit, quid in quoque quaerendum et qualiter quidque faciendum sit.

## LIBER PRIMVS HAEC CONTINET:

praecepta quae sequantur qui rusticari uelint
qualiter dispositus fundus maxime probetur
quae praecipue inspiciendo agro, antequam ematur, notanda sint
de salubritate regionum
de aqua

2 nocent **SR** urent **A** 3 ΠΕΡΙΑΝΤΙΠΑΦΟΝ **S** ΠΕΡΑΝΤΙΠΑΤωΝ **A** περιαντιπσ| **g** *uulgo om. uac. sp. rel.* **R** affirmat **R** has **R** hos (a *superscr. m. rec.*) **A** (o *in* a *mut. m. rec.*) **S** 4 enectari **A** 6 uermiculas **Aa** 8 uillici **R** instructum atque *om.* **SA** 12 meo **A** 13 repperiri **A**

*argumentorum conspectum hic in libri undecimi fine positum exhibent* **SAcklqruwyμ** *sub "tabulae" nomine ante totum rei rusticae opus pos.* **a** *om.* **bgpsv** *om. uacuo spatio rel.* **m** (Tabula deficit *in uac. sp. scr.*) **d**

Liber primus haec continet *rubr. mai.* **SA**; *sic. sequ. quoque libr. titul.* Tabula libri primi Lucii Moderati Columelle rei rustice incipit feliciter et hec continet **a** 18 ꝑbetur **S** probetur **R** prebetur (o *sup. pr.* e *scr. m. rec.*) **A** 19 inspitiendo **μ** 20 sint *scripsi:* sunt **SAR**

de positione uillae
de officiis patris familiae
de pecore et pecorum magistris
qualis corporaturae mancipia cuique operi contribuenda sint

## LIBER SECVNDVS REI RVSTICAE SEMENTIVVS:

terram nec senescere nec fatigari si stercores
quot sint genera terrae
quot deinde species generibus subiungantur
quod solum maxime probetur
quem ad modum siluestris locus excolatur et aruum fiat
quem ad modum pinguis et frumentarius ager dinoscatur
quae sequenda quaeque uitanda sint in proscindendo solo
quem ad modum ab opere disiuncti boues curari debeant
quibus temporibus quidque genus soli proscindendum et iterandum sit
quem ad modum frumentarius ager stercorandus sit
de seminum generibus
de temporibus sationum
quantum cuique seminis in iugerum adiciendum
quem ad modum emendetur salsa et uliginosa terra
quem ad modum ad sementem frumenta sint eligenda
quem ad modum iacta sementi frumenta colenda sint
de sartione
de runcatione

4 contribuenda sint **S** contribuenda sunt **AR** 6 Tabula libri secundi Lucii Moderati Columelle hec continet **a**; *cod. mod. sequ. libr. tit. sign.* sementibus **SAR** 7 si stercores *scripsi:* si sceeres (*pr.* c *in* t *mut.* $m^2$) **S** *om.* **AR** (*in arg. ante l. II*: si stercora **S** si stercoretur **A** $m^2$ *in* **S**) 8 quot **R** quod **SA**; *sic postea fere semper* 9 in quod deinde **SA** in quot deinde **aμ** subiugantur **Scqμ** 10 soli *om.* **AR** 17 frumentarius ager stercorandus **R** frumentarius ager stercorandum **a** frum̃tarium agrũ stercorandus **S** frumentariũ agrũ stercorandum **Aμ** 18 De minum generibus **Aμ** (se *ante* mi *s. u.* $m^2$) **S** 20 aditiendum **μ** 21 emendatur **Acq** 22 ad *s. u. ante* sementem **S** 23 colantur **S**

quod solum cuique legumini conueniat
quem ad modum et quot operis iugerum quodque frumentorum et leguminum colatur
pro modo cuiusque agri quot operae desiderentur
quae legumina agris prosint quaeque noceant
de generibus stercoris
quibus temporibus agri proscindendi sint
quem ad modum ex aruo prata fiant
quem ad modum facta prata colantur
quem ad modum succisum faenum tractari et condi debeat
de area constituenda
de messe facienda
quo modo araturae fieri debeant
quae per ferias liceat agricolis et quae non liceat facere

## LIBER TERTIVS REI RVSTICAE SVRCVLARIS PRIOR:

quod genus uitis conueniat cuique solo et statu caeli
quae uites suburbanis regionibus ad escam conserendae

4 qδ //// operae **S** qδ ꝑ ea **AR** 7 proscindendi sunt **SAR** 8 aruo **R** arbo **A** (b *in* u *mut.* *m*[2]) **S** 10 succisū **S** succis ut **A**μ succis et **a** succis **R**

15 *sequitur in codicibus argumentum ad librum de arboribus qui uocatur spectans:* Liber tertius phyteuticus surcularis (*rubr. mai.* **SA**). de uitiario faciendo. qualia semina (et semina **A**) et quando legas. quemadmodum semina legas. de malleolis. de uineis constituendis. de generibus uinearum. quem ad modum uites coli debeant. De resecanda uetere uinea (uinea uetera *transpos. signo postea pos.* **S**) et propaganda. de propagatione. de insitione. infructuosas uites fecundas facere. ut uua acinorum genera complura habeat. uineam quo modo putes. de fossura. de pampinatione. ne rubigo uineā uexet (uex̄ **S**). ne formica uitem ascendat (excecat **A**μ exsecat **R**). ne sorices (surices *m. pr. in* **A**) uuas comedant. de arbustis. de olíueto. de pomario constituendo. de scrobibus faciendis. quo modo semina legas. quando ficus serenda sit. de ceteris pomis. de seminario faciendo. de insitione. oliuam fico inserere. de cytiso (cytisso **A**). de salice et genista (genesta **A**). de harundine. de uiola. de rosa.

*quae in codd. sequuntur librorum numeri* quartus, quintus, sextus *c. q. s. in* tertius, quartus, quintus *c. q. s. correxi*

rei *in tit. om.* **SA** 17 statu **SAa** statui **R**

quae uites diffusionis causa deponendae
nomina et qualitates minus aut magis generosarum uitium
disputationem, qua conligitur nihil magis rusticis expedire quam uineas colere
quantum debeat agricola ex disposito malleolo recidere
quantum in singula iugera facere uini
quot iugera debeat unus uinitor colere
quo modo amineas uites feraces facias
quae spectandae sint qualitates in eo solo, quod uineis destinaueris
quo modo terra pastinetur
quot modis uitis ponatur aut in prouinciis aut in Italia
meliorem esse pastinato solo positionem quam in nouali factis scrobibus aut sulcis
quae mensura pastinandi soli uineis abunde sit
quem ad modum et quibus temporibus conserenda sit uitis
quae obseruare debeat qui uitem conserit
contra Iulii Attici positionem, quae contortum malleolum ponit
quam longus esse debeat malleolus
quot genera uitium ponenda sint
utrum distinctis uitium generibus horti conserendi sint an consemineae uineae faciundae

## LIBER QVARTVS REI RVSTICAE SVRCVLARIS SECVNDVS:

contra opinionem Attici et Celsi non esse satis altos scrobes bipedaneos uineaticis seminibus
non oportere unius uiuiradicis materiis duos palos uestire,

2 magis gerosarũ (ne *sup.* er *scr.* $m^2$) **S** magis rosarum **A** 3 colligitur **SAR** 4 collere **A** 8 ãmineas **A** ãmineas *uel* ammineas **R** 9 in eo loco **R** 12 ꝓuincis **S** 14 fictis **A** siccis **a** 16 conserenda sit uitis **R** conserenda sit//'**S** conserendas istis **A** 22 conserendi **R** conserendae **SA** 23 faciundę **S** faciendae **A** faciende **R** 28 uiuiradices **A**μ materi s **S**

sed singula semina singulis adminiculis esse contribuenda
nouam constitutionem uineae, nisi magna et adsidua cura adiuuetur, celeriter interire
prosterni uitem in scrobe et recuruatam usque ab imo solo rectam calamo adplicari oportere
a consitione omnibus mensibus diligenter fodiendum esse
non esse conmittendum, ut in nouella uinea herbae nascantur
ita pampinandas esse uiuiradices, ut ad unam materiam redigantur
eandem pampinationem malleolis adhibendam
tempestiuam pampinationem esse, quae ita tenera est, ut digito palmites facile deiciantur
non oportere per aestatem falce pampinos adnotare
per autumnum ablaqueandum esse utique primo quinquennio
nouellam uineam ante brumam coaequandam
ablaqueata uinea quem ad modum aestiuae ridiculae amputentur
quem ad modum nouella uinea putetur
quod sit optimum tempus putandi
quo modo malleolus resecandus sit
quem ad modum uitis adliganda sit
quem ad modum pampinanda sit uinea
quam alte cantherius leuandus sit
quem ad modum malleolis iugum inponendum sit
quem ad modum nouella uinea frequentanda et propagines faciendae sint

3 assidua **R** 5 in scrobem **R** recurua///tam **S** ab imo *uel* ab uno **R** ad uimo **A** ad///imo **S** 6 calamo **S** calore **AR** adplicare cq applicari **SAR** adplicari μ 8 committendum **SAR** 11 panpinationem **A** 14 panpinus **A** 15 quinquannio *m. pr. in* **A** 16 bruma **A** 17 estiua **AR** redicule **AR** 19 putetur a putentur **AR** (n *postea del.*) **S** 21 resecandus sit *scripsi:* resecandus est **SAR** 22 adliganda μ alliganda **SAR** 24 quam alte cantherius **Sa** quam alterius (canthe *superscr. m. rec.*) **A** qualiter uel quem alte cantherius **R** quam alter cantherius μ 25 palleolis **A** imponendum **R** 26 uineę afrequentanda **S**

quo tempore et cuius aetatis uiuiradix transferenda sit
quem ad modum ex harundinibus iugum faciendum sit
quem ad modum in hortulos uineae diuidendae sint
quem ad modum ueteraneae uineae restituantur
quem ad modum eaedem putentur quaeque bonus uinitor in constituenda uinea aut uitare aut sequi debeat
quem ad modum pampinari debeat
quot fossuris excoli
de inserendis tuendisque uineis
de salictis faciendis
de genistis conserendis
de harundinetis
de castanietis

## LIBER QVINTVS REI RVSTICAE SVRCVLARIS TERTIVS:

quem ad modum datas formas agrorum metiri debeas
quotena semina iugerum in ternos pedes ac deinde usque in denos disposita recipiat
culturas prouincialium uinearum
de ulmariis faciendis
de seminariis oliuarum faciendis
de ordinando arbusto et quae sit eius cultura
de cultu oliuetorum
de arboribus pomiferis
de insitionibus arborum
de cytiso

1 sit **SA** 3 diuidene (d *sup.* ne *scr.* $m^2$) **S** diuidenae (a *postea exp.*) **A** diuidenda **a** 5 eandem **A** 6 constituenda uinea [illegible] aut uitare at (u *superscr.* $m^2$) sequi **S** constituendae uitare uineam adsequi **μ** constituende uitare uineã atsequi **A** constituende uineam ac (ac *postea exp.*) uitare ac sequi **a** constituenda uinea uitare aut assequi **R** 7 panpinari **A** 11 genestis **SAμ**

18 recipias **S** 20 ulmaris **Aa** 22 et *post* arbusto *om.* **Aμ** 26 quytiso **S**

## LIBER SEXTVS REI RVSTICAE ΚΤΗΝΙΚΟΣ:

de bobus probandis
de bobus domandis
de cura et cibariis eorum
uitia boum et medicinas
de tauris
de uaccis
de castratione boum
de equis
medicinas eorum
de mulis
medicinas mularum

## LIBER SEPTIMVS REI RVSTICAE DE PECORE MINVTO:

de minore asello
de ouibus emendis tuendisque
de arietibus eligendis
de ouibus tectis
medicinas pecoris ouilli
de officio pastorum
de capris
medicinas earum
de caseo
de subus
medicinas eorum
de castratione
de canibus
medicinas eorum

1 ΚΤΗΝΙΚΟϹ **SA** *om.* **R** 2 *uerba* de bobus probandis — de castratione boum *om.* **SAaruwyμ** *exhibent* **ckq** 5 et medicinas *scripsi*: et medicine **ckq** 6 thauris **cq** 9 de equis **S** de aequis **A** 10 eorum **R** earum **SA** de medicinis equorum **cdq** 12 medicine mularum **cdq**

19 obilli (b *in* u *mut.* $m^2$) **S** 21 de capris **R** de caparis **A** (a *postea del.*) **S** 25 earum **Saμ**

## LIBER OCTAVVS REI RVSTICAE DE VILLATICIS PASTIONIBVS LIBER PRIMVS:

de cohortalibus gallinis nutriendis et gallinariis constituendis
de seruandis ouis
de gallinis farciendis
de columbis et palumbis farciendis
de columbariis constituendis
de turturibus
de turdis
de pauonibus
de Numidicis et rusticis gallinis
de anseribus
de anatibus et quercedulis
de piscinis faciendis et piscibus alendis

## LIBER NONVS REI RVSTICAE DE VILLATICIS PASTIONIBUS LIBER SECVNDVS MACELLARIVS ET APIARIVS:

de uiuariis faciendis et includendis pecudibus feris
de apibus
quot genera sunt apium et quod ex his optimum genus
quales pabulationes et qui situs pastionum apium esse debeat
de sedibus apium eligendis
de uasis aluorum probandis
quem ad modum alui conlocandae sint
de conparandis apibus
quem ad modum siluestria examina capiantur

3 de chortalibus **S** de pecortalibus (pe *exp. et* hor *sup.* cor *scr. m. rec.*) **A** 6 faciendis (r *sup.* ac *scr.* $m^2$) **S** 14 anetib; **A** 19 de *in tit. om.* **A** 22 fabulationes **S** apium **R** aptus **SA** 24 sedibus **S** sepibus **AR** 26 conlocandi **SA**μ collocandi **R** 27 conparandis **A** comparandis **SR** 28 siluestris **A** examen (*in* -ina *mut.* $m^2$) **S**

quem ad modum uernacula examina prodeuntia obseruentur et in aluos condantur

quem ad modum frequentandae sint alui, quae exigua habent examina

remedia morbo laborantium apium

quid quoque tempore faciant apes et per anni tempora quid earum curator facere debeat

de melle conficiendo et quem ad modum et quando castrari debeant alui

de cera facienda

## LIBER DECIMVS REI RVSTICAE

carmen de cultu hortorum

## LIBER VNDECIMVS HIC EST VILICVS ET HORTORVM.

1 examina *ante* prodeuntia *om.* **AR** 3 frequentanda **A** 5 quid *ante* quoque *om.* **SA**μ quod **cq** 13 utilicus *in tit.* **A**μ uillicus **R** 14 *sequuntur in codd., quibus argumentorum conspectus continetur, exceptis* **cq** *haec uerba, quorum prior pars ad librum sequentem altera ad librum de arboribus qui uocatur spectare uidentur:* Continet autem quae intra uillam agi debeant a muliere officio uilicationis (uilli- **R**) praeposita (prop- **A**). de conditurís uinorum. de custodia pomorum. et pleraque alia quae in oeconomicis libris praecipiuntur. Praeter hos duodecim libros singularis est (ei **R** et **r**) liber (*in* **S** *add. s. u. m*[2]) ad eprium (epirum **r**) marcellum de cultura uinearum et arborum. hic liber aliter (liberaliter **R**) quam indicem habet' (*sic* **SA**; habet **R**) inscriptus (*sic* **SA**; in scripturis *uel* inscripturis **R**).

LIBRARY
DEC 17 1968
UNIVERSITY OF TORONTO

COLLECTIO SCRIPTORVM VETERVM VPSALIENSIS

# L. IVNI MODERATI COLVMELLAE

## OPERA QVAE EXSTANT

RECENSVERVNT

VILELMVS LUNDSTRÖM

ÅKE JOSEPHSON
STEN HEDBERG

FASCICVLVS OCTAVVS
REI RVSTICAE LIBRVM DVODECIMVM
CONTINENS

VPSALIAE
ERANOS' FÖRLAG
MCMLXVIII

L. IVNI MODERATI COLVMELLAE

# REI RVSTICAE

## LIBER XII

RECENSVIT

STEN HEDBERG

VPSALIAE
TYPIS DESCR. ALMQVIST & WIKSELL SOC.
MCMLXVIII

*Maiorem partem impensae praebuit*

STATENS HUMANISTISKA FORSKNINGSRÅD

## PRAEFATIO

Fasciculus octauus atque ultimus huius editionis eodem tempore atque fasciculus tertius perfectus est. Quam ob rem superuacuum est hic ea omnia referre quae in praefatione fasciculi tertii dicuntur.

Verba aliquot ubicumque praebentur iisdem cum uariationibus a codicibus praebentur: scriba legem, quomodo ea uerba scribenda essent, habuisse nec scripturam exemplaris sui secutus esse uidetur. Ea uerba infra refero, ne in apparatu critico eaedem uariationes saepius citentur:

*intellego*, *neglego* et uerba ex iis deriuata a codice **R** sub forma *-lig-*praebentur.
*quia:* **A** notam habet, quae *qui* intellegi potest; **R** saepissime *qui* habet.
*quoniam:* **SA** notam *quō* habent, **R** *quom* uel *quoniam* praeter aliquot (wåzäcγ**bϱ**), qui *cum* habent.
*sextarius : sestarius* **S**.
*uilica*, *uilicus: uilli-* wåzäcqγ**b**lpϱçæ.
*umor*, *umidus* etc.: *hum-* ($\mathbf{A}^2$)**R**.
Praenomina a codicibus **S** et **A** integra praebentur; **R** litteram initialem habet.

Scribebam Upsaliae mense Martio a. MCMLXVIII.

*Sten Hedberg*

# INDEX SIGLORUM

Litteris nigrioribus ei codices designantur qui plurimum ualent atque saepius citantur; ceteri tum tantum citantur cum per coniecturam textum bonum praebent pauci codices recentiores.

**S** = Sangermanensis, olim Petropolitanus 207, nunc Leninopolitanus Clas. Lat. F v 1
**A** = Ambrosianus L 85 sup.
**b** = Bibl. Brer. Mediol. A.D. XV,4
c = Caesenas Malatestianus, Plut. 24 sin. 2
d = Laurentianus, Conu. Suppr. 285
e = Scorialensis, R. I. 7
**f** = Mus. Brit., Add. 19903
**h** = Vindobonensis, Lat. 81 et 3144
**j** = Mus. Brit., Add. 17295
l = Lipsiensis, Bibl. uniuers., Rep. I, 13
**m** = Venetus, Marcianus 462
o = Vaticanus, Ottob. Lat. 1700
p = Laurentianus, Plut. 53,27
q = Laurentianus, Plut. 91 inf. 6
**r** = Vaticanus, Lat. 1525
t = Bononiensis, Bibl. uniuers., 2523
u = Vaticanus, Urbinas Lat. 260
w = Vaticanus, Lat. 1524
x = Gotoburgensis, Bibl. uniuers., Lat. 28
**y** = Vaticanus, Lat. 1527
z = Vindobonensis, Lat. 33
å = Mus. Brit., Lansdowne 833
ä = Parisinus, Lat. 6830 A
ü = Parisinus, Lat. 6830 C
æ = Laurentianus, Aedil. 168
ą = Mus. Brit., Arundel 81
**ç** = Valentinus, Bibl. uniuers., Lat. 651
**ń** = Neapolitanus, Lat. V A 6

$^1$ = textus primus, qui aliquo modo et aliquando ab aliquo correctus est.
$^2$ = textus secundus, qui in loco lectionis primae deletae uel non deletae scriptus est.

γ = consensus codicum xüt
λ = » » **mb**
ρ = » » **rń**
σ = » » **fρyç**
R = » » **hjλσ** uel omnium uel omnium praeter eos qui separatim laudantur

*Ald.* = Libri de re rustica M. Catonis lib. I, M. Terentii Varronis lib. III, L. Juni Moderati Columellae lib. XIII, Palladii lib. XIIII. [Ed. Jucundus Veronensis.] Venetiis in aedibus Aldi et Andr. soceri mense Maio 1514.

*ALL* = Archiv für lateinische Lexikographie und Grammatik ... Hrsg. von E. Wölfflin. Leipzig. Jahrg. 1(1884)–9(1893), Bd. 9–15 (1896–1908).

*diss.* = S. Hedberg, Contamination and interpolation. A study of the 15th century Columella manuscripts. (Acta Universitatis Upsaliensis. Studia Latina Upsaliensia 4.) [Diss.] Uppsala 1968.

*ed.pr.* = Rei rusticae scriptores Cato, Terentius Varro, Columella et Palladius Rutilius. [Ed. Georgius Merula.] Venetiis 1472.

*F.-H.* = Lucius Iunius Moderatus Columella on agriculture. With a recension of the text and an English translation by E. S. Forster and Edward H. Heffner. (Loeb classical library. Latin authors.) II–III. Res rustica V–XII, De arboribus. London & Cambridge, Mass., 1954–1955.

*Gesner* = Scriptores rei rusticae ueteres Latini: Cato, Varro, Columella, Palladius, quibus nunc accedit Vegetius De mulo-medicina et Gargilii Martialis fragmentum, cum editionibus prope omnibus et mss. pluribus collati. Adiectae notae uirorum clariss. integrae tum editae tum ineditae et lexicon rei rusticae. Curante Jo. Matthia Gesnero. Lipsiae 1735.

*Schn.* = Scriptores rei rusticae ueteres Latini. Ex librorum scriptorum atque editorum fide et uirorum doctorum coniecturis correxit atque interpretum omnium collectis et excerptis commentariis suisque illustrauit Jo. Gottlob Schneider. T. I–IV. Lipsiae 1794–1796.

*Urs.* = Fulvius Ursinus, Notae ad M. Catonem, M. Varronem, L. Columellam de re rustica. Romae 1587.

Reliquos editores uel commentatores per apparatum et commentarium Gesneri et Schneideri cognoui.


S
A
R
h j λ f ρ y ç ø (l) (p)
(u) m b r ń
(φ)
(cqγ)
(ψ)

# L. IVNI MODERATI COLVMELLAE

# REI RVSTICAE

## LIBER DVODECIMVS

## VILICA

## LIBER DVODECIMVS HAEC CONTINET


I. Καθολικά curae domesticae, et praecepta, quae uilica exsequi debeat.
II. Quemadmodum tractare debeat penora cellarius.
III. Idem ipse quae et qualia uasa parare debeat penoribus et salgamis condiendis.
IV. Quemadmodum ex uino uapido acetum fiat.
V. Quemadmodum muria dura fiat.
VI. Quae per quattuor tempora anni herbae et quemadmodum condiantur.
VII. Oxygala quemadmodum fiat.
VIII. Pirorum et malorum ceterorumque pomorum compositio.
IX. Aquae marinae et aquae dulcis cocturas.
X. Compositiones, quibus uina condiantur.
XI. Curationem uini.
XII. De mella et aqua mulsa facienda.
XIII. De caseo in usus domesticos seruando.
XIV. De malis et piris in sole siccandis.
XV. De ficis aridis.
XVI. De uuis passis faciendis.
XVII. De aceto ficulneo faciendo.
XVIII. Quae uindemiae praeparanda sint.
XIX. De compluribus generibus conditurarum, quibus uinum confirmatur.
XX. De passo faciendo.
XXI. De sapa coquenda.


---

*Titulus:* L (Liber **Ahjσ**) Iuni Moderati Columellae rei rusticae liber tertius decimus. Vilica (Vilicae **S**). Liber tertius decimus haec continet **SAhjσ** *om.* **λ**

*Argumentum: arg. om.* **λ** – duodecimus *Ald.* tertius decimus **SAhjσ** – *numeros pr.* **Ajρy** – 1 καθολικα **SAjf** capitula **y** *om.* **hρς** – exequi **AR** – 4 diuino **A**¹ – uappido **S** apido **A**¹ auido **A**² – 5 uria **S**¹**A** – 9 *hoc et sequens in unum conscr.* **SAhjσ** – condiuntur **S** – 11 *hoc et sequens in unum conscr.* **SAhjσ** – 12 mella *scripsi* mel **SAhfyς** melle **ρ** mele **j** – 13 caseos **S** – 16 faciundis **R** – 17 acetu **A** – 19 uina **S** – confirmantur **S**² – 22 fruto **fρy** – 23 fruto **fρy** – Neapolitanam **Ahjfyς** – 25

XXII. De defruto faciendo.
XXIII. Item de defruto coquendo, quod quidam Neapolitanum uocant.
XXIV. Quemadmodum mustum infirmi generis ad uetustatem possit perduci.
XXV. Remedium languentis uini.
XXVI. Si quod animal in mustum ceciderit et interierit, quemadmodum mustum remedietur.
XXVII. Vinum scilliten quemadmodum facias.
XXVIII. Acetum scilliten quemadmodum fiat.
XXIX. Vinum absinthiten quemadmodum facias.
XXX. Vinum abrotoniten et hysopiten ceterarumque notarum facere.
XXXI. Vinum ex myrtis quemadmodum fiat.
XXXII. Lora quemadmodum fiat.
XXXIII. Caseus quemadmodum ex musto seruetur.
XXXIV. Uuae ollares quemadmodum conponantur.
XXXV. Mala granata quemadmodum seruentur.
XXXVI. Mala orbiculata, Cestiana, melimela ceteraque genera quemadmodum seruentur.
XXXVII. Inulae condituram.
XXXVIII. Oliuarum albarum et nigrarum condituras.
XXXIX. Sampsa quemadmodum fiat.
XL. Oleum quemadmodum fiat.
XLI. Gleucinum oleum quemadmodum conponatur.
XLII. Oleum ad unguenta quemadmodum facias.
XLIII. Rapa et napos quemadmodum condias.
XLIV. Sinape quemadmodum facias.
XLV. Holeris atri et siseris radicem quemadmodum condias.
XLVI. Moretum quemadmodum facias.
XLVII. Oxyporum quemadmodum conponas.

---

languientis **S** – uinum **SAhjyç** *post add.* Vinum dulce quemadmodum facias **f** – 26 *post* interierit *in duo diuis. pr.* **SAhjσ** – 27 scilliten **SA** scyllitem **jfç** scillitem **ρ** styllicem **y** – 28 scilliten **SA** scyllitem **jfç** scillitem **ρ** styllitem **y** – 29 absinthitem **hfç** absinthytem **j** absithitem **ń** absintheum **y** – 30 *post* hysopiten *in duo diuis. pr.* **Ahjσ** – hysopiten **S** chysopiten **A** hisopitem **hρ** hysopitem **jfç** thisopiten **y** – 31 murtys **j** murtis **σ** – 32 fiant **SA** – 34 collares **Ahρ** – 36 *om.* **Ah** – 37 *hoc et sequens in unum conscr.* **SAR** – conditarum **AR** – 38 aluarum **S** – 39 sanipsa **Afr**[2] – 42 *post add.* Salsinum quemadmodum facias **f** – 46 moretum **SAç** muretum **h** murtetum **jfry** mirtetum **ń**

*1* Xenophon Atheniensis eo libro, Publi Siluine, qui Oeconomicus inscribitur, prodidit maritale coniugium sic comparatum esse natura, ut non solum iucundissima, uerum etiam utilissima uitae societas iniretur: nam primum, quod etiam Cicero ait, ne genus humanum temporis longinquitate occideret, propter hoc marem cum femina esse coniunctum, deinde, ut ex hac eadem societate mortalibus adiutoria senectutis nec minus propugnacula praeparentur. *2* tum etiam, cum uictus et cultus humanus non, uti feris, in propatulo ac siluestribus locis sed domi sub tecto adcurandus erat, necessarium fuit alterutrum foris et sub diuo esse, qui labore et industria compararet, quae tectis reconderentur — siquidem uel rusticari uel nauigare uel etiam genere alio negotiari necesse erat, ut aliquas facultates adquireremus. *3* cum uero paratae res sub tectum essent congestae, alium esse oportuit, qui et inlatas custodiret et ea conficeret opera, quae domi deberent administrari: nam et fruges ceteraque alimenta terrestria indigebant tecti, et ouium ceterarumque pecudum fetus atque fructus clauso custodiendi erant nec minus reliqua utensilia, quibus aut alitur hominum genus aut etiam excolitur.

*4* Quare, cum et operam et diligentiam desiderarent ea, quae proposuimus, nec exigua cura foris adquirerentur, quae domi custodiri oporteret, iure, ut dixi, natura comparata est [opera] mulieris ad domesticam diligentiam, uiri autem ad exercitationem forensem et

---

**pf.:** 4–44 *Xen. oec. 7,18–28*

---

**pf:** 1 eoconomicus **Ahjy** aeconomicus **mfρç** iconomicus **b** – 4 iniretur *bis* **A** – nam primum *Schn.* iam pridem **SAR** – 5 temporis *om.* **A** – longiquitate **A** – occiderit **AR** – 8 cum **SAjλρ** quom **hfy** quoniam **ç** – 10 adcurandum **SA** – erit **A** – 11 duo **S**$^{1}$ – 14 negotiatori **A** – 15 atquireremus **SA** adquereremus **h** adquiremus **b** – paretae **h**$^{1}$ partae **h**$^{2}$**jλr**$^{2}$**y**$^{2}$ parte ratae **f** – 17 et *om.* **A** – ea **SA** cetera **R** – 19 tecto **R** – 20 custodienda **R** – 21 aut *om.* **SA** – 23 desiderarent **λy**$^{2}$**ç** desideraret **Sjf** considerarent **Ahb**$^{1}$**ńy**$^{1}$ desiderarent uel considerarent **r** – 24 ne **Ahλfryç** – atquirerentur **SA** – 26 *ante* natura *add.* a **R** – opera **SAR** *om.*

extraneam; itaque uiro calores et frigora perpetienda, tum etiam itinera et labores pacis ac belli, id est rusticationis et militarium stipendiorum, deus tribuit. *5* mulieri deinceps, quod omnibus his rebus eam fecerat inhabilem, domestica negotia curanda tradidit, et, quoniam hunc sexum custodiae et diligentiae adsignauerat, idcirco timidiorem reddidit quam uirilem; nam metus plurimum confert ad diligentiam custodiendi. *6* quod autem necesse erat foris et in aperto uictum quaerentibus nonnunquam iniuriam propulsare, idcirco uirum quam mulierem fecit audaciorem; quia uero partis opibus aeque fuit opus memoria et diligentia, non minorem feminae quam uiro earum rerum tribuit possessionem; tum etiam, quod simplex natura non omnis res commodas amplecti ualebat, idcirco alterum alterius indigere uoluit, quoniam, quod alteri deest, praesto plerumque est alteri.

*7* Haec in Oeconomico Xenophon et deinde Cicero, qui eum Latinae consuetudini tradidit, non inutiliter disseruerunt; nam et apud Graecos et mox apud Romanos usque in patrum nostrorum memoriam fere domesticus labor matronalis fuit, tamquam ad requiem forensium exercitationum, omni cura deposita, patribus familias intra domesticos penatis se recipientibus. erat enim summa reuerentia cum concordia et diligentia mixta, flagrabatque mulier pulcherrima diligentiae aemulatione studens negotia uiri cura sua maiora atque meliora reddere. *8* nihil conspiciebatur in domo diuiduum, nihil, quod aut maritus aut femina proprium esse iuris sui diceret, sed in commune conspirabatur ab utroque, ut cum forensibus negotiis matronalis industria rationem parem faceret. itaque ne uilici quidem aut uilicae magna erat opera, cum ipsi domini cotidie negotia sua reuiserent atque administrarent. *9* nunc uero, cum

---

**e** – 30 stipendierum **S**$^{1}$ stipendiarum **S**$^{2}$**A** – deus tribuit **S**$^{2}$ de usu tribuit **S**$^{1}$**A** distribuit **R** – 32 inhabitabilem **A** – 33 custodia **SA** – 34 rcddidit **S**$^{1}$ – 35 confert ad **S**$^{2}$**R** confert at **S**$^{1}$ conferat **A** – 38 facit **A** – 39 uiro **SA** – opus **SR** opibus **A** – memoriam **SA** – 42 ualebat **t**$^{2}$ uolebat **SAR** – 43 uolui **A** – quoniam quod **R** quod quia **SA** – 44 deest **R** id est **SA** – 45 oecomico **A**$^{1}$ aeconomico **hλρç** eoconomico **j** – et *om.* **SA** – 46 non **R** quod **SA** – 47 apud (*ante* Romanos) **SR** aput **A** – 48 domesticos **A**$^{1}$ – 49 forentium **SA** – deposito **A** – 50 familiis **SA** – penates **S**$^{2}$**jń** – 51 cordia **A** – 52 diligentiae *om.* **SA** – aemulationes **SA** – sua *om.* **R** – 54 iuri *uel* uiri **Aλ** – 55 conspirabatur **fr**$^{2}$**y**$^{2}$**ç** conspiciebatur **SAhjλρy**$^{1}$ – utraque **SA** – 57 quotidie **jλρyç** – 58 adque **S**$^{1}$ – *ante* nunc *rubr.* De luxu

pleraeque sic luxu et inertia diffluant, ut ne lanificii quidem curam suscipere dignentur, sed domi confectae uestes fastidio sint, peruersaque cupidine maxime placeant, quae grandi pecunia et paene totis censibus redimuntur, nihil mirum est easdem ruris et instrumentorum agrestium cura grauari sordidissimumque negotium ducere paucorum dierum in uilla moram.

*10* Quam ob causam, cum in totum non solum exoleuerit sed etiam occiderit uetus ille matrum familiarum mos Sabinarum atque Romanarum, necessaria inrepsit uilicae cura, quae tueretur officia matronae, quoniam et uilici quoque successerunt in locum dominorum, qui quondam, prisca consuetudine, non solum coluerant sed habitauerant rura. uerum ne uidear intempestiue censorium opus obiurgandis moribus nostrorum temporum suscepisse, iam nunc officia uilicae persequar.

## 1 Praecepta, quae uilica exsequi debeat

*1* Ea porro, ut institutum ordinem teneamus, quem priore uolumine inchoauimus, iuuenis esse debet, id est non nimium puella, propter easdem causas, quas de aetate uilici rettulimus, integrae quoque ualitudinis, nec foedi habitus nec rursus pulcherrima; nam inlibatum robur et uigiliis et aliis sufficiet laboribus. foeditas fastidiosum, nimia species desidiosum faciet eius contubernalem; *2* itaque curandum est, ut nec uagum uilicum et auersum a contubernio suo habeamus nec rursus intra tecta desidem et complexibus adiacentem feminae.

Sed nec haec tantum, quae diximus, in uilica custodienda sunt: *3* nam in primis considerandum erit, an a uino, ab escis, a superstitionibus, a somno, a uiris remotissima sit, et ut cura eam subeat,

---

**1:** *Cato agr. 143*

---

mulierum **SAhmfρyç** – 59 pleraque **SAλ** – defluant **j** diffluunt **hλρyç** – lanificiis **S** – 60 uectes **A**$^{1}$ – 63 grauari sordidissimumque (sordis- **S**$^{1}$) **SR** grauisimumque **A** – 64 morari **R** – 65 exoleuerit **Ahjρyç** exsoluerit **Sf** exoluerit **λ** – 66 familiaru **S** – mos *om.* **A**$^{1}$ – Sabinarum **SR** ossa binarum **A** – 67 Romanorum **Amrç**$^{1}$ – 69 consuetudinem **S**$^{1}$**A** *ante* prisca *trp.* **A** – 70 inhabitauerant **S**$^{2}$ – censurim **S** censuri **A**$^{1}$ censori **A**$^{2}$ consortium **j** – opus *om.* **SA** – 71 obiurgandibus **A**

**1:** 1 *pr.* **SAhλfryç** – uilicae **Amfry** – exequi **Ahλfyç** – 2 institutu **A** – quae **SA** – 4 uili **S**$^{1}$**A** – retulimus **SAhjmryç** – 5 ualetudinis **S**$^{2}$**Ajfy** – pulcherrimi **R** (*exc.* **h**$^{1}$) – contybernalem **S**$^{1}$**A** – 8 ulicum **S**$^{1}$**A**$^{1}$ – aduersum **jmń** – a *om.* **AR** – contybernio **SA** – 9 deside **A** – 10 feminam **R** – 11 nec *om.* **A** – haec *om.* **S** – 13 curae an **SA** – 14 quid (*ante* meminisse) **S**$^{2}$**AR** quit **S**$^{1}$ – quid (*ante*

quid meminisse, quid in posterum prospicere debeat, ut fere eum morem seruet, quem uilico praecepimus, quoniam pleraque similia esse debent in uiro atque femina; et tam malum uitare quam premium recte factorum sperare; tum elaborare, ut quam minimam operam uilicus intra tectum impendat, cui et primo mane cum familia prodeundum est et crepusculo peractis operibus fatigato redeundum. *4* nec tamen instituendo uilicam domesticarum rerum uilico remittimus curam, sed laborem eius adiutrice data leuamus. ceterum munia, quae domi capessuntur, non in totum muliebri officio relinquenda sunt, sed ita deleganda ei, ut identidem oculis uilici custodiantur; sic enim diligentior erit uilica, si meminerit ibi esse, cui frequenter ratio reddenda sit.

*5* Ea porro persuasissimum habere debebit aut in totum aut certe plurimum domi se morari oportere; tunc, quibus aliquid in agro faciendum erit seruis, eo⟨s⟩ foras emittere, quibus autem in uilla quid agendum uidebitur, eos intra parietes continere atque animaduertere, ne diurna cessando frustrentur opera; quae domum autem inferuntur, diligenter inspicere, ne delibata sint, et ita explorata atque inuiolata recipere; tum separare, quae consumenda sunt, et, quae superfieri possunt, custodire, ne sumptus annuus menstruus fiat. *6* tum, si quis ex familia coeperit aduersa ualitudine adfici, uidendum erit, ut is quam commodissime ministretur; nam ex eiusmodi cura nascitur beniuolentia nec minus obsequium; quin etiam fidelius quam prius seruire student, qui conualuerunt, cum est aegris adhibita diligentia.

**2** *1* Post haec meminisse debebit, quae inferantur, ut idoneis et salubribus locis recondita[e] sine noxa permaneant. nihil enim magis curandum est quam praeparare, ubi quidque reponatur, et unde, cum opus sit, promatur. ea loca qualia esse debeant, et primo uolumine, cum uillam constitueremus, et undecimo, cum de uilico dispu-

**2:** *Cato agr. 143*

in) **S²AR** quit **S¹** – fere eum **SR** ferum **A** – 19 et *om.* **A¹** – 22 capescenda **R** – in **AR** it **S¹** id **S²** – 23 deligenda **A¹** deliganda **A²** delegenda **jλ** – 24 uilica ... ibi *om.* **SA** – ratio frequenter **R** – 26 ea **AR** e **S** – 27 memorari **R** – 28 eos **ü²** eo **SAR** – 30 cessendo **SA** – frustentur **hjmf** – 33 annus **SAh¹f** – 34 ualetudine **jmfy** – 35 his **AR**

**2:** 2 recondita **ütp** reconditae (-dereitae **f¹**) **R** *om.* **SA** – 3 quitque **S¹** – unde *om.* **SA** – 4 *ante* primo *add.* in **R** – 5 *ante* undecimo *add.* in **R** – uilico **SA** officio uilici **R** – 9 commodissimi **A¹** commodisim **A²** – 10 superlectilem **SA** – 14

taremus, iam dicta sunt. *2* sed ne nunc quidem demonstrare breuiter pigebit: nam quod est excelsissimum conclaue, pretiosissima uasa et uestem desiderat, quod denique horreum siccum atque aridum, frumentis habetur idoneum, quod frigidum, commodissime uinum custodit, quod bene inlustre, fragilem supellectilem atque ea postulat opera, quae multi luminis indigent. *3* praeparatis igitur receptaculis oportebit suo quidque loco generatim atque etiam specialiter nonnulla disponere, quo facilius, cum quid expostulabit usus, recipere possit. nam uetus est prouerbium: paupertatem certissimam esse, cum alicuius indigeat, uti eo non posse, quia ignoretur, ubi proiectum iaceat, quod desideratur. itaque in re familiari laboriosior est neglegentia quam diligentia.

*4* Quis enim dubitet nihil esse pulchrius in omni ratione uitae dispositione atque ordine, quod etiam ludicris spectaculis licet saepe cognoscere: nam ubi chorus canentium non ad certos modos neque numeris praeeuntis magistri consensit, dissonum quiddam et tumultuosum audientibus canere uidetur; at ubi certis numeris ac pedibus uelut facta conspiratione consensit atque concinuit, ex eiusmodi uocum concordia non solum ipsis canentibus amicum quiddam et dulce resonat uerum etiam spectantes audientesque laetissima uoluptate permulcentur. *5* iam uero in exercitu neque miles neque imperator sine ordine ac dispositione quicquam ualet explicare, cum armatus inermem, eques peditem, plaustrum equitem, si sint permixti, confundant. haec eadem ratio praeparationis atque ordinis etiam in nauigiis plurimum ualet: nam ubi tempestas incessit et est rite disposita nauis, suo quidque ordine locatum armamentum sine trepidatione minister promit, cum est a gubernatore postulatum. *6* quod si tantum haec possunt uel in theatris uel in exercitibus uel etiam in nauigiis, nihil dubium est, quin cura uilicae ordinem dispositionemque rerum, quas reponit, desideret: nam et unumquidque facilius consideratur, cum est adsignatum suo loco, et, si quid forte abest, ipse uacuus locus admonet, ut, quod deest, requiratur; si quid uero curari aut concinnari oportet, facilius intel-

---

recipere **SAhjρy**[1]**ç** reperiri **λfy**[2] reperire **r**[2] – 15 indigeas **R** – uti **SR** ut **A** – 16 in re **AR** rei **S** – 20 at **S**[1] – 21 preuntis **S**[1]**fç** praeceuntis **y** – 22 uidentur **S**[1] – ad **S**[1] – 23 continuit **S** – 27 ualeat **AR** – 28 perditem **SA** – equites **R** – 29 eadem **R** enim **SA** – 31 suo quidque **p** suo quitque **S** suoque quid (quod **h**[1]) **Ahλρy** suoque quidque **jfç** – 34 excitibus **S**[1] – 36 unumquidque **j** unumquitque **SA** unumquodque **hλσ** – consideratur **üp** consideratum **SAR** – 37 dees **SA** –

legitur, cum ordine suo recensetur. de quibus omnibus Marcus Cicero, auctoritatem Xenophontis secutus in Oeconomico, sic inducit ⟨I⟩schomachum sciscitanti Socrati narrantem:

3 *1* Praeparatis idoneis locis instrumentum et supellectilem distribuere coepimus. ac primum ea secreuimus, quibus ad res diuinas uti solemus, postea mundum muliebrem, qui ad dies festos comparatur, deinde ad ⟨bellum⟩ uirilem, item dierum sollemnium ornatum nec minus calciamenta utrique sexui conuenientia; tum iam seorsum arma ac tela separabantur et in altera parte, quibus ⟨ad⟩ lanificia utuntur, *2* post, quae ad cibum comparandum uasa adsolent, construebantur; inde, quae ad lauationem, quae ad exornationem, quae ad mensam cotidianam atque epulationem pertinent, exponebantur; postea ex his, quibus cotidie utimur, quod menstruum esset, seposuimus; annuum quoque in duas partes diuisimus: nam sic minus fallit, qui exitus futurus sit. *3* haec postquam omnia secreuimus, tum suo quaeque loco disposuimus. deinde, quibus cotidie seruuli utuntur, quae ad lanificia, quae ad cibaria coquenda et conficienda pertinent, haec ipsis, qui his uti solent, tradidimus et, ubi exponerent, demonstrauimus et, ut salua essent, praecepimus. *4* quibus autem ad dies festos et ad hospitum aduentum utimur et ad quaedam rara negotia, haec promo tradidimus et loca omnium demonstrauimus et ei omnia adnumerauimus

---

3: 1–27 *Xen. oec. 9,6–10*

---

39 recensentur **S** – 40 Xenofontis **S** Xenophontes **A** zenophontis **r** – secutus **Sρç** sequutus **hjλfy** *om.* **A** *ante* Xenophontis *trp.* **j** – oeconomico **fy** oeconomicos **SA** economico **hjbrç** oceonomico **m** eonomico **ń** – 41 Ischomachum **q** Schomachum **S** Scomachum **Ajbf** Stomachum **hńyç** Scomacum **m** Schomacum **r**

3: 1 superlectilem **SA** – 5 bellum *add. Schottus, om.* **SAR** – solemnium **R** – 7 seperabantur **h**[2] preparabunt **λ** preparabantur **fńy**[2] separabuntur uel preparabrabantur **r** *om.* **h**[1] – 8 ad **ç** *om.* **SAR** – 9 *post* uasa *add.* ut **A**[2]**R** – 11 quotidianam **R** – 12 quotidie **jλσ** – 13 menstrum **S** – posuimus **A** – annum **AR** – 14 ducas **A** – diuisas **A** – 16 quotidie **hjσ** quottidie **λ** – 17 ad (*ante* lanificia *et ante* cibaria) **S**[2]**AR** at **S**[1] – 18 conficiendo **A** – ipsis qui his **SA** ipsa quibus **j** ipsa quis **hλfńy** ipsa qui **r** ipsa qui iis **ç** – 19 exponerent **SA** ea ponerent **R** – 21 ad (*ante* quaedam) **SR** at **A** – 22 promo *Gesner* prima **S**[1] primo **S**[2]**AR** – 24 admonui-

atque adnumerata ipsi exscripsimus eumque monuimus, ut, quodcumque opus esset, sciret, unde daret, et meminisset atque adnotaret, quid et quando et cui dedisset, et cum recepisset, ut quidque suo loco reponeret.

*5* Igitur haec nobis antiqui per ⟨I⟩schomachi personam praecepta industriae ac diligentiae tradiderunt, quae nunc nos uilicae demonstramus. nec tamen una eius esse cura debebit, ut clausa custodiat, quae tectis inlata receperit, sed subinde recognoscat atque consideret, ne aut supellex uestisue condita situ dilabatur aut fruges aliaue utensilia neglegentia desidiaque sua corrumpantur; *6* pluuiis uero diebus, uel cum frigoribus aut pruinis mulier sub dio rusticum opus obire non potuerit, ut ad lanificium reducatur praeparataeque sint et pectitae lanae, quo facilius iusta lanificio persequi atque exigere possit. nihil enim nocebit, si sibi atque actoribus et aliis in honore seruulis uestis domi confecta fuerit, quo minus patris familiae rationes onerentur.

*7* Illud uero etiam in perpetuum custodiendum habebit, ut eos, qui foris rusticari debebunt, cum iam e uilla familia processerit, requirat, ac si quis, ut euenit, curam contubernalis eius intra tectum tergiuersans fefellerit, causam desidiae sciscitetur exploretque, utrum aduersa ualitudine inhibitus restiterit an pigritia delituerit, et, si compererit uel simulantem languorem, sine cunctatione in ualitudinarium deducat; praestat enim opere fatigatum sub custodia requiescere unum aut alterum diem quam pressum nimio labore ueram noxam concipere.

*8* Denique uno loco quam minime oportebit eam consistere: neque enim sedentaria eius opera est, sed modo ad telam debebit accedere ac, si quid melius sciat, docere, si minus, addiscere ab eo, qui plus intellegat; modo eos, qui cibum familiae conficiunt, inuisere, tum etiam culinam et bubilia nec minus praesepia emundanda

---

mus **R** – 26 atnotaret $S^1$ – et (*ante* quando) *om.* $A^1$ – 27 quitque $A^1$ – 28 noui **A** – ab antiquis **R** – Ischomachi **q** Scomachi **SAhjλf** Schomachi **r** Scomathi **ń** Stomachi **yç** – 30 demonstrauimus **hλρ** – cura esse **R** – 32 suppellex **Amy** supplex **r** – aut (*ante* fruges) **SR** ut **A** – 33 aliaue **SR** aliquaue **A** – desidiaue **R** – 34 diuo **brç** – 36 iuxta **jλρ** – persequat quae $S^1$**A** – 37 si *om.* **A** – 38 seruolis **hfyç** – 40 ero $S^1$ – 41 forus $A^1$ – recesserit **A** – 44 ualetudine $A^2$**hfy** – dilituerit **A** – 45 et si compererit *om.* $S^1$ – 46 ualetudinarium $A^2$**hjfy** – 47 *post* pressum *add.* animum **mf**$r^2y^2$ – 50 at $S^1A^1$ – 52 cium $S^1A^1$ – 53 culina **SAjρy** – bouilia **SA** bublia **h** – praesepia emundanda $S^2$ praesepiae mundanda

curare; ualitudinaria quoque, uel si uacent ab inbecillis, identidem aperire et inmunditiis liberare, ut, cum res exegerit, bene ordinata et salubria languentibus praebeantur; *9* promis quoque et cellariis aliquid attendentibus aut metuentibus interuenire, nec minus interesse pastoribus in stabulis fructum cogentibus aut [ut] fetus ouium aliarumue pecudum subrumantibus; tonsuris uero earum utique interesse et lanas diligenter percipere et uellera ad numerum pecoris recensere; tum insistere atriensibus, ut supellectilem exponant; et aeramenta detersa nitidentur atque rubigine liberentur, ceteraque, quae refectionem desiderant, fabris concinnanda tradantur. *10* postremo, his rebus omnibus constitutis, nihil hanc arbitror distributionem profuturam, nisi, ut iam dixi, uilicus saepius et aliquando tamen dominus aut matrona considerauerit animaduerteritque, ut ordinatio instituta conseruetur. quod etiam in bene moratis ciuitatibus semper est obseruatum, quarum primoribus atque optimatibus non satis uisum est bonas leges habere, nisi custodes earum diligentissimos ciues ⟨creassent⟩, quos Graeci νομοφύλακας appellant. *11* horum erat officium eos, qui legibus parerent, laudibus prosequi nec minus honoribus, eos autem, qui non parerent, poena multare, quod nunc scilicet faciunt magistratus adsidua iurisdictione uim legum custodientes. sed haec in uniuersum administranda tradidisse abunde sit.

**4** *1* Nunc de ceteris rebus, quae omissae erant prioribus libris, quoniam uilicae reseruabantur officiis, praecipiemus, et, ut aliquis ordo custodiatur, incipiemus a uerno tempore, quoniam fere maturis atque trimenstribus consummatis sationibus uacua tempora iam contingunt ad ea exequenda, quae deinceps docebimus.

*2* Paruarum rerum curam non defuisse Poenis Graecisque auctoribus atque etiam Romanis memoria tradidit: nam et Mago Carthaginiensis et Hamilcar, quos secuti uidentur Graecae gentis non

**S$^1$A** praesepia (-fep- **f**) mundanda **R** – 54 ualetudinaria **Ahjmfy** – uagent **S** – 55 inmunditis **S$^1$** – 56 promis **SAh$^1$br$^2$y$^1$** penis **h$^2$jmfr$^2$y$^2$ç** promptis **ρ** – 57 aut metuentibus *om.* **SAh** – 58 ut **SAR** *om.* **zü$^2$tpy** – foetus **Ahλyç** – 59 uerum **R** – 60 utique **SAλσ** etiam **hjr$^1$y$^1$** – et lanas diligenter **SA$^2$R** pastoribus insta **A$^1$** – *post* lanas *add.* etiam **R** – 61 recenser **S$^1$A$^1$** recenseri **S$^2$** – atriensibus **üpńçæ** atrientibus **SAR** – superlectilem **SA$^1$** – 62 nidentur **SA** – 63 *post* quae *add.* si **hmσ** sic **j** – concinanda **A** – 65 profuturum **hjλfyç** – 67 constituta **SA** – 68 ciuilibus **S** – 69 optumatibus **hmfy** – 70 creassent **p** *om.* **SAR** – νομοφυλακας **SAhjfç** *om. u. sp. r.* **λρy** – 71 appellant **S$^1$S$^3$R** appellabant **S$^2$Ańyç**

4: 4 atque *bis* **A$^1$** – trimestribus **mρ** – consumatis **bryç** – 5 contingant **S$^1$** – 7 Magis **A$^1$** Magon **A$^2$** – Carthaginensis **hλρyç$^1$** – 8 Hamilcar **S$^2$j** Hmilcar **S$^1$**

obscuri scriptores Mnaseas atque P[h]axamus, tum demum nostri generis, postquam a bellis uacuum fuit, quasi quoddam tributum uictui humano conferre non dedignati sunt, ut Marcus Ambiuius et †Mecenas† Licinius, tum etiam Gaius Matius, quibus studium fuit pistoris et coqui nec minus cellarii diligentiam suis praeceptis instruere. *3* his autem omnibus placuit eum, qui rerum harum officium susceperit, castum esse continentemque oportere, quoniam totum in eo sit, ne contrectentur pocula uel cibi nisi aut inpubi aut certe abstinentissimo rebus ueneriis; quibus si fuerit operatus uel uir uel femina, debere eos flumine aut perenni aqua, priusquam penora contingant, ablui; propter quod his necessarium esse pueri uel uirginis ministerium, per quos promantur, quae usus postulauerit. *4* post hoc praeceptum locum et uasa idonea salgamis praeparari iubent: locum esse debere auersum a sole, quam frigidissimum et siccissimum, ne situ penora mucorem contrahant; uasa autem fictilia uel uitrea, plura potius quam ampla, et eorum alia recte picata, nonnulla tamen pura, prout condicio conditurae exegerit; *5* haec uasa dedita opera fieri oportere patenti ore et usque ad imum aequalia nec in modum doliorum formata, ut, exemptis ad usum salgamis, quidquid superest aequali pondere usque ad fundum deprimatur, quoniam ea res innoxia penora conseruet, ubi non innatent sed semper sint iure summersa; quod in utero dolii fieri uix posse propter inaequalitatem figurae; maxime autem ad haec necessarium esse aceti et durae muriae usum; quae utraque sic confieri:

## 5 Vinum uapidum fieri acrius

*1* In sextarios quadraginta octo fermenti libram, fici aridi pondo quadrantem, salis sextarium; haec subterito et subtrita cum quartario mellis aceto diluito atque ita in praedictam mensuram adicito. quidam hordei tosti sextarios quattuor et nuces ardentes iuglandes quadraginta et mentae uiridis pondo selibram in eandem mensuram

Halcar **A** Amilcar **hλσ** – sequuti **hjmfry** – 9 Paxamus *Ald.* Phaxames **S** Phaxamus **AR** – deinde **S** – 12 Mecenas **Smb**$^{2}$**r**$^{2}$ Bascenas **Ahjb**$^{1}$**ç** Vascenas **fρ** Bastenas **y**$^{1}$ Macenas **y**$^{2}$ – 13 diligentius **Aj** – 16 *post* nisi aut *add.* ab **j** – 17 uenereis **R** – 25 conditio **AR** – 26 oportet **AR** – patente **hjλfy** – 27 doleorum (ole- **S**$^{1}$) **S** dolorum **A**$^{1}$ – exemtis **S**$^{1}$ exemtum **S**$^{2}$ *post add.* ut **S**$^{1}$**A** – salgamum **SA** – 28 quicquid **AR** – 29 conseruet **fr**$^{2}$**ńy**$^{2}$**ç** construet **SAhjλr**$^{1}$**y**$^{1}$ – 30 doli **A** – uix fieri **R** – 31 hoc **R** – 32 usuum **SA**

**5:** 1 *pr.* **SAhλryç** – 2 duo de quinquaginta **R** – aridae **R** – 3 subtrita **SR**

adiciunt. *2* quidam ferri massas exurunt, ita ut ignis speciem habeant, easque in eandem mensuram demittunt, tum etiam exemptis nucleis ipsas nuces pineas uacuas numero v uel sex incendunt et ardentis eodem demittunt, alii nucibus sappineis ardentibus idem faciunt.

## 6 De muria dura

*1* Muriam duram sic facito: dolium quam patentissimi oris locato in ea parte uillae, quae plurimum solis accipit; id dolium aqua caelesti repleto — est ea enim huic aptissima — uel, si non fuerit pluuiatilis, certe fontana dulcissimi saporis; tum indito sportam iunceam uel sparteam, quae replenda est sale candido, quo candidior muria fiat; eum salem per aliquot dies uidebis liquescere, et ex eo intellegis nondum esse muriam maturam. *2* itaque subinde alium salem tamdiu ingeres, donec in sporta permaneat integer nec minuatur; quod cum animaduerteris, scies habere muriam maturitatem suam; et, si facere aliam uolueris, hanc in uasa bene picata diffundes et opertam in sole[m] habebis: omnem enim mucorem uis solis aufert et odorem bonum praebet. et est aliud muriae maturae experimentum: nam ubi dulcem caseum demiseris in eam, si pessum ibit, scies esse adhuc crudam, si innatabit, maturam.

## 7 Quas herbas legi oportet

*1* His praeparatis circa uernum aequinoctium herbas in usum colligi et reponi oportebit: cymam, caulem, capparim, apii coliculos, rutam, holeris atri cum suo caule florem, antequam de folliculo exeat, item ferulae cum coliculo silentem quam tenerrimum florem, pastinacae agrestis uel satiuae cum coliculo silentem florem, uitis

---

6: *Cato agr. 88*

7: 6–11 *Plin. nat. 14,119* -- 21–28 *Plin. nat. 19,175*

---

subtrito **A** – 5 ardentis **hλfńyç** – 8 demittunt **γ** dimittunt **SAR** – 9 *post* uacuas *add.* quas **SA** – numeros **A** – 10 demittunt **γ** dimittunt **SAR**

6: 1 *pr.* **SAλryç** – 4 respletio **S**[1]**A** – ea est **R** – 6 resplenda **A**[1] – candidior **AR** candidor **S** – 7 eam **A** – aliquod **SA** – 9 permanet **A** – 12 operata **S**[1]**A** operta **S**[2] – sole **cütlæ** solem **SAR** – ui **SA** – 13 auferet **hλσ** – et (*ante* odorem) *om.* **A** – et (*ante* est) *om.* **R** – aliut **S**[1] – 14 demiserit **t** dimiseris **SAR** – 15 esse **AR** se **S**

7: 1 *pr.* **SAhλryç** – 2 usu **SA** – 3 caulo **SA** – appii **AR** – 4 caule florem **SA** caule **hρy**[1]**ç** flore **jλfr**[2]**y**[2] – 5 fenile **A** – colicule **A** – silentem quam tenerrimum *Schn.* silentem **SA** silentes quam tenerrimum **R** – 6 pastinacem **A** – colicule **A**[1]

albae et asparagi et rusci et thamni et digitelli et pulei et nepetae et lapsanae et battis et eius coliculum, qui miluinus pes appellatur, quin etiam tenerum coliculum faeniculi. *2* haec omnia una conditura commode seruantur, id est, aceti duas partes et tertiam durae muriae si miscueris; sed uitis alba et ruscum et thamnum et asparagus et lapsana et pastinaca et nepeta et battis generatim in alueos conponuntur et sale consparsa biduo sub umbra, dum consudent, reponuntur; deinde, si tantum remiserunt umoris, ut suo sibi iure ablui possint, *3* si minus, superfusa dura muria, lauantur et pondere inposito exprimuntur; tum suo quidque uase conditur et ius, ut supra dixi, quod est mixtum duabus partibus aceti et una muriae, infunditur, faeniculique aridi, quod est per uindemiam proximo anno lectum, spissamentum inponitur, ita ut herbas deprimat et ius usque in summum labrum fideliae perueniat.

*4* Holus atrum et ferulam et faeniculum cum legeris, sub tecto reponito, dum flaccescat; deinde folia et corticem omnem folliculorum detrahito. caules si fuerint pollice crassiores, harundine secato et in duas partes diuidito. ipsos quoque flores, ne sint inmodici, diduci et partiri oportebit atque ita in uasa condi, deinde ius, quod supra scriptum est, infundi et paucas radiculas laseris, quod Graeci σίλφιον uocant, adici, tum ita spissamento faeniculi aridi contegi, ut ius superueniat. *5* cymam, caule⟨m⟩, capparim, pedem milui, puleium, digitellum compluribus diebus sub tecto siccari, dum flaccescat, et tum eodem modo condiri conuenit quo ferulam.

## Ruta[m], satureia[m], cunela[m]

Sunt qui rutam muria tantum dura sine aceto condiant, deinde, cum usus exigit, aqua uel etiam uino abluant et superfuso oleo utantur; hac conditura possit commode satureia uiridis et aeque uiridis cunela seruari.

coliculis **R** – 7 aluae **S** – asperagi **A** – rustici **A** – 9 conditur **A** – 11 et (*ante* ruscum) **SA** e **R** – ruscus **R** – et (*post* asparagus) *om.* **SAλσ** – 12 lapsana *om.* **SA** – nepta **A** – 14 uire **A** – 15 possunt **A**$^1$ – labantur **S** – 16 cum **hjy** – quitque **A** – 17 mura **S**$^1$ muria **S**$^2$ – 19 et ius **R** e **SA** – 20 summo **S** – 21 cum *om.* **A** – 22 flaccescat **γæ** falacescat **S**$^1$ flacescat **S**$^2$**R** falaccessat **A**$^1$ falaccescat **A**$^2$ – foliam **SA** – 23 colles **SA** – grassiores **A** – 25 diduci **d**$^2$**p** deduci **SAR** – deinde **S**$^2$**AR** de **S**$^1$ – 26 lasaris **R** – 27 σιλφιον **SAhfç** *om.* **jλρy** – adici tum **SA** adiectum **R** – spissamenta **Ayç** – fenuli **A** – contegi **hλσ** conteri **SA** contigi **j** – 28 caulem **tl** caulo **SAR** – caparim **A** – pede **A** – 29 digitillum **Sj** – 30 flaccessat **A**$^1$ flacescat **λρ** – 31 ruta satureia cunela *scripsi* rutam satureiam (satureim **S**) cunelam *uersalibus rubr.* **SA** *litt. comm.* **R** – 32 condiunt **SA** – 34 haec **AR** – possint **A**

## 8 Oxygalae compositio

*1* Oxygalam sic facito: ollam nouam sumito eamque iuxta fundum terebrato; deinde cauum, quem feceris, surculo obturato et lacte ouillo quam recentissimo uas repleto eoque adicito uiridium condimentorum fasciculos origani, mentae, cepae, coriandri. has herbas ita in lacte demittito, ut ligamina earum extent. *2* post diem quintum surculum, quo cauum opturaueras, eximito et serum emittito; cum deinde lac coeperit manare, eodem surculo cauum obturato, intermissoque triduo, ita ut supra dictum est, serum emittito et fasciculos condimentorum exemptos abicito, deinde exiguum aridi thymi et cunelae aridae super lac destringito concisique sectiui porri quantum uidebitur adicito et permisceto; mox intermisso biduo rursus emittito serum cauumque obturato et salis triti quantum satis erit adicito et misceto. operculo deinde inposito oblinito. non antea aperueris ollam, quam usus exegerit.

### Alio modo

*3* Sunt qui, satiui uel etiam siluestris lepidii herbam cum collegerunt, in umbra siccent, deinde folia eius, abiecto caule, die et nocte muria macerata expressaque lacti misceant sine condimentis, et salis quantum satis arbitrantur adiciant, tum cetera, quae supra praecepimus, faciant.

### Aliter

Nonnulli recentia folia lepidii cum dulci lacte in olla miscent et post diem tertium, quemadmodum praecepimus, serum emittunt, deinde compertam satureiam uiridem, tum etiam arida semina

---

**8:** 17–21 *Plin. nat. 19,166*

---

**8:** 1 *pr.* **SAhλryç** – oxigalae **hλy** – 2 oxigalam **λρy** – 3 tenebrato **S**$^1$**A** – obdurato **A** – 4 ouilo **S** – uas *om.* **SA** – uiridum **SA** – 6 diem *om.* **A** – 7 obturaueras **jλσ** – 8 surculum **A** – 9 tridu **S**$^1$**A** – 10 exemtos **S** – 11 thimi **SR** – 12 triduo **hjmb**$^2$**fρy**$^2$ – 13 serum emittito **λσ** – 14 *post* inposito *add.* et **R** – oblinio **S**$^1$**A** – ante **jmç** – 15 aperuersis **A** – 16 *pr.* **SAhryç** – 17 satibi **SA** – lepidi **R** – 18 et *om.* **SA** – 19 muriam **SA** – 20 tunc **AR** – 22 *pr.* **SAhyç** – 26 thimi **AR** – appii **R**

coriandri atque anethi et thymi et apii in unum bene trita adiciunt, salemque bene coctum cribratum permiscent. cetera eadem, quae supra, faciunt.

## 9 Lactucae conditura

*1* Caules lactucae ab imo depurgatos eatenus, qua tenera folia uidebuntur, in alueo sallire oportet diemque unum et noctem sinere, dum muriam remittant, deinde in muria eluere et expressos in cratibus pandere, dum adsiccescant; tum substernere anethum aridum et faeniculum rutaeque aliquid et porri concidere atque ita miscere; tum siccatos coliculos ita componere, ut phaseoli uirides integri interponantur, quos ipsos ante dura muria die et nocte macerari oportebit; *2* similiterque adsiccatos cum fasciculis lactucarum condi et superfundi ius, quod sit aceti duarum partium atque unius muriae; deinde arido spissamento faeniculi sic comprimi, ut ius supernatet; quod ut fiat, is, qui huic officio praeerit, saepe suffundere ius debebit neque pati sitire salgama sed extrinsecus munda spongea uasa pertergere et aqua fontana quam recentissima refrigerare.

## Intibi

*3* Simili ratione intibum et cacumina rubi, qua lactuca⟨m⟩, condire oportet nec minus thymi et satureiae et origani, tum etiam armoraciorum cymam. haec autem, quae supra scripta sunt, uerno tempore conponuntur.

**10** *1* Nunc, quae per aestatem circa messem uel etiam exactis iam messibus colligi et reponi debeant, praecipiemus:

---

**9:** *Apic. 3,18* – 4–10 *Gp. 6,13* – 14–20 *Plin. nat. 15,42, 15,105*
**10:** 22–32 *Pallad. 3,25,8–9* – 22–27 *Varro rust. 1,59,3* – 22–23 *Plin. nat. 15,41, 15,53, 15,56*

---

**9:** 1 *pr.* **SAhλyç** – 5 pratibus **A** – tum **SR** dum **A** – arididum **S** – 7 colicolos **Ahmy** – phaseoli **p** passioli **SA** fasioli **R** – 11 murae **S**$^1$ – aridae **A**$^1$ – 12 his **SA** – huius **S** – 13 nec **R** – pati sitire **R** patis nec itinere **SA** – 14 spongia **R** – 16 *pr.* **SAhy** – 17 intubum **R** – cacumina rubi (rubis **hλ**) **R** cacuminarum **S** cacumina rub **A** – quam **S** – lactucam **æ** lactuca **SR** lactura **A** – 18 thimi **jmρyç** – 19 armoraciorum **j** armoratiorum **SA**$^2$**hρyç** armoratioro **A**$^1$ amoratiorum **λf**
**10:** 1 nunc **S**$^2$**h**$^2$**ç** non **S**$^1$ nun **A** num **h**$^1$**jλfńy** nam **r** – essem **S**$^1$ – 2 mensibus

### Cepae conditura

Pompeianam uel Ascaloniam cepam uel etiam Marsicam simplicem, quam uocant unionem rustici, eligito; ea est autem, quae non fruticauit nec habuit suboles adhaerentis. *2* hanc prius in sole siccato, deinde sub umbra refrigeratam, substrato thymo uel cunela, componito in fidelia et infuso iure, quod sit aceti trium partium et unius muriae, fasciculum cunelae superponito, ita ut cepa deprimatur; quae cum ius combiberit, simili mixtura uas suppleatur.

Eodem tempore corna et pruna onychina et pruna siluestria nec minus genera pirorum et malorum conduntur.

### Corna et pruna condire

*3* Corna, quibus pro oliuis utamur, item pruna siluestria et pruna onychina adhuc solida nec maturrima legenda sunt, nec tamen nimium cruda; deinde uno die umbra siccanda; tum aequis partibus acetum et sapam uel defrutum misceatur et infundatur. oportebit autem aliquid salis adicere, ne uermiculus aliudue animal innasci possit. uerum commodius seruantur, si duae partes sapae cum aceti una parte misceantur.

### Pirorum et malorum ceterorumque pomorum compositio

*4* Pira Dolabelliana, crustumina, regia, Veneria, uolema, Naeuiana, Laterisiana, Decimiana, laurea, myrapia, [pruna] purpurea cum inmatura, non tamen percruda legeris, diligenter inspicito, ut sint integra sine uitio aut uermiculo; tum in fictili picata fidelia conponito et aut passo aut defruto completo, ita ut omne pomum summersum sit. operculum deinde impositum gypsato.

*5* Illud in totum praecipiendum existimaui nullum esse genus pomi, quod non possit melle seruari; itaque, cum sit haec res inter-

---

**SA**$^1$ – 3 *pr.* **SAhλryç** – 5 unionem **R** uniuersi **SA** – 6 fructificauit (-bit **h**$^2$) **AR** – soboles **S**$^2$**jńyç** subules **λ** – 7 refrigeratum **A** – thimo **Sjρyç** – curtela **A** – 9 murae **A** – 10 uas suppleatur **R** uasupleatur **SA** – 11 corna ... et pruna *om.* **S**$^1$ – onychina **jbfç** onycima **S**$^2$ onycina **A** onichina **r** onychima **ń** onytcina **y** onichyna **m** *om.* **h** – 12 pirorum **S**$^2$**jfρy**$^2$**ç** priorum **A** prunorum **hλy**$^1$ *ras.* **S**$^1$ – 13 *pr.* **SAhblryç** – 15 onychina **Ahjmfyç** onicyna **S** onichina **br** onythima **ń** – maturissima **R** – 17 defructum **S** – 18 aliusue **SA**$^1$ – anmal **S** – inasci **S**$^1$ – 20 misceatur **SAj** – 21 *pr.* **SAhλryç** – 22 Dolauelliana **SA** Dolobelliana **λń** – crustumna **S**$^1$ – 23 laure **S**$^1$**Ah** – myrapia **hλfyç** myrapira **S** myra **A** mirapia **jρ** – pruna **Sjρy** prima **Ahλf** *om.* **lç** – 24 temen **S**$^1$ – cruda **SA** – 25 ficitli **A** – 27 oporculum

dum aegrotantibus salutaris, censeo uel pauca poma in melle custodire sed separata generatim; nam si commisceas, alterum ab altero genere corrumpitur.

### De aluis castrandis

*6* Et quoniam o⟨p⟩portune mellis fecimus mentionem, hoc eodem tempore alui castrandae ac mel conficiendum, cera facienda est, de quibus nono libro iam diximus. nec nunc aliam curam exigimus a uilica, quam ut administrantibus intersit fructumque custodiat.

### 11 De mella et mulsa facienda

*1* Ceterum cum eodem tempore mella nec minus aqua mulsa in uetustatem reponi debeat, meminisse oportebit, ut, cum secundarium mel de fauis fuerit exemptum, cerae statim minute resoluantur et aqua fontana uel caelesti macerentur. expressa deinde aqua coletur et in uas plumbeum defusa decoquatur, omnisque spurcitia cum spumis eximatur. quae decocta cum tam crassa fuerit, quam defrutum, refrigeretur et bene picatis lagonis condatur. *2* ha[e]c quidam mella pro aqua mulsa utuntur, nonnulli etiam pro defruto in condituras oliuarum, quibus quidem magis idoneam censeo, quia cibarium saporem habet. nec potest languentibus pro aqua mulsa remedio esse, cum, si bibatur, inflationem stomachi et praecordiorum faciat.

### De aqua mulsa facienda

Itaque seposita e⟨a⟩ et ad condituras destinata, per se facienda erit optimo melle aqua mulsa.

---

11: *Plin. nat. 22,110*

---

S operculo **R** – imposito **R** – cypsato **S**$^1$**A**$^1$ – 29 posset **SA** – 33 *pr.* **SAhmryç** – 34 opportune **wxç** oportune **SAR** – 37 uilico **R** – frumque **SA**

11: 1 *pr.* **SAhryç** – melle **Shrç** – 2 melle **SA** – 5 funtana **S**$^1$ – caelesti **jbń** caeleste **SAhmσ** – macerantur **S**$^1$ – coloretur **SA** – 6 defusa **SR** uasa **A** – spurcitiae **S** – 7 iam **SA** – defructum **S** – 8 lagenis **jρ** lagoenis **hλf** lageonis **y** laconis **ç** – hac **ç** haec **SAR** – 9 nonnulla **SA** – 12 praecordiarum **SA** – 13 facit **AR** – 14 *pr.* **SAhmryç** – 15 seposita ea *Gesner* sepositae **SA** seposita esse **R** – 16 optima **S** optuma **A**

**12** *1* Haec autem non uno modo conponitur; nam quidam multos ante annos caelestem aquam uasis includunt et sub dio in sole habent, deinde, cum saepius eam in alia uasa transfuderunt et eliquauerunt — nam quotiensque etiam per longum tempus diffunditur, aliquod crassamentum in imo simile faeci reperitur —, ueteris aquae sextarium cum libra mellis miscent. *2* nonnulli tamen, qui austeriorem uolunt efficere gustum, sextarium aquae cum dodrante pondo mellis diluunt et ea portione repletam lagonam gypsatamque patiuntur per Caniculae ortum in sole quadraginta diebus esse; tum demum in tabulatum, quod fumum accipit, reponunt.

### Aliter

*3* Nonnulli, quibus non fuit curae caelestem inueterare aquam, recentem sumunt eamque usque in quartam partem decoquunt; deinde, cum refrixerit, siue dulciorem mulseam facere uolunt, duobus aquae sextariis sextarium mellis permiscent, siue austeriorem, sextario aquae dodrantem mellis adiciunt; et his portionibus factam in lagonam diffundunt eamque, sicut supra dixi, quadraginta diebus insolatam postea in tabulatum, quod suffumigatur, reponunt.

## 13 De caseo in usus domesticos seruando

*1* Caseo usibus domesticis praeparando hoc maxime idoneum tempus est, quod et caseus seri minimum remittit et ultimo tempore, cum iam exiguum lactis est, non tam expedit operas morari ad forum fructibus deferendis; et sane saepe deportati propter aestum acore uitiantur. itaque praestat eos hoc ipso tempore in usum conficere. id autem ut quam optime fiat, opilionis officium est, cui septimo libro praecepta dedimus, quae sequi debeat.

---

**12:** *Plin. nat. 22,110*

---

**12:** 1 amultos **A** – 2 usis **SA**$^1$ – diuo **brç** – 3 aliam uasam **S** – transfuderint (-rit **λ**) et eliquauerint **R** – 4 quotiens **R** – etiam per **R** post **SA** – 5 repperitur **A** – 6 qui **S**$^2$ cui **S**$^1$ ut **AR** – 7 drodante **A** – 8 ea **R** a **SA** – lagenam **λρç** lagoenam **fy** – cypsatamque **A** – 11 *pr.* **SAhyç** – 13 usque *om.* **A** – 14 dulcorem **S**$^1$ – 15 siue **SA** si uero **R** – austeriore **SA** – 17 lagenam **bρ** lagonas **fy** lagenas **ç** – sicut *om.* **A** – 18 sufumigatur **A**

**13:** 1 *pr.* **SAhλryç** – casio **S**$^1$ – 2 domesticis *om.* **SA** – 3 quo **Ahjσ** – 4 tam **AR** iam **S** – at **R** – forum *Ald.* eorum **SAR** – 5 depotati **S** depoti **A** – 6 uitantur **SA** – 7 optume **hjf** – opillionis **S**$^1$ apilionis **A** – setimo **S**$^1$ – 9 *pr.* **SAhλryç**

### Portulaca et battis quemadmodum seruentur

*2* Sunt etiam quaedam herbae, quas adpropinquante uindemia condire possis, ut portulacam et holus cordum, quod quidam satiuam battim uocant. hae herbae diligenter purgantur et sub umbra expanduntur, deinde, quarto die, sal in fundis fideliarum substernitur et separatim unaquaeque earum componitur acetoque infuso iterum sal superponitur; nam his herbis muria non conuenit.

### 14 De malis et piris in sole siccandis

Hoc eodem tempore, uel etiam primo mense Augusto, mala et pira dulcissimi saporis, mediocriter matura eliguntur et in duas aut tres partes harundine uel osseo cultello diuisa in sole ponuntur, donec arescant. eorum si est multitudo, non minimam partem cibariorum per hiemem rusticis uindicant; nam pro pulmentario cedit sicuti ficus, quae cum arida seposita est, hiemis temporibus rusticorum cibaria adiuuat.

### 15 De ficis siccandis

*1* Ea porro neque nimium uieta neque inmatura legi debet et in eo loco expandi, qui toto die solem accipit. pali autem quattuor pedibus inter se distantes figuntur et perticis iugantur; factae deinde in hunc usum cannae iugis superponuntur, ita ut duobus pedibus absint a terra, ne umorem, quem fere noctibus remittit humus, trahere possint. tunc ficus inicitur, et crates pastorales, culmo aut carice uel filice textae, ex utroque latere super terram plane disponuntur, ut, cum sol in occasu fuerit, erigantur et inter se adclines testudineato tecto more tuguriorum uiescentem ficum ab rore et

---

**14:** 5–8 *Cato agr. 56; Plin. nat. 15,58*
**15:** *Pallad. 4,10,33–35*

---

– 11 protulacam **SAh**[1] – holos **SA** – satiuum **A**[1]**R** – 12 batim **SA** – haec **S** – 13 sali **S**[1]

**14:** 1 *pr.* **SAhλryç** – 6 pulimentario **S**[1]

**15:** 1 *pr.* **SAhλryç** – 2 uieta **mfy**[2]**ç** uicta **SAhbρy**[1] uireta **jr**[2] – 3 quo **R** – die *om.* **A**[1] – 4 iugantur **S**[2]**h**[2]**jrç** iungantur **S**[1]**Aλfńy** ingantur **h**[1] – 5 in *om.* **SA** – 7 cractes **A** – pulmo **A** – aut **SA** uel **R** – 8 felicae **S**[1]**A** silice **λ** – texta **A** – 9 occasum **AR** – adclines **S**[2]**hfρy** atclines **S**[1]**A** adcliues **jλ** – 10 uiescentem *Schn.* uiscentem **SA**[1] uirescentem **A**[2]**R** – ab rore **S** arbore **A** a rore **R** – 11 defendat

interdum a pluuia defendant; nam utraque res praedictum fructum corrumpit. *2* cum deinde aruerit, in orcas bene picatas meridiano tempore calentem ficum condere et calcare diligenter oportebit, subiecto tamen arido faeniculo et iterum, repletis uasis, superposito. quae uasa confestim operculare et oblinire conuenit et in horreum siccissimum reponi, quo melius ficus perennet.

## Aliter

*3* Quidam lectis ficis pediculos adimunt et in sole eas expandunt; cum deinde paulum siccatae sunt, antequam indurescant, in labra fictilia uel lapidea congerunt eas, tum pedibus lotis in modum farinae proculcant et admiscent torrefactam sesemam cum aneso Aegyptio et semine faeniculi et cymini. *4* haec cum bene proculcauerunt et totam massam comminutae fici permiscuerunt, modicas offas foliis ficulneis inuoluunt ac religatas iunco uel qualibet herba offas reponunt in crates et patiuntur siccari; deinde cum peraruerunt, picatis uasis eas condunt. nonnulli hanc ipsam farinam fici orcis sine pice includunt et oblita uasa clibano uel furno torrefaciunt, quo celerius omnis umor excoquatur; sic siccatam in tabulatum reponunt et, cum exigit usus, testam comminuunt; nam duratam massam fici aliter eximere non possunt. *5* alii pinguissimam quamque uiridem ficorum eligunt et harundine uel digitis diuisam dilatant atque ita in sole uiescere patiuntur; quas deinde bene siccatas meridianis temporibus, cum calore solis emollitae sunt, colligunt et, ut est mos Afris atque Hispanis, inter se compositas comprimunt, in figuram stellarum flosculorumque uel in formam panis redigentes; tum rursus in sole adsiccant et ita uasis recondunt.

## 16 De uuis passis

*1* Similem curam uuae desiderant, quas dulcissimi saporis, albas, maximis acinis nec spissis luna decrescente sereno et sicco caelo post horam quintam legi oportet et in tabulas paulisper porrigi, ne inter

---

**SA** – 12 corrumpunt **R** – 14 subicto **S²A** subito **S¹** – 15 oblini **SA** – 17 *pr.* **SAhyç** – 21 proculcante **SA** – admiscunt **SA** – torrefacta **R** – sesemam **S²** semam **S¹A** sesama **R** – anaesol **SA** – Aegytio **A** – 22 proculcauerint **R** – 23 permiscuerint (-rit **j**) **R** – 24 inuolunt **S** – iungo **S¹** – 25 grates **SA** – perharuerunt **S¹** – 28 celerior **A** – 29 exegerit **R** – 32 uiescere **SA** arescere **R** – 33 sol semolitae **S¹** sol semollite **A** – 34 aque **A** – figura **SA** – 36 adsiccant **R** atque siccant **SA** – recundunt **S¹**

se pondere suo pressae conlidantur. deinde aeno uel in olla noua fictili ampla praeparatam lixiuam cineris sarmenticii calefieri conuenit, quae cum feruebit, exiguum olei quam optimi adici et ita permisceri, deinde uuas pro magnitudine binas uel ternas inter se conligatas in aenum feruens demitti et exiguum pati, dum decolorentur, nec rursus committere, ut excoquantur; nam quadam moderatione temperamentoque opus est. *2* cum deinde exemeris, in crate disponito rarius, quam ut altera alteram contingat. post tres deinde horas unamquamque uuam conuertito nec in eodem uestigio reponito, ne in umore, qui defluxerit, corrumpatur. noctibus autem contegi debent quemadmodum fici, ut a rore uel pluuia tutae sint; cum deinde modice aruerint, in uasa noua sine pice operculata et gypsata sicco loco reponito.

### Aliter

*3* Quidam uuam passam foliis ficulneis inuoluunt et adsiccant, alii foliis uitigineis, nonnulli plataninis semiuietas uuas contegunt et ita in amphoras recondunt. sunt qui culmos fabae exurant et ex eo, quod cremauerint, cineream lixiuam faciant, deinde in lixiuae sextarios decem salis tres cyathos et olei cyathum adiciant, tum adhibito igne calefaciant et cetera eodem modo administrent. quod si uidebitur in aeno parum inesse olei, subinde, quantum satis erit, adiciatur, quo sit pinguior et nitidior uua passa.

### De sorbis

*4* Eodem tempore sorba manu lecta curiose in urceolos picatos adicito, et opercula picata inponito et gypso linito; tum, scrobibus

---

**16:** 19–26 *Plin. nat. 15,66–67* – 28–38 *Plin. nat. 15,61; Pallad. 2,15,4–5*

---

**16:** 1 *pr.* **SAhλrç** – 2 aluas **SA** – 3 maxime **A** – 5 aheno **A**$^2$ aheneo **h**$^2$**jλf** aeneo **bρ** aeheneo **h**$^1$**y** – 6 lixiuiam **m**$^2$**bfń** lixiniam **m**$^1$ liuxiuam **r**$^1$ – sarmenticii *Schn.* sarmentiui **SA** sarmenti **R** – 9 aenum **A**$^1$**bç** aenium **S**$^1$ aeneum **S**$^2$**ρ** ahenum **A**$^2$ aheneum **hjmfy** – 10 excoquatur **A** – 11 temperamentoque **R** temperatione **S** temperatiore **A** – est *om.* **S** – 12 crate disponito (-sito **b**$^2$) **mb**$^2$**fr**$^2$**y**$^1$**ç** crateriis ponito **S** canteriis (-the- **ρ**) ponito **Ahjb**$^1$**ρy**$^2$ – 16 tum **SA** – modico **SA** – haruerit **S**$^1$ aruerit **S**$^2$**A** – 18 *pr.* **SAhyç** – 19 folis **S**$^1$ – 20 aliis **S**$^1$ – nonnulla **A** – platanis **A** – semiuietas **h** semiuitas **SAm** semiuittas **jbfyç** semiuictas **ρ** – 21 im **A**$^1$ – recundunt **S**$^1$ – faue **A** – 22 cremauerit **SA** – cinere **R** – lixuam **A**$^1$ lixiuiam **λf** – lixiuiae **hλf** – 23 alis **S** – quiathos **S** – quyathum **S** – tum **AR** cum **S** tam **ρ** – 24 calfaciant **S** – 25 aheno **A**$^2$ aheneo **hjmf** aeneo **ρ** aheueo **y** – 27 *pr.* **SAλryç** – 28 sorua **S**$^1$ soruua **A**$^1$ – urciolos **S**$^1$**Ahjmfy** – picatas **Ajλσ** –

bipedaneis sicco loco intra tectum factis, urceolos ita collocato, ut oblita ora eorum deorsum spectent; deinde terram congerito et modice supercalcato. melius est autem pluribus scrobibus pauciora uasa distantia inter se disponere: nam in exemptione eorum, dum unum tollis, si reliqua commoueris, celeriter sorba uitiantur. *5* quidam hoc idem pomum in passo, quidam etiam in defruto commode seruant, adiecto spissamento spissi faeniculi, quo deprima⟨n⟩tur ita sorba, ut semper ius supernatet; ac nihilominus picata opercula diligenter gypso linunt, ne possit spiritus introire.

## 17 De aceto ficulneo faciendo

*1* Sunt quaedam regiones, in quibus uini ideoque etiam aceti penuria est. itaque hoc eodem tempore est ficus uiridis quam maturissima legenda utique, si iam pluuiae incesserunt et propter imbres in terram decidit; quae cum sublecta est, in doleum uel in amphoras conditur et ibi sinitur fermentari. deinde cum exacuit et remisit liquorem, quicquid est aceti diligenter colatur et in uasa picata bene olida diffunditur. hoc primae notae acerrimi aceti usum praebet nec umquam situm aut mucorem contrahit, si non umido loco positum est. *2* sunt qui multitudini studentes ⟨a⟩quam ficis permisceant et subinde maturissimas ficos recentis adiciant et patiantur in eo iure tabescere, donec satis acris aceti sapor fiat; postea in iunceis fiscellis uel sparteis saccis percolant liquatumque acetum inferuefaciunt, dum spumam et omnem spurcitiam eximant; tum torridi salis aliquid adiciunt, quae res prohibet uermiculos aliaue innasci animalia.

## 18 Quae uindemiae praeparanda sunt

*1* Quamuis priore libro, qui ⟨in⟩scribitur uilicus, iam diximus, quae ad uindemiam praeparanda sint, non tamen alienum est etiam

**17:** 2–10 *Plin. nat. 14,102*
**18:** 6–8 *Cato agr. 23,1* – 11–16 *Thphr. CP 6,19,2; Gp. 6,2* – 37–39 *Plin. nat. 14,127*

29 cypso **A**$^1$ – 30 urceolis **Sj**$^1$**y** – collocata **Ahλfy** – 32 modice **S** mode **Ajλyç** (*u. sp. post* mo *r.* **by**) modico de **h** modo de **f** modicum de **ρ** – 34 sorua **A** – 35 in passo *om.* **AR** – 36 deprimantur **wz** deprimatur **SAR** – 37 sorua **A**$^1$ – 38 cypso **A**$^1$
**17:** 1 *pr.* **SAmryç** – 3 ficus **S**$^2$ fucus **S**$^1$ fructus **AR** – maturissimma **S** – 4 *post* utique *add.* e **A** et **R** – 5 phoras **A** – 6 tonditur **SA** – 7 quiquid **A** – 8 primite **Ahjσ** – 10 aquam **h**$^2$**tp**$^2$ quam **SAR** – 11 maturissimus **A**$^1$ – ficus **h**$^2$**λń** – 14 spumam **cγń** spumen **SAhbrç** spumem **jmfy**

uilicae de isdem rebus praecipere, ut intellegat suae curae esse debere, quaecumque sub tecto administrantur circa uindemiam.

*2* Si ager amplus aut uineta aut arbusta grandia sunt, perenn[i]e fabricandae decemmodiae et trimodiae, fiscellae texendae et picandae, nec minus fa⟨l⟩culae et ungues ferrei quam plurimi parandi et exacuendi sunt, ne uindemitor manu destringat uuas et non minima fructus portio dispersis acinis in terram dilabatur. *3* funiculi quoque fiscellis aptandi sunt et lora trimodiis. tum lacus uinarii et torcularii et fora omniaque uasa, si uicinum est mare, aqua marina, si minus, dulci eluenda sunt et commundanda et diligenter adsiccanda, ne umorem habea⟨n⟩t. cella quoque uinaria omni stercore liberanda et bonis odoribus suffi[ci]enda, ne quem redoleat foetorem acoremue. *4* tum sacrificia Libero Liberaeque et uasis pressori⟨i⟩s quam sanctissime castissimeque facienda, nec per uindemiam ab torculari aut uinaria cella recedendum est, ut et omnia, qui mustum conficiunt, pure mundeque faciant ne⟨c⟩ furi locus detur partem fructu⟨u⟩m intercipiendi.

*5* Dolia quoque et seriae ceteraque uasa ante quadragesimum uindemiae diem picanda sunt atque aliter ea, quae demersa sunt humi, aliter, quae stant supra terram: nam ea, quae demersa sunt, ferreis lampadibus ardentibus calefiunt, et cum pix in fundum destillauit, sublata lampade rutabulo ligneo et ferrea curuata radula educitur, quod destillauit aut quod in lateribus haesit; dein penicillo detergitur et, feruentissima pice infusa, nouo alio rutabulo et scopula picatur. *6* at quae supra terram consistunt, ⟨ant⟩e compluris dies, quam curentur, in solem producuntur, deinde, cum satis insolata sunt, in labra conuertuntur et, subiectis paruis tribus lapidibus, suspenduntur; atque ita igni⟨s⟩ subicitur et tam diu incenditur,

---

**18:** 1 *pr.* **SAhmryç** – praeparandae **hm** – 2 inscribitur **cü** scribitur **SAR** – 3 est etiam **t** extet iam **SAR** – 4 iisdem **jbρ** hisdem **m** his **ç** – 5 subiecto **Amσ** – undecimam **Ah$^{1}$mσ** – 6 perenne **cqlr** perenniae **SAR** – 7 decemmodiae **ç** decemmodia **S** decemodia **A** decemodiae **R** – tria modiae **S** – 8 falculae *Ald.* faculae **SAR** – 10 dilabatur **åc$^{1}$üt$^{2}$b** dilabitur **SAR** – 12 orcularii **S$^{1}$** – 13 commundanda **S$^{1}$** – adsignanda **AR** – 14 habeant **c$^{1}$dγl** habeat **SAR** – 15 suffienda **ü** sufficienda **SAR** – foetorem **Ahy** faecem **S$^{1}$** fetorem **S$^{2}$jλfρç** – 16 Libraeque **S** – pressoriis **cγl$^{1}$** pressoris **SAR** – 17 castrissimeque **A$^{1}$** *ras.* **S$^{1}$** – per *om.* **AR** – 19 nec **t** ne **SAR** – 20 partem **lp** pantem **SAR** – fructuum **p$^{2}$** fructum **SAR** – 21 ante **S** ne **AR** – 22 humi aliter **S$^{2}$ç** humilia ter **S$^{1}$Ahjmfy** humiliter **bρ** – 24 pix *F.-H.* picem **S$^{2}$** *ras.* **S$^{1}$** pixim **AR** – destillauit **e$^{2}$** destinauit **S$^{1}$AR** destinabit **S$^{2}$** – 26 destillabit **S$^{2}$** – deinde **mρ** – 28 ante *scripsi* e **S$^{1}$A** hae **S$^{2}$** et **hλρyç** ut **jf** *uide diss. pp. 171 sqq.* – 29 qua **S** – 31 ignis **e$^{2}$t** igni **SAR** – et tam **e$^{2}$t** etiam

donec ad fundum calor tam uehemens perueniat, ut adposita manus patiens eius non sit; tum, dolio in terram demisso et in latus deposito, pix feruentissima infunditur uolutaturque, ut omnes doli partes linantur. *7* sed haec die quieto a uentis fieri debent, ne admoto igne, cum adflauerit uentus, uasa rumpantur. satis autem sesquicullearibus doleis picis durae pondo uicena quina; nec dubium quin, si[c] quinta pars picis Brut⟨t⟩iae in uniuersam cocturam adiciatur, utilissimum sit omni uindemiae.

## 19 De condituris uini

*1* Cura quoque adhibenda est, ut expressum mustum perenne sit aut certe usque ad uenditionem durabile, quod quemadmodum fieri debeat et quibus condituris adiuuari, deinceps subiciemus.

### Quemadmodum coquatur sapa

Quidam partem quartam eius musti, quod in uasa plumbea coniecerunt, nonnulli tertiam decoquunt; nec dubium quin, ad dimidiam si quis excoxerit, meliorem sapam facturus sit eoque usibus utiliorem, adeo quidem, ut etiam uice defruti sapa mustum, quod est ex ueteribus uineis, condire possit.

### Defruti coctura

*2* Quaecumque uini nota sine condimento ualet perennare, optimam esse eam censemus, nec omnino quidquam permiscendum, quo naturalis sapor eius infuscetur. id enim praestantissimum est, quod suapte natura placere potuerit. ceterum cum aut regionis uitio aut nouellarum uinearum mustum laborauit, eligenda erit pars uineae, si est facultas, Aminneae, si minus, quam bellissimi uini, quaeque erit et uetustissima et minime uliginosa. *3* tum obserua-

---

**19:** *Gp. 6,16, 7,4–6, 7,12* – 6–10 *Plin. nat. 14,80, 14,121, 23,62; Pallad. 11,14,4* – 18–24 *Plin. nat. 14,136* – 18–20 *Varro rust. 1,34,2; Plin. nat. 18,319*

---

**SAR** – 33 dimisso **AR** – 34 uolutaturque **$S^2h^2$ç** uolutatuque **$S^1$AR** – 35 hac **SA** – 37 sexquicullearibus **AR** – 38 si **t** sic **SAjλσ** sit **hç** – Bruttiae *Ald.* Brutiae **SAR**

**19:** 1 *pr.* **SAhλyç** – 5 *pr.* **SAhλyç** – 7 dimediam **A** – 11 *pr.* **SAhbryç** – 12 uolet $S^2$ – perennari **AR** – 13 quicquam **AR** – 14 infucetur **S** – 15 tum **S** – 16 laborabit $S^2$ – 17 Aminneae **j** Amineae **SAhλσ** Ammineae **ç** – 18 uetustistima

bimus decrescentem lunam, cum est sub terra, et sereno siccoque die uuas quam maturissimas legimus, quibus proculcatis mustum, quod defluxerit, antequam prelo pes eximatur, satis de lacu in uasa defrutaria conferemus, lenique primum igne et tenuibus admodum lignis, quae gremia rustici appellant, fornacem incendemus, ut ex commodo mustum ferueat. *4* isque, qui praeerit huic decoquendo, cola iuncea uel spartea ex crudo, id est non malleato, sparto praeparata habeat, itemque fasciculos faeniculi fustibus inligatos, quos possit utique ad fundum uasorum demittere, ut quicquid faecis subsederit exagitet et in summum reducat, tum colis omnem spurcitiam, quae redundarit, expurget, nec absistat id facere, donec uidebitur eliquatum omni faece mustum carere; tum siue mala cydonea, quae percocta sublaturus sit, seu quoscumque uoluerit conuenientis odores adiciat, et nihilominus subinde faeniculo peragitet, ne quid subsederit, quod possit plumbeum perforare. *5* cum deinde iam acriorem potuerit ignem uas sustinere, id est, cum aliqua parte iam mustum excoctum in se feruebit, tum codices et uastiora ligna subiciantur sed ita, ne fundum contingant; quod nisi uitatum fuerit, saepe uas ipsum pertundetur; uel, si id factum non erit, utique aduretur mustum et, amaritudine concepta, condituris fiet inutile. *6* oportebit autem, antequam mustum in uasa defrutaria coiciatur, oleo bono plumbea intrinsecus inbui, bene fricari atque ita mustum adici. ea res non patitur defrutum aduri.

**20** *1* Quin etiam diligenter factum defrutum, sicut uinum, solet acescere; quod cum ita sit, meminerimus anniculo defruto, cuius iam bonitas explorata est, uinum condire; nam uitioso medicamento tunc fructus, qui perceptus est, uitiat⟨ur⟩. ipsa autem uasa, quibus sapa aut defrutum coquitur, plumbea potius quam aenea esse debent: *2* nam in coctura eruginem remittunt aenea et medicaminis

---

**20:** *Cato agr. 113* – 4–6 *Plin. nat. 14,136* – 32–37 *Plin. nat. 14,107–108* – 55–59 *Cato agr. 23,3–4; Plin. nat. 14,120; Gp. 6,8*

---

**A** – obseruauimus **S** – 19 tum **S** – 20 uas **S**$^1$ – 22 conferamus **Ahλσ** deferamus **j** – tenuimus **S** – 25 spartea ex **jσ** spartes et **S** sparteas et **A** sparteas ex **h**$^1$**λ** spartea sed **h**$^2$ – 27 quicquit **S**$^1$ – subsederit **ü**$^2$**l** supersederit **Sh**$^2$ se supersederit **AR** – 29 quae *ed.pr.* quam **SAR** – 32 funiculo **AR** – quit **S**$^1$ – 34 iam parte **AR** – 35 se *om.* **A**$^1$ – ferebit **A**$^1$ – 37 pertundentur **S**$^1$ pertunditur **ρç** – 39 defructaria **Aj** – 41 patiatur **S**

**20:** 1 indiligenter **S** – 2 accessere **A**$^1$ acessere **A**$^2$ – anniculos **S** – 3 uitiosum **S** – medicamentum **AR** – 4 uitiatur *Ald.* uitiat **SAR** – 5 coquitu **S**$^1$ – ahenea **A**$^2$**hjmfy** – 6 cocturam **S** – ahenea **A**$^2$**hmfy** – 8 coquuntur **tç** quocuntur **S**

saporem uitiant. odores autem uino fere apti sunt, qui cum defruto coquuntur: iris, faenum Graecum, schoenum. harum rerum singulae librae in defrutarium, quod ceperit musti amphoras nonaginta, cum iam deferbuerit et expurgatum erit, tum adici debent; deinde, si natura tenue mustum erit, cum ad tertiam partem fuerit decoctum, ignis subtrahendus est et fornax protinus aqua refrigeranda; quod etiam si fecerimus, nihilominus defrutum infra tertiam partem uasi⟨s⟩ considit. *3* sed id quamuis aliquid detrimenti habeat, prodest tamen: nam quanto plus decoquitur, si modo non est adustum, melius et spissius fit. ex hoc autem defruto, quod sic erit coctum, satis est singulos sextarios singulis amphoris inmisceri.

## Alia compositio ad uinum condiendum, quam quidam Neapolitanam uocant

Cum amphoras musti nonaginta in defrutario decoxeris, ita ut iam exiguum supersit de toto, quod significat decoctum ad tertias, tum demum medicamina adicito, quae sunt aut liquida ⟨a⟩ut resinosa, id est picis liquidae Nemoturicae, cum eam diligenter ante aqua marina decocta perlueris, decem sextarios, item resinae therebinthinae sesquilibram. *4* haec cum adicies, plumbeum peragitabis, ne adurantur. cum deinde ad tertias subsederit coctura, subtrahe ignem, et plumbeum subinde agitabis, ut defrutum et medicamenta coeant. deinde cum uidebitur mediocriter calere defrutum, reliqua aromata contusa et cribrata paulatim insparges et iubebis rutabulo ligneo agitari, quod decoxeris, eo usque, dum defrigescat; quod si non ita, ut praecepimus, permiscueris, subsident aromata et adurentur. *5* ad praedictum autem modum musti adici debent hi odores: nardi folium, iris Illyrica, nardum Gallicum, costum, palma, Cyperum, schoenum, quorum singulorum selibrae satisfacient, item

---

coquunt **AR** – foenum **hλfyç** – schoenum **Ahjσ** schenum **Sm** sehenum **b** cohoenum **y** – 10 deferuerit **S** – 14 uasis **l** uasi **SAR** – consedit **AR** – sed id **AR** sedit **S** – aliquit **S**$^1$ – 18 *pr.* **SAhλryç** – 20 nonagita **S** – defrutuario **S** – 21 de toto *F.-H.* de tota **SAR** – quod **t** quae **SAR** – 22 liquida aut **ü**$^2$ liquida ut **S** aliquid aut **AR** – 24 therebinthinae *scripsi* (tere- *Ald.*) therebenthinae **S** therebentinae **A**$^1$ therebintinae **A**$^2$**hbfyç** terebintinae **jmρ** – 25 sesquilibrum **A** sexquilibram **h** sexquilibrum **jmfç** sexquilubrum **bρ** sexquinibrum **y** – cum *om.* **SA** – 26 subtlahe **S**$^1$ – 27 inde **AR** – agitabitis **S** – 29 insparge sed **S** – uidebis **λfńy** – 30 dum **p** cum **SAR** *uide diss. p. 115*$^4$ – defrigescit **AR** – 31 praecipimus **AR** – 33 cortum **AR** – 34 schoenum **A**$^2$**R** schenum **S** scoenum **A**$^1$ – quorum **tblç**

murram, pondo quincunx, calami pondo libram, casiae selibram, amomi pondo quadrans, croci quincunx, †erispae† pampinaceae libram. *6* haec, ut dixi, arida, contusa et cribrata debent adici et his commisceri rasis, quod est genus crudae picis; eaque, quanto est uetustior, tanto melior habetur: nam longo tempore durior facta, cum est contusa, in puluere⟨m⟩ redigitur et his medicaminibus admiscetur; satis est autem praedictis ponderibus sex libras eius misceri.

Ex hac compositione quantum in sextarios musti quadragenos octonos adiciendum sit, incertum est, quoniam pro natura uini aestimari oportet, quid satis sit, cauendumque est, ne conditus sapor intellegatur; nam ea res emptorem fugat. *7* ego tamen, si umida fuerit uindemia, trientem, si sicca, quadrantem medicaminis in binas amphoras miscere solitus sum, ita ut quattuor urnarum esset musti modus — urna autem quattuor et uiginti sextariorum —; nonnullos agricolas singulis amphoris quadrantem medicaminis indidisse scio sed hoc coactos fecisse propter nimiam infirmitatem uini eiusmodi, quod uix triginta diebus integrum permanebat. *8* hoc tamen mustum, si sit lignorum copia, satius est inferuefacere et omnem spumam cum faecibus expurgare, quo facto decima pars decidet sed reliqua perennis est. at si lignorum penuria est, marmoris uel gypsi quod flos appellatur, uncias singulas, item ad tertias decocti defruti sextarios binos singulis amphoris miscere oportebit. ea res etiam si non in totum perennem, at certe usque in alteram uindemiam plerumque uini saporem seruat.

## 21 Aliter, quemadmodum mustum infirmi generis ad uetustatem possit perduci

*1* Mustum quam dulcissimi saporis decoquetur ad tertias et decoctum, sicut supra dixi, defrutum uocatur; quod cum defrixit,

---

**21:** 3–5 *Plin. nat. 14,80; Pallad. 11,14,2* – 26–39 *Cato agr. 106; Plin. nat. 14,126; Pallad. 11,14,2*

---

quarum **SAR** – 35 pondo *om.* **R** – quicuna **AR** – casiaes **A**$^1$ – 36 cumcunx **S**$^1$ cincunx **A** – erispae **SA**$^2$ eris **A**$^1$ erirpe **h** cripe **j** eripae **m** eriypae **bf** orype (e- **r**$^2$) **ρ** errype **ç** – panpinaceae **SA** – 40 in *om.* **AR** – puluerem **tç** puluere **SAR** – elicitur **S**$^1$ – 41 sex **R** ex **SA** – 43 mustis **S** – 44 adadiciendum **A** – uinea **S** – 45 quit **S**$^1$ – 47 sica **S** – 49 modum **S** – 50 agricola **A**$^1$ – *post* agricolas *add.* in **S** – 52 permaneuat **S**$^1$ – 54 faecibus **S**$^2$**h**$^2$ facibus **S**$^1$**A** faucibus **R** – 55 ad **S**$^1$**A**$^1$ – 57 decoti **S**$^1$ – 58 perennem at **SA**$^1$ perennat **A**$^2$**R**

**21:** 1 *pr.* **SAhλryç** – mustum quemadmodum **Ahλryç** – 5 usum **S** – 7 de-

transfertur in uasa et reponitur, ut post annum sit in usu. potest tamen et post dies nouem, quam refrixerit, adici in uinum, et melius est, si anno requieuerit. eius defruti sextarius in duas urnas musti adicitur, si mustum ex uineis collinis est, sed, si ex campestribus, tres heminae adiciuntur. *2* patimur autem, cum de lacu mustum sublatum est, biduo deferuescere et purgari; tertio die defrutum adicimus. deinde interposito biduo, cum id mustum pariter cum defruto deferbuerit, purgatur et ita eo adicitur in binas urnas ligula cumulata uel mensura semunciae bene plenae salis cocti et triti. sal autem quam candidissimus coicitur in urceo fictili sine pice; qui urceus cum recipit salem, diligenter totus oblinitur luto paleato et ita igni admouetur ac tamdiu torretur, quamdiu strepitum edit; cum silere coepit, finem habet cocturae. *3* praeterea faenum Graecum maceratur in uino uetere per triduum, deinde eximitur et in furno siccatur uel in sole; idque cum est aridum factum, molitur. ex eo molito post sallituram musti cochlear cumulatum uel simile genus poculi huius, quod est quarta pars cyathi, adicitur in binas urnas. deinde, cum iam perfecte mustum deferbuit et constitit, tantundem gypsi floris miscemus, quantum salis adieceramus, atque ita postero die purgamus dolium et nutritum uinum operimus atque oblinimus.

*4* Hac conditura Columella patruus meus, inlustris agricola, uti solitus est in his fundis, in quibus palustres uineas habebat. sed idem, cum collina uina condiebat, aquam salsam decoctam ad tertias pro sale adiciebat. ea porro facit sine dubio maiorem mensuram et odoris melioris, sed periculum habet, ne uitietur uinum, si male cocta sit aqua; sumitur autem haec, ut iam dixeram, quam longissime ab litore; nam liquidior et purior est, quantum altiore mari hausta est. *5* eam si quis, ut Columella faciebat, reponat et post triennium in alia uasa eliquatam transfundat, deinde post alterum triennium decoquat usque ad partem tertiam, longe meliorem habebit condituram uini, nec ullum periculum erit, ne uina uitientur. satis est autem sextarios singulos adicere salsae aquae in binas musti urnas, quamuis multi etiam binos inmisceant, nonnulli etiam ternos sextarios, idque ego facere non recusem, si genus uini tantum ualeat, ut aquae salsae non intellegatur sapor. *6* itaque diligens pater familiae, cum parauerit fundum, statim prima uindemia tres aut quattuor

frutis **S** – 8 aditur **j** additur **hσ** – si (*ante* mustum) **AR** sit **S** – 9 mustus **S** – 12 deferuerit **S** – 13 semuntiae **S**² – planae **S**¹**jλρ** – 14 urcio **S**¹ – 15 tum **S** – 17 foenum **Ahλfyç** – 18 maceratum **S** – tridum **S** – 20 simile **AR** sim **S** – 21 puius **S** – quod *F.-H.* qui **SAR** – quiathi **S** – 23 adieceramus **γç** adicieramus

notas conditurae totidem amphoris musti experietur, ut exploratum habeat, quantum plurimum salsae uinum, quod fecerit, sine offensa gustus pati possit.

## 22 Alterum medicamen, quo[d] mustum condias

*1* Picis liquidae Nemeturicae metretam adde in labrum aut in alueum, et in eodem infundito cineri⟨s⟩ lixiuae congios duos, deinde permisceto spatha lignea; cum requieuerit, eliquato lixiuam. deinde iterum tantundem lixiuae addito, eodem pacto permisceto et eliquato; tertio quoque idem facito. cinis autem odorem picis aufert et eluit spurcitiam. *2* post eodem addito picis Bruttiae, si minus, alterius notae quam purissimae et quam optimae x pondo et resinae durae quam purissimae quinque libras; haec minute concidito et admisceto pici Nemeturicae. tum aquae marinae quam uetustissimae, si erit, si minus, ad tertiam partem recentis aquae marinae decoctae congios duos inicito, apertum labrum sinito in sole[m] per Caniculae ortum et spatha lignea permisceto quam saepissime usque eo, dum ea, quae addideris, in pice conliquescant et unitas fiat; noctibus autem labrum operire conueniet, ne inroretur. *3* deinde, cum aqua marina, quam addideris, sole consumpta uidebitur, sub tectum uas totum ferre curabis; huius medicaminis quidam pondo quadrantem in sextarios quadraginta octo miscere soliti sunt et hac conditura contenti esse, alii cyathos tres eius medicamenti adiciunt in totidem sextarios, quot supra diximus.

## 23 Conditura uini picati

*1* Pix corticata appellatur, qua utuntur ad condituras Allobroges. ea sic conficitur, ut dura sit, et quanto facta est uetustior, eo melior

---

**SAR** – 27 uina *om.* **S** – 29 mala **Ahmb**$^1$**fryç** – 31 a **λρ** – purior **AR** turpior **S** – 33 eliquata **S** – 36 aquae **S** easque **AR** – uinas **S** – 38 recussem **A**$^1$ – 40 primum **S** – 41 coniturae **S** – 43 custus **S**$^1$

**22:** 1 *pr.* **SAhλryç** – aliter **SAhr** alter **y** – quod **SAλry** – 2 Nemoturicae **A**$^2$**fρ** Nemoeturicae **y** – 3 cineris **l** cinere (-rem **m**) **SAR** – lixiuae **x**$^2$*q* lexiuae **SAhfńyç** lixiuiae **j**$^1$**λr** lixune **j**$^2$ – congias **S** concios **A**$^1$ – 4 spatha **m** sphata **SAR** – lexiuam **S** lixiuiam **jλń** – 5 lexiuae **S** lixiuiae **jbfń** lisciuie **m** – 7 spurcitiem **S** – adito **Aj** – Brutiae **ρç** Brutticiae **b** – 8 notae **S** Bruttae **AR** – et ... purissimae *om.* **S**$^1$**AR** – 11 si (*ante* erit) **SR** sic **A** – 12 contios **S**$^1$ concios **A**$^1$ – sinito in **S** ininsinito **A**$^1$ insinito **A**$^2$**R** – sole **t** solem **SAR** – 13 spatha **S**$^2$**m** patha **S**$^1$ sphata **Ahjbρyç** phata **f** – 15 introretur **A**$^1$ – 16 consumta **SA** – 19 quyathos **SA**$^1$ – 20 sextario **A**$^2$ – quod **SA**$^1$

in usu est: nam omni lentore misso facilius in puluerem resoluitur atque cribratur. hanc ergo conteri et cribrari oportet; deinde, cum bis mustum deferbuerit, quod plerumque est intra quartum diem, quam de lacu sublatum est, diligenter manibus expurgatur et tum demum praedictae picis sextans et semuncia in sextarios quinque et quinquaginta adicitur, et rutabulo ligneo permiscetur, nec postea tangitur, dum conferuescat. *2* quod tamen non amplius diebus quattuordecim a conditura patiendum est: nam oportebit post hunc numerum dierum confestim uinum emundare et, si quid faecis aut labris uasorum aut lateribus inhaesit, eradi ac suffricari et protinus operculis inpositis oblini. at si ex eadem pice totam uindemiam condire uolueris, ita ne gustus picati uini possit intellegi, sat erit eiusdem picis sex scripula in sextarios quinque et quadraginta tum demum miscere, cum mustum deferbuerit et faeces expurgatae fuerint. *3* oportebit autem salis decocti contritique semunciam in eundem modum musti adicere; nec solum huic notae uini sal adhibendus est, uerum, si fieri possit, in omnibus regionibus omne genus uindemiae hoc ipso pondere salliendum est; nam ea res mucorem uino inesse non patitur.

## 24 Aliter uinum condire

*1* Pix Nemoturica in Liguria conficitur. ea deinde ut fiat condituris idonea, aqua marina quam longissime a litore de pelago sumenda est atque in dimidiam partem decoquenda, quae cum in tantum refrixerit, quantum ne contacta corpus urat, partem aliquam eius, quae satis uidebitur, praedictae pici inmiscebimus et diligenter lignea spatha uel etiam manu peragitabimus, ut, si quid inest uitii, eluatur. *2* dein patiemur picem considere, et cum consederit, aquam eliquabimus. postea bis aut ter ex reliqua parte aquae decoctae tamdiu lauabimus et subigemus eam, donec rutila fiat. tum

---

**23:** 1 *pr.* **SAhλryç** – 2 cortica **S**$^1$ – condituram **S**$^1$ – Alobroges **S** – 3 eo **AR** et **S** – mollior **S** mellior **A**$^1$ – 6 deferuerit **AR** – 7 tunc **AR** – 8 sextans **hjρç** sestans **SAλfy** – 9 rotabulo **S** – 13 labis **A**$^1$ – 14 ac **AR** – 15 custus **A** – 16 eidem **R** – 17 deferuerit **AR** – 18 oportebit **S**$^2$**j** oporterit **S**$^1$**Ahmfy** oportet **b** oportuerit **ρç** – 21 mucrone **Ah**$^1$**jλfρy**

**24:** 1 *pr.* **SAhλryç** – 2 conditoris **A** – 3 littore **hjmfρç** lictore **y** – summenda **Amry** – 4 atque **S** quae **AR** – 6 praedicti **A** – inmiscemus **AR** – 7 sphata **Ahjσ** sphatea **λ** – quod **S** – 8 deinde **jρy** – consedere **AR** – sederit **Ahλσ** – 10 laudabimus **SAhλσ** – subicebimus **S**$^1$ subigebimus **S**$^2$**Ahλfr**$^2$**y** – tum eliquatam **t** duae liquatam **S**$^1$**A** dum eliquatam (-tum **ç**) **S**$^2$**R** – 12 noctibus *bis* **S**$^1$ – 15

eliquatam in sole XIIII diebus patiemur esse, ut quisquis ex aqua umor remansit adsiccetur; noctibus autem uas tegendum erit, ne inroretur. cum hoc modo picem praeparauerimus et uina, cum iam bis deferbuerint, condire uoluerimus, in musti sextarios octo et quadraginta cyathos duos picis praedictae sic adiciemus: *3* ex ea mensura, quam condituri sumus, sextarios duos musti sumere oportebit, deinde ex his sextariis in picis sextantem paulatim mustum infundere et manu tamquam mulsum subigere, quo facilius coeat; sed ubi toti duo sextarii cum pice coierint et quasi unitatem fecerint, tum eosdem in ⟨i⟩d uas, unde sumpseramus, perfundere et, ut permisceatur medicamen, rutabulo ligneo peragitare conueniet.

## 25 Aquam dulcem ad condituram uini salsam facere

*1* Quoniam quidam, immo enim fere omnes, Graeci aqua salsa uel marina mustum condiunt, eam quoque partem curae non omittendam putaui.

In mediterraneo, quo non est facilis aquae marinae inuectio, sic erit ad condituras conficienda muria: *2* huic rei maxime est idonea caelestis aqua, si minus, ex fonte liquidissimo profluens. harum ergo alterutram curabis quam plurimam et quam optimis uasis conditam ante quinquennium in sole ponere, deinde, cum conputruerit, tamdiu pati, donec ad pristinum modum perueniat. quod cum factum fuerit, alia uasa habeto et in ea sensim aquam eliquato, donec ad faecem peruenias; semper enim in requieta aqua crassamen aliquod in imo reperitur. *3* sic curata cum fuerit, in modum defruti ad tertias decoquenda est. adiciuntur autem in aquae dulcis sextarios quinquaginta salis candidi[s] sextarii sex et mellis optimi unus sextarius. haec pariter decoqui et omnem spurcitiam expurgari oportet, deinde, cum refrixerit, tum quantumcumque umoris est, tantum in amphoram musti portionem adici.

---

**25:** 2–18 *Cato agr. 105* – 20–29 *Plin. nat. 14,120; Pallad. 11,14,2*

---

quiathos **SA** – 17 sextantem **jb**$^1$**ρ** sestantem **SAhλfyç** – 18 quoeat **S** – 20 id uas **l** duas **SAR**

**25:** 1 *pr.* **SAhλryç** – quam **Amryç** – 5 mediaterraneo **S** – 6 at **S** – conficiendas **R** – uriam **A**$^1$ muriam **A**$^2$ – 7 profuluens **S**$^1$ – 8 alterultram **A**$^1$ – 9 conputuerit **S** – 10 pristinam **A**$^1$ – 13 repperitur **SA** – 14 at **S**$^1$**A**$^1$ – 15 candidi *Schn.* candidis **S** *om.* **AR** – sestarii sex **S** sextariis **A**$^1$ sextarius **A**$^2$**R** – optimis **A**$^1$ – 17 quantumcuique **S** – moris **S** – 19 *pr.* **SAhλryç** – coquenda **Ahmryç**

### De aqua marina decoquenda

*4* Quod si ager maritimus est, silentibus uentis de alto quam quietissimo mari sumenda est aqua et in tertiam partem decoquenda, adiectis, si uidebitur, aliquibus aromatis ex is, quae supra rettuli, ut sit odoratior uini curatio. mustum autem antequam de lacu tollas, uasa rore marino uel lauro uel myrto subfumigato et large repleto, ut in efferuescendo uinum se bene purget; postea uasa nucibus pineis suffricato. *5* quod uinum uolueris dulcius esse, postero die, quod austerius, quinto die, quam sustuleris, condire oportebit et ita supplere et oblinire uasa. nonnulli etiam suffumigatis seriis prius condituram addunt et ita mustum infundunt.

### 26 Ne uinum acescat

*1* In quo agro uinum acescere solet, curandum est, ut, cum uuam legeris et calcaueris, priusquam uinacea torculis exprimantur, mustum in cor⟨ti⟩nam defundas et aquae dulcis puteanae ex eodem agro partem decimam adicias et coquas, donec ea aqua, quam adieceris, decocta sit. postea cum refrixerit, in uasa defundas et operias et oblinas; ita diutius durabit et detrimenti nihil fiet. *2* melius est, si ueterem seruatam compluribus annis aquam addideris, longeque melius, si aquae nihil addideris et decimam musti decoxeris frigidumque in uasa transtuleris, et si in sextarios L musti heminam gypsi miscueris, posteaquam decoctum refrixerit. reliquum mustum, quod e uinaceis fuerit expressum, primo quoque tempore absumito aut aere commutato.

### 27 De uino dulci faciendo

Vinum dulce sic facere oportet: uuas legito, in sole per triduum expandito, quarto die meridiano tempore calidas uuas proculcato;

---

27: *Plin. nat. 14,85, 14,135*

---

– 22 his **AR** – retulli **A**$^{1}$ retuli **A**$^{2}$**jmρyç** – 23 uni **Ahmfy** – 24 myrto **åzdxbç** murto **SAhjfr**$^{2}$ mirto **ρ** murco **m** – 25 unum **SAh**$^{1}$**fry** – 28 suplere **S** – suffumigantis **AR**

26: 1 *pr.* **SAhλryç** – agescat **A** – 2 acessere **S** – 4 cortinam *Schn.* cornam **SA** corbam **R** – puteanae **S** puteune **Ah**$^{1}$**jmńy** puteone **h**$^{2}$ puteine **b** puteonene **f**$^{1}$ puteune ne **f**$^{2}$ puteumne **rç** – 8 *ante* si *add.* a **Ah**$^{1}$**mfρy** autem **h**$^{2}$**ç** – cumpluribus **S** – longeque ... addideris *om.* **S**$^{1}$**jm** – 10 uas **AR** – L **S** uel **AR** – 11 refrixerit **t** refrixeris **SAR** – relicum **S**$^{1}$ reliqum **S**$^{2}$ – 12 e *Schn.* in **SAR** – uinaciis **SA**

mustum lixiuum, hoc est, antequam prelo pressum sit, quod in lacum musti fluxerit, tollito; cum deferbuerit, in sextarios quinquaginta irim bene pinsitam ne plus unciae pondere addito; uinum a faecibus eliquatum diffundito. hoc uinum erit suaue, firmum, corpori salubre.

28 **Aliter uinum dulce condire**

*1* Irim quam candidissimam pinsito; faenum Graecum uetere uino macerato, deinde in sole exponito aut in furno, ut siccescat; tum commolito minutissime. item odoramenta trita, id est irim cribratam, quae sit instar pondo quincun⟨cem⟩ et trientem, faeni Graeci pondo quincuncem et trientem, schoeni pondo quincuncem in unum permisceto; tum in serias singulas, quae sint amphorum septenum, addito medicaminis pondo unciam scripula octo. *2* gypsi, cum ex locis palustribus mustum erit, in serias singulas ternas heminas, cum de nouellis uineis erit, sextarium, cum de ueteribus et locis siccis, heminas singulas adicito. tertio die, quam calcaueris, conditurām infundito; sed antequam condias, musti aliquantum in seriam de seria transferto, ne in condiendo, cum medicamento efferuescat, effluat. *3* sic autem curato: gypsum et medicamentum in labello permisceto, quantum seriis singulis fuerit necessarium, idque medicamentum musto diluito et ipsa ad serias addito et permisceto. cum deferbuerit, statim repleto et oblinito. omne uinum cum condieris, nolito statim diffundere sed sinito in dolis liquescere; postea, cum de doliis aut de seriis diffundere uoles, per uer florente rosa defaecatum quam liquidissimum in uasa bene picata et pura transferto. *4* si in uetustatem seruare uoles, in cado duarum urnarum quam optimi uini sextarium aut faecis generosae recentis

---

28: 2–8 *Plin. nat. 14,135* – 21–27 *Gp. 7,12,7*

---

27: 1 *pr.* **SAhλryç** – 2 uinom **S**¹ – 3 temporie **S**¹ temperie **S**² – caldas **S** – 4 proelo **S** – praesum **S**¹ – quod *om.* **S** – 5 lacu **S** – 6 pisitam **A** – ad **S** – 7 foecibus **Afy** foetibus **h** – corporali **AR**

28: 1 *pr.* **SAhλryç** – 2 condidissimam **A** – foenum **Ahλfyç** – 3 exposito **AR** – ut **AR** aut **S** – 5 quincuncem **ü²t** quinque *uel* v **SAR** – foeni **Aλfyç** – 6 quincum **SA** – scheni **S** – quincumquem **S** – 8 scripulam **AR** – 9 serias *om.* **AR** – 10 cum (*post* heminas) **h** tum **SAjλσ** – 12 aliquantulum **AR** – 14 efferuescit **Ahjmb¹σ** – effluat *scripsi* et fluat **SAjλσ** et effluat **h** – curatio **AR** – 15 seris **S** – 17 deferuuerit **A**¹ deferuerit **A²R** – 18 nolite **Ahjmfr²y** – defundere **S** – doliis **AR** – 19 per uer **S** uere **AR** – 20 effaecatum **S** – 21 cando **A**

sextarios tres addito; aut si uasa recentia, ex quibus uinum exemptum sit, habebis, in ea confundito; si horum quid feceris, multo melius et firmius erit uinum. etiam, si bonos odores addideris, omnem malum odorem et saporem prohibueris; nam nulla res alienum odorem celerius ad se ducit quam uinum.

## 29 Mustum dulce seruare, ne mutet saporem

Mustum ut semper dulce tamquam recens permaneat, sic facito: antequam prelo uinacea subiciantur, de lacu quam recentissimum addito mustum in amphoram nouam, eamque oblinito et inpicato diligenter, ne quicquam aquae introire possit. tunc in piscinam frigidae et dulcis aquae totam amphoram mergito ita, ne qua pars extet. deinde post dies quadraginta eximito. sic usque in annum dulce permanebit.

## 30 Vini curatio

*1* Ab eo tempore, quo primum dolia operculaueris, usque ad aequinoctium uernum semel in diebus XXXVI uinum curare satis est, post aequinoctium uernum bis; aut si uinum florere incipiet, saepius curare oportebit, ne flos eius pessum eat et saporem uitiet. quanto maior aestus erit, eo saepius conuenit uinum nutriri refrigerarique et uentilari; nam quandiu bene frigidum erit, tamdiu recte manebit. *2* labra uel fauces doliorum semper suffricari nucibus pineis oportebit, quotiens uinum curabitur.

### Remedium languentis uini

Si qua uina erunt duriora aut minus bona, quod agri uitio aut tempestate sit factum, sumito faecem uini boni et panes facito et in sole arefacito et coquito in igne. postea terito et pondo quadrantem amphoris singulis infricato et oblinito. bonum fiet.

---

**29**: *Cato agr. 120; Plin. nat. 14,83; Gp. 6,16,1*
**30**: 11–14 *Plin. nat. 14,120; Pallad. 11,14,5*

---

**29**: 1 *pr.* **SAhλryç** – 2 facto **S** – 5 quiquam **S** – 6 qua **SR** quae **A** – 7 dies *om.* **A**[1]
**30**: 1 *pr.* **SAhbryç** – 3 semel ... uernum *om.* **SA** – 5 sapore **S** – 7 bene *om.* **S**[1] – 10 *pr.* **SAhλryç** – 12 et in sole arefacito *om.* **S**[1] – 13 quadrante **SAhjσ** – 14 infriato **S**[1]

## 31 Si quod animal in mustum ceciderit et interierit

⟨Si⟩ serpens aut mus sorexue in mustum ceciderit, ne mali odoris uinum faciat, ita, ut repertum corpus fuerit, id igne adoleatur cinisque eius in uas, quo deciderat, frigidus infundatur atque rutabulo ligneo permisceatur. ea res erit remedio.

## 32 Vinum ex marruuio

Vinum marruuii multi utile putant ad omnia intestina uitia et maxime ad tussim. cum uindemiam facies, marruuii caules teneros maxime de locis incultis et macris legito eosque in sole siccato, deinde fasciculos facito et tomice palmea aut iuncea ligato et in seriam mittito, ita ut uinculum extet. in musti dulcis sextarios CC marruuii libras octo adicito, ut simul cum musto deferuescat; postea eximito marruuium et purgatum uinum diligenter oblinito.

## 33 ⟨Vinum scilliten⟩

*1* Vinum scilliten ⟨ad con⟩coquendum et ad corpus reficiendum itemque ad ueterem tussim et ad stomachum hoc modo condire oportet: primum ante dies quadraginta, quam uoles uinum uindemiare, scillam legito eamque secato quam tenuissime, sicut rapani radicem, taleolasque sectas suspendere in umbra, ut adsiccentur; deinde, cum aridae erunt, in musti Aminnei sextarios quadraginta octo scillae aridae adde pondo libram, eamque inesse patere diebus XXX; postea eximito et defaecatum uinum in amphoras bonas adicito. *2* Alii scribunt in musti sextarios XLVIII scillae aridae pondo libram et quadrantem adici oportere, quod et ipsum non probo.

---

33: *Plin. nat. 14,106; Pallad. 8,6; Gp. 2,47,8*

---

**31:** 1 si ... interierit *ut rubr. posui, litt. comm.* **SAR** – quod **åcdqγlpr$^1$ńç** quid **SAhjλfr$^2$y** – 2 si *addidi, om.* **SAR** – aui **A** – 4 uasa **Aλy$^1$ç** – 5 permiscatur **A**

**32:** 1 *pr.* **SAhλryç** – marubio **m** marrubio **hbryç** – 2 marrubii **R** – 3 at **S$^1$A** – marruuii *scripsi* marruuiae **SA** marrubi **hf** marrubiae **j** marrubii **λρyç** – teneras **SA** – 4 easque **A** – 6 cc **ou$^2$d$^2$ç** ducentos **p** tt **S** tres **Ahb$^1$fρy$^1$** et **m** esse **b$^2$y$^2$** *om. u. sp. r.* **j** – 7 marrubii **R** – 8 marrubium **R**

**33:** 1 *rubr. momento 26 argumenti similem pr.* **hm** – 2 scylliten **hjλfyç** – ad concoquendum *Ald.* coquendum **SAR** – 5 scillam **lρ** scyllam **SAR** – eamque *om.* **A** – secato **S$^3$R** sicato **S$^1$** siccato **S$^2$** *om.* **A** – raphani **R** – 6 secatas **S** – 7 aridas **A** – Aminnei **q** Amminei **SAhmfrç** Haminei **j** Aminei **bńy** – 8 scillae **lń** scyllae **SAR** – 9 bonas *ed.pr.* binas **SAR** – 10 XLIX *uel sim.* **AR** – scyllae **AR**

## 34 Acetum scilliten

Hoc ipsum scillae pondus, quod supra, in aceti duas urnas adiciunt et per quadraginta dies inesse patiuntur, qui scilliticum acetum facere uolunt.

## De embammate

In tres amphoras musti mittis aceti acris congium aut duplum, si non est acre; et in olla[m], quae fert amphoras tres, decoquis ad palmum, id est ad quartas aut, si non est dulce mustum, ad tertias; despumatur. sed mustum desub massa et limpidum sit.

## 35 Vinum absenthiten et reliquas notas facere

Vinum absenthiten et hysopiten et habrotoniten et thymiten et marathiten et glechoniten sic condire oportet: Pontici absenthii pondo libram cum musti sextariis quattuor decoque usque ad quartam; reliquum quod erit, id frigidum adde in musti Aminnei urnam. idem ex reliquis rebus, quae supra scripta sunt, facito. possint etiam pulei aridi tres librae cum congio musti ad tertias decoqui et, cum refrixerit liquor, exempto puleio in urnam musti adici. idque mox tussientibus per hiemem recte datur uocaturque uini nota glechonites.

## 36 Ad tormina[m] et omnem alui proluuiem uinum roratum sic facies

Mustum tortiuum est, quod post primam pressuram uinaceorum circumciso pede exprimitur. idque mustum coicies in amphoram

---

**34:** 2–4 *Pallad. 8,8; Gp. 2,47,8, 8,42*
**35:** *Plin. nat. 14,109; Gp. 8,7, 8,9, 8,15, 8,21*

---

**34:** 1 *pr.* **SAhλryç** – scylliten **yç** scyllien **b** scylilliten **m** – 2 scyllae **AR** – 3 patiemur **A** – scilliticum **r** scilleticum **SA** scylliticum **hλσ** scyllaticum **j** – 5 de embammate *Urs.* decem bambatae *litt. comm.* **SAR** *ut rubr. posui* – 6 mitis **R** – acri **SAhλσ** – 7 acer **SAy** arer **f** arcer $\mathbf{h}^1$ – olla *scripsi* ollam **SAR** – 8 tertia **S** – 9 dispumatur **jmρç**

**35:** 1 *pr.* **SAhbryç** – absentiten **SAb** – 2 absinthiten **Ajλfyç** absinthien **h** absintiten **ρ** – hisopiten **Ahjryç** hospite **m** hisopite **b** hospitem **f** hysopitem **ń** – abrotoniten **AR** – thimiten **R** – 3 gleconiten **jλfρ** – absinthii **R** – 5 relicum $\mathbf{S}^1$ reliqum $\mathbf{S}^2$ – in **SR** inde **A** – mustum **SA** – Aminnei **q** Aminei **S** Aminet **A** Amminei **hλσ** Haminei **j** – 6 possunt **R** – 9 gleconies **Aj** gleconites **hfρyç** gleconixes **λ**

nouam et inplebis ad summum. tum adicies ramulos roris marini aridi lino colligatos; sed patieris una deferuescere per dies septem. deinde eximes ramulorum fasciculum, et purgatum diligenter uinum gypsabis. sat erit autem roris marini sesquilibram in duas urnas musti adicere. hoc uino post duos menses possis pro remedio uti.

## 37 Vinum Graeco simile facere ad aluum molliendum

Uuas praecoques quam maturissimas legito easque per triduum in sole siccato; quarto die calcato, et mustum, quod nihil habeat ex tortiuo, coicito in seriam diligenterque curato, ut, cum deferbuerit, faeces expurgentur. deinde quinto die, cum purgaueris mustum, salis cocti et cribrati duos sextarios uel, quod est minimum, adicito unum sextarium in sextarios musti XLVIII. quidam etiam defruti sextarium miscent, nonnulli etiam duos adiciunt, si existimant uini notam parum esse firmam.

## 38 Vinum myrtitem

*1* Vinum myrtitem ad tormina et ad alui proluuiem et ad inbecillum stomachum sic facito: duo genera sunt myrti, quorum alterum est nigrum, alterum album. nigri generis bacae, cum sunt maturae, leguntur, et semina earum eximuntur, atque ipsae sine seminibus in sole siccantur, et in fictili fidelia sicco loco reponuntur. *2* deinde per uindemiam ex uetere arbusto uel, si id non est, ex uetustissimis uineis Aminneae bene maturae uuae sole calido leguntur, et ex is mustum adicitur in seriam et statim primo die, antequam id ferueat,

---

**37:** *Cato agr. 24; Pallad. 11,14,2–3*
**38:** *Pallad. 2,18, 3,27, 3,31* – 2–26 *Cato agr. 125; Plin. nat. 14,104* – 2–4 *Plin. nat. 23,161* – 28–39 *Plin. nat. 15,123*

---

**36:** 1 *pr.* **SAhλryç** – tormina **h** torminam **SAλryç** – 4 idque **S**[2] id **S**[1]**AR** – 5 rosis **A** – marin **S**[1] – 6 haridi **S** – colligato **SA** – 8 sexquilibram **jr**[1] sexquilibra **r**[2] sesquilibra **f**

**37:** 1 *pr.* **SAhλryç** – molliendum **S**[2] malliendum **S**[1] molliendam **Ahç** moliendam **λr**[2] moliendum **r**[1] *om.* **y** – 2 praecoces **jbσ** – legito **Sfç** legibus **A** legi **hjλρy** – tridum **S** – 4 deferuuerit **A** – 7 XLIX *uel sim.* **AR** – 8 existimat **SA** – uino **SA**

**38:** 1 *pr.* **SAhmryç** – myrtitem **A** mirtitem **Shmr** myrtytem **y** myrtiten **ç** – 2 myrtiten **hç** myrticem **j** mirtitem **bry** mirtiten **m** – aluuii **S**[1] – 3 homachum **S**[1] sthomachum **S**[2] – sunt genera **hλσ** – 4 et **S**[1]**A** – 7 arbustio **A** – id *om.* **S** – 8 Aminneae **hf** Aminnae **SA** Haminneae **j** Ammineae **λρyç** – his **AR** – 9 ferueat

bacae myrti, quae fuerant repositae, diligenter conteruntur et totidem earum librae contusarum appenduntur, quot amphorae condiri debent; tum exiguum musti sumitur ex ea seria, quam medicaturi sumus, et tamquam farina conspargitur, quicquid contusum et appensum est. post hoc complures ex ea massulae fiunt et ita per latera seriae in mustum demittuntur, ne altera offa super alteram perueniat. *3* cum deinde bis mustum deferbuerit et bis curatum est, rursus eodem modo et tantundem ponderis bacae, sicut supra, contunditur, nec iam, ut prius, massulae fiunt, sed in labello mustum de eadem seria sumitur, praedicto ponderi permiscetur, sicut sit instar iuris crassi; quod cum est permixtum, in eandem seriam confunditur et rutabulo ligneo peragitatur. *4* deinde post nonum diem, quam id factum est, uinum purgatur et scopulis aridae myrti seria suffricatur operculumque superponitur, ne quid eo decidat. hoc facto, post septimum diem rursus uinum purgatur et in amphoras bene picatas et bene olidas diffunditur; sed curandum est, ut, cum diffundis, liquidum et sine faece diffundas.

**Aliter**

*5* Mel Atticum ter inferuere facito et totiens despumato. uel si Atticum non habueris, quam optimum mel eligito et quater uel quinquies despumato, quoniam, quanto est deterius, tanto plus habet spurcitiae. cum deinde mel refrixerit, bacas albi generis myrti quam maturissimas legito et perfricato, ita ne interiora semina conteras. *6* mox fiscello ligneo inclusas exprimito, sucumque earum, qui sit sextariorum sex, cum mellis decocti sextario misceto et in lagunculam diffusum oblinito. sed hoc mense Decembri fieri debebit, quo fere tempore matura sunt myrti semina, custodiendumque erit, ut, antequam bacae legantur, si fieri potest, VII diebus, sin autem, ne minus triduum serenum fuerit aut certe non pluerit; et, ne rorulentae legantur, cauendum.

---

*om.* **A** – 10 mirti **S** – 11 quod **SAh[1]b** – 12 medicacaturi **A** – 13 quitquit **S[1]** – 15 dimittuntur **AR** – 16 deferuerit **S** deferuuerit **A** – 17 *post* supra *add.* dixi **R** – 18 ne **Ahjfρy** – 20 perinixtum **A** – 22 *ante* id *add.* ad **S** – haridae **S** – myrti **ü** myrtae **SAR** – 23 seriae **SA** – 25 sed **SR** et **A** – 26 faecem **S[1]A** – 27 *pr.* **SAhmy** – 28 inferuuere **A** inferbuere **R** – dispumato **R** – 30 quinque **S** quinques **A** – dispumato **jλρ** – deterior **S[1]** – *post* tanto *add.* est **Af** – 31 haberet **Aλ** habe **j** – 32 interiore **S[1]** – 33 lineo **S** – 34 sextariurum **A[1]** – sextarium **SA** – misceto *scripsi* miscetur **SAj** inmiscetur **hλσ** – 35 diffusam **Ab** – 36 tempore *om.* **A** – myti **S[1]** mirti **bry** – custodiundumque **S** custodient dumque **A** – 37 uace **S[1]A**

### Aliter

*7* Multi nigram uel albam myrti bacam, cum iam maturuit, destringunt et, duabus horis eam cum paululum in umbra expositam siccauerunt, proterunt, ita ut, quantum fieri potest, interiora semina integra permaneant; tum per lineum fiscum, quod protriuerant, exprimunt et per colum iunceum liquatum sucum lagunculis bene picatis condunt neque melle neque alia re ulla inmixta. hic liquor non tam est durabilis, sed quamdiu sine nox[i]a manet, utilior est ad ualitudinem quam alterius myrtitis notae compositio.

### Aliter

*8* Sunt qui hunc ipsum expressum sucum, si sit eius copiosior facultas, in tertiam partem decoquant et refrigeratum picatis lagunculis condant; sic confectum diutius permanet. sed et, quod non decoxeris, possit innoxium durare biennio, si modo munde et diligenter id feceris.

## 39 Passum quemadmodum fiat

*1* Passum optimum sic fieri Mago praecipit, ut et ipse feci: uuam praecocquem bene maturam legere; acina mucida aut uitiosa reicere; furcas uel palos, qui cannas sustineant, inter quaternos pedes figere et perticis iugare; tum insuper cannas ponere et in sole pandere uuas et noctibus tegere, ne inrorentur; cum deinde exaruerint, acina decerpere et in dolium aut in seriam coicere; eodem mustum quam optimum, sicut grana summersa sint, adicere; ubi conbiberit uua[s] seque impleuerit, sexto die in fiscellam conferre et prelo premere

---

39: *Plin. nat. 14,81; Pallad. 11,19*

---

– 40 *pr.* **SAhm** – 41 nigrum **A**$^1$ – myti **S**$^1$ mirti **λfr** – 42 destringunt (dis- **l**) **tlń** destringet **S**$^1$ destringent (dis- **m**) **S**$^2$**Ahjλσ** destringentem **f**$^1$ – 43 proterunt **hmryç** posterunt **S**$^1$**A** post terunt **S**$^2$ poterunt **bfń** prot *u. sp.* **j** – 44 dum **SA** – pertriuerant **AR** – 45 lagunaulis **S**$^1$ langunculis **jf**$^1$ lagunculus **r**$^1$ – 46 neque (*ante* alia) **ryç** nec **SAhjmfń** nisi **b** – inmixtae **SA** – 47 no **S**$^1$ – quamdiu **hüt** tamdiu **SAjλσ** – noxa **γf**$^1$**ç** noxia **SAR** – 48 ualetudinem **Ahy** – myrtitis **Sf** myrtis **Aj** myrtetis **hbńyç** mirtetis **mr** – compositiones **SA** – 49 *pr.* **SAhmyç** – 52 condunt **R** – confectam **AR** – et *om.* **AR**

39: 1 *pr.* **SAhmryç** – 2 si **A** – 3 naturam **A** – acina mucida *Heinsius* acinam acida **SA** acina acida **R** – 4 cannans **A** – ficere **S**$^1$ – 6 exharuerint **S**$^1$ – 7 dolum **S**$^1$ – 8 granum **A** – sint adicere *bis* **A**$^1$ – uua **m** uuas **SAR** – 11 uuas **A**

passumque tollere; *2* postea uinaceos calcare, adiecto recentissimo musto, quod ex aliis uuis factum fuerit, quas per triduum insolaueris; tum permiscere, et subactam brisam prelo subicere; passumque secundarium statim uasis oblitis includere, ne fiat austerius; deinde post XX dies, cum deferbuerit, in alia uasa deliquare, et confestim opercula gypsare et pelliculare.

### Aliter

*3* Uuam ap[p]ianam integram legito; acina corrupta purgato et secernito; postea in perticis suspendito; perticae uti semper in sole sint, facito; ubi satis conrugata erunt acina, demito et sine scopionibus in dolium coicito pedibusque bene calcato; ubi unum tabulatum feceris, uinum uetus inspargito; postea alterum supercalcato; item uinum conspargito; eodem modo tertium calcato et infuso uino, ita ⟨ut⟩ supernatet, sinito dies V; postea pedibus proculcato et in fiscina noua uuas premito.

### Alio modo

*4* Quidam aquam caelestem ueterem ad hunc usum praeparant et ad tertias decoquunt; deinde, cum uuas, sicut supra scriptum est, passas fecerunt, decoctam aquam pro uino adiciunt et cetera similiter administrant. hoc, ubi lignorum copia est, u[t]ilissime constat et est in usu uel dulcius quam superiores notae passi.

## 40 Lora optima sic fieri oportet

*1* Quantum uini uno die feceris, eius partem decimam, quot metretas efficiat, considerato, et totidem metretas aquae dulcis in uinaceos, ex quibus unius diei uinum expressum erit, addito. eodem spumas defruti siue sapae et faecem ex lacu confundito et permisceto, eamque intritam macerari una nocte sinito; postero die pedibus

---

**40**: *Cato agr. 25; Varro rust. 1,54,3; Plin. nat. 14,86*

---

– 13 secundarum **$A^1$** – oblinitis **AR** – 14 XX *uel sim.* **$SAb^1y^1ç$** XXX *uel sim.* **$hmb^2f\rho y^2$** L **j** – tum **SA** – deferuerit **S** deferuuerit **A** – 16 *pr.* **SAhyç** – 17 apianam **$dülr^1$** appianam **SAhλσ** appiam **j** – corruptatur **$A^1$** – 19 iubi **A** – erint **SA** – scopionibus *Urs.* scipionibus **SAR** – 23 ut **t** *om.* **SAR** – supernatat et **j** superponat et **λ** – 24 premitto **$S^1$** – 25 *pr.* **SAhbyç** – 29 uilissime **t** utilissime **SAR** – 30 superioris **S**

proculcato et sic permixtam prelo subicito; quod deinde fluxerit, aut dolis aut amphoris condito et, cum deferbuerit, opturato; commodius autem seruatur in amphoris. *2* hanc ipsam loram Marcus Columella ex aqua uetere faciebat et nonnumquam plus biennio innoxiam seruabat.

## 41 Mulsum optimum sic facies

Mustum lixiuum de lacu statim tollito. hoc autem erit, quod destillauerit, antequam nimium calcetur uua; sed de arbustiuo genere, quod sicco die legeris, id facito. conicies in urnam musti mellis optimi pondo x et diligenter permixtum recondes in lagonam eamque protinus gypsabis iubebisque in tabulatum poni. si plus uolueris facere, pro portione, qua supra, mel adicies; post uicensimum et alterum diem lagonam aperire oportebit et in aliud uas mustum eliquatum oblinire atque in fumum reponere.

## 42 Compositio medicamenti ad tormina, quod uocatur διὰ ὀπώρας

*1* In caccabo fictili nouo uel in stagneo coquitur musti arbustiui Aminnei urna et mala cydonea grandia expurgata xx et integra mala dulcia granata, quae Punica uocantur, et sorba non permitia diuisa exemptis seminibus, quae sit instar sextariorum trium. *2* haec ita coquuntur, ut omnia poma deliquescant cum musto; et sit puer, qui spatha lignea uel harundine permisceat poma, ne possint aduri. deinde, cum fuerint decocta, ut non multum iuris supersit, refrigerantur et percolantur, eaque, quae in colo subsederunt, diligenter contrita leuigantur, et iterum in suo sibi iure lento igni, ne aduran-

---

**41:** *Gp. 8,25–26*

---

**40:** 1 *pr.* **SAhλryç** – 2 decumam **Af** – quot **wdt$^{2}$lpńç** quod **SAR** – 4 uinaceos ex **p** uinaceo (-eto **A**$^{1}$) sed **SAR** – eddem **A**$^{1}$ – 8 doliis **S**$^{2}$**R** – deferuerit **S** – 9 ipsa **S**$^{1}$ – Macrius **SA** – 10 umquam **SAλfy**

**41:** 1 *pr.* **SAhλryç** – 3 nimium **cd** minimum **SAR** – 4 it **S**$^{1}$ – 5 lagona (-ena **h**$^{2}$**ρ**) **R** – 6 uidebisque **λρy** – 7 uicesimum **m** uigesimum **brç** xx **jń** – 9 oblinare **SAhλfr**$^{2}$**y** oblinere **ç**

**42:** 1 *pr.* **SAhmryç** – at **A** – 2 οπωρας **S** οιτωρας **Ahç** *om.* **ry** *om. u. sp. r.* **m** – 3 cacabo **hmńy** cachabo **r** – figuli **AR** – cocitur **SA** – 4 Amminnei **h** Amminei **λrç** – cidonia **Sρ** cidonea **j** cydonia **m** – gradia **S**$^{1}$**A** – 5 soruua **Sh**$^{1}$ sorua **Aj**$^{1}$**y**$^{1}$ – 8 spatha **S**$^{2}$ spathata **S**$^{1}$ sphata **Ajλσ** spata **hń** – arundine **S** – 9

tur, carbonibus decoquuntur, donec crassamen in modum faecis existat. *3* prius tamen, quam de igne medicamentum tollatur, III heminae roris Syriaci contriti et cribrati super omnia adiciuntur et spatha permiscentur, ut coeant cum ceteris; tum refrigeratum medicamentum adicitur in uas fictile nouum picatum, idque gypsatum alte[r] suspenditur, ne pallorem trahat.

## 43 Caseum sic condiemus

Caesi aridi ouil⟨l⟩i proximi anni frusta ampla facito et picato uase componito. tum optimi generis mustum adinpleto, ita ut superueniat; et sit ius aliquanto copiosius, quoniam caseus combibit et fit uitiosus, nisi mustum semper supernatet eum. uas autem, cum impleueris, statim gypsabis. deinde post dies XX licet aperias et utaris qua uoles adhibita conditura; est autem etiam per se non iniocundus.

## 44 Uuas, ut sint uirides usque ad annum, sic custodies

*1* Uuas bumastos uel duracinas uel purpureas cum desecueris a uite, continuo pediculos earum inpicato dura pice; deinde labellum fictile nouum inpleto paleis quam siccissimis cribratis, ut sine puluere sint, et ita uuas superponito; tum labello altero adoperito et circumlinito luto paleato atque ita in tabulato siccissimo composita labra paleis siccis obruito. *2* omnis autem uua sine noxa seruari potest, si luna decrescente et sereno caelo post horam quartam, cum

---

43: *Gp. 8,19,5–6*

44: *Varro rust. 1,54,2; Plin. nat. 15,62–63; Gp. 4,15* – 2–7 *Cato agr. 7,2; Varro rust. 1,58; Pallad. 10,17* – 32–37 *Plin. nat. 15,67; Pallad. 3,25,18* – 39–50 *Plin. nat. 15,66* – 52–67 *Plin. nat. 15,65; Pallad. 3,25,17, 12,12,2* – 60–67 *Pallad. 10,17*

---

multu **A** – 13 tollantur **SA** – 14 hiemine **A** – 15 spatha **z** spathata **S** sphata **AR** – 16 uas **S**$^2$ alias **S**$^1$**AR** – 17 alte **h**$^2$**dγ** alter **SAR**

43: 1 *pr.* **SAh** – casseum **A**$^1$ – 2 ouilli **wåocdγrç** ouili **SAR** – frustra **AR** – uase **wåzcqγlpyç** uaso **SAR** – 4 sit ius **ht**$^2$ siccius **SAλσ** siccus **j** – 5 eum *scripsi* et ut **SAR** – 6 liceat **AR** – 7 uoles **jç** uolet **SAfρy** uelet **λ** – conditura **S**$^2$**h**$^2$**ç** conditur **S**$^1$**Ah**$^1$**jλσ** – 8 iniocundus **Sf** iniucundus **Ah**$^1$**jç** iniucundius (-ioc-**ń**) **h**$^2$**bρ** iucundius **m** iniucundis **y**

44: 1 *pr.* **SAhλryç** – custodies **Sy** custodiemus **Ahλrç** – 4 fictilem **SAhλσ** – 6 composito a **SA** – 8 cum **S**$^2$**R** eum **S**$^1$**A** – 10 decimano **S** – uaurum **S**$^1$ – 11

iam insolata est nec roris quicquam habet, uiti detrahatur; sed ignis in proximo decumano fiat, ut pix ferueat, in qua pediculi uuarum statim demittantur.

**Aliter**

In dolium bene picatum defruti amphoram coicito, deinde transuersos fustes spisse artato, ita ut defrutum non contingant; tum superponito fictiles nouuas patinas et his sic uuam disponito, ut altera alteram non contingat; tum opercula patinis inponito et linito. deinde alterum tabulatum et tertium, et quamdiu magnitudo patitur dolii, similiter super instruito et eadem ratione uuas componito; deinde picatum operculum dolii defruto large linito et ita inpositum [in] cinere opturato. *3* nonnulli adiecto defruto contenti sunt transuersas perticas artare et ex his uuas ita suspendere, ne defrutum contingant, deinde operculum inpositum oblinire.

**Aliter**

Quidam uuas cum ita, ut supra dixi, legerunt, doliola noua sine pice in sole siccant; deinde, cum ea in umbra refrigerauerunt, furfures hordeaceos adiciunt et uuas ita superponunt, ut altera alteram non comprimat. tum generis eiusdem furfures infundunt et alterum tabulatum uuarum eodem modo collocant, idque faciunt usque, dum dolium alternis furfuribus et uuis compleant; mox opercula inposita linunt, et uuas siccissimo frigidissimoque tabulato reponunt.

**Aliter**

*4* Quidam eadem ratione arida populnea uel abiegnea scobe et uirides uuas custodiunt; nonnulli sicco flore gypsi obruunt uuas, quas non nimium maturas uitibus detraxerunt. alii cum legerunt uuam, si qua sunt in ea uitiosa grana, forficibus amputant atque ita in horreo suspendunt, in quo triticum positum est, sed haec ratio rugosa facit acina et paene tam dulcia, quam est uua passa.

---

dimittantur **AR** – 12 *pr.* **SAhyç** – 13 be $S^1$ – transuersus **AR** – 14 arato **AR** – 15 patinas **r** patenas **SAR** – 16 patenis **AR** – 18 dolii $h^2$ dolis **SA**$h^1$**jλfy** doliis **ρç** – super *om.* **AR** – 20 in **SAR** *om.* **c** – 21 aptare **ρyç** – 23 *pr.* **SAhyç** – 24 quidem **A** – 26 ordeaceos **ρy** – altera altera **S** – 27 comprimant **AR** – 29 dum *om.* **AR** – 31 *pr.* **SAhyç** – 32 abiegnea *scripsi* abiegnia **SAR** *cfr 12,47,6 et ALL 4,289* – 33 nonnullis **A**$h^1$**λfρy** – 34 nimio **AR** – 38 *pr.* **SAhyç** – 40 patenarum

### Alio modo

*5* Marcus Columella patruus meus ex ea creta, qua fiunt amphorae, lata uasa in modum patinarum fieri iubebat eaque intrinsecus et exterius crasse picari; quae cum praeparauerat, tum demum purpureas et bumastos et Numisianas et duracinas uuas legi praecipiebat pediculosque earum sine mora in feruentem picem demitti et in praedictis patinis separatim sui cuiusque generis ita componi, ne uuae inter se contingerent; *6* post hoc opercula superponi et oblini crasso gypso, tum demum pice dura, quae igni liquata esset, sic picari, ne quis umor transire possit; tota deinde uasa in aqua fontana uel cisternina ponderibus inpositis mergi nec ullam partem eorum pati extare. sic optime seruatur uua, sed, cum est exempta, nisi eo die consumitur, acescit.

### Aliter

*7* Nihil est tamen certius quam uasa fictilia facere, quae singulas uuas laxe recipiant. ea debent quattuor ansas habere, quibus inligata uiti dependea⟨n⟩t, itemque opercula eorum sic formari, ut media diuisa sint, ut, cum suspensa uasa singulas uuas receperint, ex utroque latere adpositae operculi duae[s] partes coeant et contegant uuas. et haec uasa et opercula extrinsecus et intra diligenter picata esse debebunt, deinde, cum contexerunt uuas, luto paleato multo adoperiri. sed uuae dependentes a matre sic in pultarios condi debebunt, ne qua parte uasa contingant. *8* tempus autem, quo includi debent, id fere est, quo[d] adhuc siccitatibus et sereno caelo grossa uariaque sunt acina. illud in totum maxime praecipimus, ne in eodem loco mala et uuae conponantur neue in uicino[s], unde odor malorum possit ad eas peruenire; nam huiusmodi halitus celeriter acina corrumpunt. eae tamen custodiendorum pomorum rationes, quas rettulimus, non omnes omnibus regionibus aptae sunt, sed pro conditione locorum et natura uuarum aliae aliis conueniunt.

---

**AR** – 41 extrinsecus **S** – 43 dimitti **AR** – 44 patenis **AR** – 46 grasso **S** – 47 picari *Gesner* picato **SAR** – 49 optume **Ahjf** – uuas et **SA** – 51 *pr.* **SAhyç** – 53 laxare cipiant **A** laxare incipiant **R** – inlicata **S**$^1$ – 54 dependeant **γ** dependeat **SAR** – 56 atpositae **SA** – duae **t**$^2$**ç** duaes **S** duas **AR** – 57 uuas **R** uuam **S**$^2$**A**$^2$ uiuum **A**$^1$ *om.* **S**$^1$ – operculata **S**$^2$ – picta **Ahλfr**$^2$**y** – 60 quae partes **R** – 61 quo **t**$^2$ quod **SAR** – 62 auna **S** – 63 uicino *ed.pr.* uicinos **SAR** – 65 eae **S**$^2$ ea **S**$^1$ et **AR** – 66 ettulimus **S**$^1$ retulimus **mρyç** – 67 condicione **A**

## 45 De ollaribus uuis

*1* Antiqui plerumque scirpiculas et uen⟨n⟩uculas et maiores Aminneas et Gallicas, quaeque maiores et duri et rari acini erant, uasis condebant; nunc autem circa urbem maxime ad hunc usum Numisianae probantur. hae[c] sereno caelo, cum iam sol rorem sustulit, IIII uel V hora[s], si modo luna decrescit et sub terris est, modice maturae rectissime leguntur; statim pediculi earum picantur, deinde in cratibus ita ponuntur, ne alter⟨a⟩ alteram collidat. *2* tum demum sub tectum referuntur et ⟨m⟩ucida uel uitiosa grana forpicibus amputantur et, cum paululum sub umbra refrixerint, ternae aut etiam quaternae, pro capacitate uasorum, in ollas demittuntur et opercula diligenter pice opturantur, ne umorem transmittant; tum uinaceorum pes bene prelo expressus proruitur et modice separatis scopionibus resoluta intrita folliculorum in dolio substernitur et deorsum uersus spectantes ollae componuntur, ita distantes, ut intercalcari possint uinacea. *3* quae cum diligenter conspissata primum tabulatum fecerunt, aliae ollae eodem modo componuntur exple[n]turque secundum tabulatum; deinde similiter doliis extruuntur ollae et spisse incalcantur. mox usque ad summum labrum uinacea[e] condensantur et statim operculo superposito cinere in modum gypsi temperato dolium linitur. monendus autem erit, qui uasa empturus est, ne bibulas aut male coctas ollas emat: nam utraque res, transmisso umore, uitiat uuam. quin etiam oportebit, cum ad usum promuntur ollae, tota singula tabulata detrahi: nam conspissata uinacea, si semel mota sunt, celeriter acescunt et uuas corrumpunt.

---

45: *Cato agr. 7,2* – 2–16 *Plin. nat. 15,62; Pallad. 3,25,17; Gp. 4,15,1–4*

---

45: 1 *pr.* **SAhλryç** – 2 scirpiculas *scripsi* scirriculas **SAhjmfρyç** sciriculas **b** surriculas **ń** *cfr 3,2,27* – uennuculas *scripsi* uenunculas **S** uenucculas **Ahjσ** uenucolas **m** uenuccolas **b** uemictulas **y** *cfr 3,2,2* – 3 Aminneas **Sh**$^{2}$ Emineas **S**$^{1}$ Amineas **Ajmσ** Ammineas **bç** – 5 hae **t** haec **SAR** – 6 hora *Ald.* horas **SAR** – 7 lectissime **R** – statim ... picantur *om.* **AR** – 8 altera **cqtblpç** alter **SAR** – 9 mucida *Schn.* acida **SAR** – 11 capacitate **cd**$^{2}$**γl**$^{2}$ capietate **S** capitete **A**$^{1}$ capitate **A**$^{2}$**jmσ** capiteate **h** capite **b** – dimittur **A** demittitur **j** dimittitur (-tuntur **ń**) **hλσ** – 12 transmittunt **A**$^{1}$ – 14 scopionibus *Gesner* scipionibus **SAR** – doli **S**$^{1}$ – 16 possint **dqγprç** possunt **SAR** – uineacea **SAhfρç** – 18 expleturque *Ald.* explenturque **SAR** – extruntur **A** extrahuntur **R** – 20 uinacea **t** uinaceae **SAR** – 23 umorem **S**$^{1}$**A** – uitiat **S**$^{2}$**h**$^{2}$**b** uitat **S**$^{1}$**A** inuitat **h**$^{1}$**jmfρç** inmitat **y** – 25 uinaceae **A**

## 46 Conditura mense Octobri et Nouembri

*1* Sequuntur uindemiam rerum autumnalium compositiones, quae et ipsae curam uilicae distendunt; nec ignoro plurima ⟨in⟩ hunc librum non esse conlata, quae Gaius Matius diligentissime persecutus. illi enim propositum fuit urbanas mensas et lauta conuiuia instruere; libros tres edidit, quos inscripsit nominibus ⟨pistoris⟩, coci et salgamari. nobis tamen abunde sunt ea, quae ex facili rusticae simplicitati non magna inpensa possunt contingere.

### Mala granata Punica seruare uiridia

*2* Quidam pediculos Punicorum, sicuti sunt in arbore, intorquent, ne pluuiis mala rumpantur et hiantia dispereant, eaque ad maiores ramos religant, ut inmota permaneant. deinde sparteis re[s]tibus arborem cludunt, ne aut coruis aut cornicibus aliisue auibus pomum laceretur. nonnulli uascula fictilia dependentibus mali⟨s⟩ aptant et inlita luto paleato arboribus haerere patiuntur; alii faeno uel culmo singula inuoluunt et insuper luto paleato crasse linunt, atque ita maioribus ramis inligant, ne, ut dixi, uento commoueantur. *3* sed haec omnia, ut dixi, sereno caelo administrari sine rore debent; quae tamen aut facienda non sunt, quia laeduntur arbusculae, aut certe non continuis annis usurpanda, praesertim cum liceat etiam detracta arboribus eadem innoxia[e] custodire: nam et sub tecto fossulae tripedaneae siccissimo loco fiunt, eoque cum aliquantulum terrae minutae repositum est, infiguntur sabuci ramuli; deinde sereno caelo granata leguntur cum suis pediculis ⟨et ramulis⟩ inseruntur, quoniam sabucus tam apertam et laxam medullam habet, ut facile malorum pediculos recipiat; *4* sed cauere oportebit, ne minus quattuor digitis a terra absint et ne inter se poma contingant; tum

---

**46:** 10–50 *Pallad. 4,10,7–10; Gp. 10,38* – 10–17 *Gp. 10,29,2* – 34–39 *Plin. nat. 15,60; Pallad. 4,10,7* – 39–42 *Plin. nat. 15,64* – 48–50 *Plin. nat. 15,64* – 52–54 *Pallad. 3,25,25–26; Gp. 10,21,3*

---

**46:** 1 *pr.* **SAhmryç** – 2 secuntur **SA** – 3 in **d**$^{2}$**ütç** *om.* **SAR** – 4 Mattius **SA** – 7 pistoris *addidi*, *om.* **SAR** *cfr 12,4,2* – 8 simplicetati **S**$^{1}$ – 9 *pr.* **SAhλryç** – 10 arborem torquent **AR** – 12 retibus *Urs.* restibus **SAR** – 13 aut (*ante* coruis) **S**$^{2}$**AR** au **S**$^{1}$ – 14 malis **dqγç** mali **SAR** – 15 alli **S**$^{1}$**A** – foeno **hbfyç** – 16 grasse **SA** – 19 faciendo **SA** – 21 innoxia *ed.pr.* innoxiae **SAR** – sub tecto **l** subiecto **SAR** – fossulae **h**$^{2}$**ü**$^{2}$**tlr**$^{2}$ possulae **SAR** – 22 tripedanae **S** – 24 leguntur **ń** legantur **SAR** – et ramulis *addidi* et sambuco *add. edd. uett.*, *om.* **SAR** – 26 malorum **t**$^{2}$ maiorum **SAhjσ** maiores **λ** – nec **AR** – 27 dicitis **S**$^{1}$ – ab **Sj** – 29

factae scrobi operculum inponitur et paleato luto circumlinitur, eaque humus, quae fuerat egesta, superaggeratur. hoc idem etiam in dolio fieri potest, siue quis uolet resolutam terram usque ad dimidium uas adicere seu, quod quidam malunt, fluuiatilem harenam, ceteraque eadem ratione peragere.

## Aliter

*5* Poenus quidem Mago praecipit aquam marinam uehementer calefieri et in ea mala granata, lino uel sparto ligata, paululum demitti, dum decolorentur, et exempta per triduum in sole siccari, postea loco frigido suspendi, et, cum res exegerit, una nocte et postero die usque in eam horam, qua fuerit utendum, aqua frigida dulci macerari. sed et idem auctor est creta figulari bene subacta recentia mala crasse inlinire et, cum argilla exaruit, frigido loco suspendere, mox, cum exegerit usus, in aqua demittere et cretam resoluere. haec ratio tamquam recentissimum pomum custodit. *6* idem iubet Mago in urceo nouo fictili substernere scobem populneam uel ilignea⟨m⟩ et ita disponere, ut scobis inter se calcari possit, deinde facto primo tabulato rursus scobem substernere et similiter mala disponere, itaque sic facere, donec urceus inpleatur; qui cum fuerit repletus, operculum inponere et crasso luto diligenter oblinire. *7* omne autem pomum, quod in uetustatem reponitur, cum peciolis suis legendum est, sed, si sine arboris noxa fieri possit, etiam cum ramulis; nam ea res plurimum ad perennitatem confert.

## Mala cydonea quemadmodum seruentur

Multi cum ramulis suis arbori detrahunt et, creta figulari cum diligenter mala obruerunt, in sole siccant, deinde, si qua rimam creta fecit, luto linunt et adsiccata frigido loco suspendunt.

---

humo **S$^{1}$AR** – superaggerentur **A** superaggeretur **R** – 31 adicere *Schn.* adicitur **S** eicitur **AR** – quot **A** – 33 *pr.* **SAh** – 35 ea **dqp** eo **SAR** – paulum **AR** – dimitti **AR** – 36 decolerentur **S$^{1}$my** – 39 dulce **AR** – 40 malla **S$^{1}$A** – arcilla **S$^{1}$** – exharuit **S** – 41 demittere **ü** dimittere **SAR** – 42 custodire **A$^{1}$λ** custodite **h** – 43 populneam **t** populneum **SAR** – 44 iligneam **ütb** ilignea **SAR** – scobes **Aλσ** scrobes **hj** – 46 itaque sic facere *om.* **AR** – urcilus **SAby$^{1}$** urci *u. sp.* **j** – 47 repleatus **A** – 49 si *om.* **S$^{1}$AR** – arboriis **S** – 51 *pr.* **SAhryç** – malae **SA$^{2}$hr** – cydoniae **S** cydoneae **A** cidoneae **h** cidonea **r** – 54 adsiccato **AR**

## 47 Aliter

*1* Multi eadem ratione, qua granata, in scrobibus uel dolis seruant cydonea, nonnulli foliis ficulneis inligant, deinde cretam figularem cum amurca subigunt et ea linunt mala, quae, cum siccata sunt, in tabulato frigido loco et sicco reponunt. nonnulli haec eadem in patinas nouas sicco gypso ita obruunt, ut altera alteram non contingat.

## Aliter

*2* Nihil tamen certius aut melius experti sumus, quam ut cydonea maturissima integra sine macula et sereno caelo decrescente luna legantur et in lagona noua, quae sit patentissimi oris, detersa lanugine, quae malis inest, conponantur leuiter et laxe, ne collidi possint; deinde, cum ad fauces usque fuerint composita, uimineis surculis sic transuersi⟨s⟩ artentur, ut modice mala comprimant nec patiantur ea, cum acceperunt liquorem, subleuari; tum quam optimo et liquidissimo melle uas usque ad summum ita repleatur, ut pomum summersum sit. *3* haec ratio non solum ipsa mala custodit sed etiam liquorem mulsi saporis praebet, qui sine noxa possit inter cib[i]um dari febricitantibus; isque uocatur melomeli. sed cauendum est, ne, quae in melle custodire uolueris, inmatura mala condantur, quoniam grossa si lecta sunt, ita indurescunt, ut usui non sint.

*4* Illud uero, quod multi faciunt, ut ea diuidant osseo cultro et semina eximant, quod putent ex eis pomum uitiari, superuacuum esse nun⟨c⟩ docui, adeo quidem, ut, etiam si uermiculus inest, non amplius tamen corrumpantur mala, cum praedictum liquorem acceperint; nam ea mellis est natura, ut coerceat uitia nec serpere ea patiatur, qua ex causa etiam exanimum corpus hominis per annos plurimos innoxium conseruat.

---

**47:** 2–28 *Pallad. 3,25,25–26; Gp. 10,21,7, 10,28* – 2–7 *Pallad. 3,25,17* – 30–47 *Plin. nat. 15,60; Pallad. 3,25,17* – 36–39 *Plin. nat. 15,64; Pallad. 3,25,19*

---

**47:** 1 *pr.* **SAhç** – 2 doliis **R** – 3 cydonia **SA**$^1$ – inligunt **A**$^1$ – 4 subigunt *Ald.* subiciunt **SAR** – 6 patenas **Ahρy**$^1$**ç** – altera **S** alter **AR** – contingant **SA** – 8 *pr.* **SAhç** – 13 fimineis **Ah**$^1$**λσ** femineis **j** – 14 transuersis **t**$^2$ transuersi **SAR** – arctentur **A**$^1$ – comprimunt **A**$^1$ – 15 liquurem **S**$^1$ – 18 cibum **d**$^2$ cibium **S**$^2$**h**$^2$ ciuium **S**$^1$**AR** – 19 hisque **AR** – meleomeli **ρ** malomelli **b** – 21 usui **jç** usi **SAhbfρy** nisi **m** – 22 osse occulteo **S**$^1$**A** – 23 putent **S**$^2$ potent **S**$^1$**Ajy** poterit **h**$^1$**ç** possent **h**$^2$ potest **fρ** petent **λ** – 24 nunc *ed.pr.* no **S** non **AR** – 25 tamen *om.* **S**$^1$ – 29 *pr.* **SAhryç** –

**De malis Ces⟨t⟩ianis, orbiculatis, melimelis, Matianis**

*5* Itaque possint etiam alia genera malorum, sicuti orbiculata, Ces⟨t⟩iana, melimela, Matiana[s], hoc liquore custodiri; sed quia uidentur in melle dulciora fieri sic condita nec proprium saporem conseruare, arculae fagineae uel etiam tiliagineae, quales sunt, in quibus uestimenta forensia conduntur, huic rei paulo ampliores praeparari debent, ⟨e⟩aeque tabulato frigidissimo et siccissimo, quo neque fumus neque taeter perueniat odor, conlocantur, deinde cartha substrata praedicta poma sic conponi, ut flosculi susum, pediculi deorsum spectent, quemadmodum etiam in arbore nata sunt, et ne inter se, alterum ab altero, contingantur. *6* item obseruandum est, ut unumquodque genus separatim propriis arculis repona[n]tur; nam cum una clausa sunt diuersa genera, inter se discordant et celerius uitiantur. propter quod etiam conseminalium uinearum non tam[en] est firmum uinum quam si per se sincerum Amineum uel ap[r]ianum aut etiam faecin⟨i⟩um condideris. uerum, sicut supra dixi, cum diligenter mala fuerint composita, operculis arcularum contegantur, et luto paleato linantur opercula, ne introire spiritus possit.

**Aliter**

Atque ea ipsa nonnulli, sicut in aliis generibus supra iam diximus, populnea, quidam etiam abiegnea scobe interposita, mala custodiunt; haec tamen poma non matura sed acerbissima legi debent.

**48 Inulae curatio**

*1* Cum eius radicem mense Octobri, quo[d] maxime matura est, e terra erueris, aspero linteolo, uel etiam cilicio, detergeto, quidquid

Cesianis **SAhryç** – orbiculaeis **SAhryç** *cfr mox* – 30 possunt **R** – 31 Cestiana *Urs.* Caesiana **SAR** *cfr 5,10,19* – Matiana **h²dütç** Matianas **SAR** – quae **jλρy** qua **hç** – dulciaora **S¹** – 33 conueruare **A¹** – faginae **SA** – 35 praepari **A** – eaeque **t** aeque **SAR** – 36 collocantur **t** conlocatur **SA** cum locatur **R** – 37 cartha *om.* **AR** – poma **dγlç** pomi **SAR** – 39 ita **AR** – 40 unumquotque **A** – propriis **γρρ** proprius **SAhjλfy** propius **ç** – reponatur **γρ** reponantur **SAR** – 41 una *ed.pr.* uno **Sh²** bino **A** uino (in uno **ρ**) **R** – 43 tam **x²tlç** tamen **SAR** – Amineum **my** Ammineum **bρç** – 44 apianum *Ald.* aprianum (-inum **ρ**) **SAR** – faecinium *F.-H.* faecinum **SAR** *cfr 3,2,14* – 45 sic **Ah¹jλfry** – supra dixi **S** praedixi **AR** – 48 *pr.* **SAhyç** – 49 sic **AR** – 50 abiegnea *scripsi* abiegenea **S** abigena **A** abiegna **R** *cfr 12,44,4* – 51 natura **A** – aceruissima **S¹** – debet **Afry**

**48:** 1 *pr.* **SAhrç** – 2 radice **AR** – quo **t** quod **SAR** – 3 detergito **AR** – quic-

harenae inhaerebit; deinde acutissimo cultello summatim eradito et, quae plenior radicula fuerit, pro modo crassitudinis in duas uel plures ⟨partes⟩ digiti longitudine diffindito; deinde ex aceto modice in caccabulo aeneo coquito ita, ne taleolae semicrudae sint. post hoc in umbra triduo siccentur et ita in fideliam picatam recondantur, adiecto passo uel defruto, quod supernatet, spissamentoque cunelae inposito contectum uas pelliculetur.

## Aliter crudam inulam condire

*2* Cum radices eius eraseris, taleolas, ut supra, facito et in umbra triduo uel etiam quatriduo siccato, deinde siccatas in uasis sine pice, interiecta cunela, coicito; ius infundito, quod eam compositionem habeat, ut sex partibus aceti una pars sapae misceatur cum hemina salis cocti; eo iure macerentur taleolae, donec quam minimum amaritudinis resipiant. *3* postea exempta⟨e⟩ iterum siccentur per dies quinque in umbra; tum crassamen uini faeculenti, nec minus, ⟨si⟩ sit, mulsi et utriusque eorum quartam partem boni defruti confundito in ollam, quae cum inferbuerit, taleolas inulae adicito et statim ab igne remoueto ac rudicula lignea peragitato, donec perfecte refrigescant; postea transfundito in fideliam picatam, operculo tegito tumque pelliculato.

## Aliter inul[l]am condire

*4* Cum radiculas diligenter eraseris, minute concisas in muria dura macerato, donec amaritudinem dimittant; deinde effusa muria sorba quam optima et maturissima, semine detracto, contere et cum inula misce; tum siue passum seu quam optimum defrutum adicito et uas opturato.

---

quit **A** quicquid **R** – 5 radiculae **A**$^1$ – 6 partes **ü**$^2$ *om.* **SAR** – 7 aheneo **hjmfy** – taleolae **wx**$^2$**üt** taliolae **SAR** – semicrudae sint **S**$^2$ *ras.* **S**$^1$ mitru desint **AR** – 9 cimelae **S**$^2$ – 11 *pr.* **SAryç** – crudam *om.* **S**$^1$ – innullam **S**$^1$**A** inullam **S**$^2$ – 14 ius (eius **S**$^1$) infundito quod eam compositionem **S** quae cunelae inposito contectum uas pelliculetur **AR** – 15 hiemina **A** – 16 iurem **A** – 17 exemptae *Ald.* exempta **SAR** – 18 tunc **AR** – crassamentum **AR** – si *add. ed. pr., om.* **SAR** – 20 inferuuerit **SA** – taleolas **äh**$^2$**γpρ** taliolas **SR** toliolas **A** – 21 tudicula **SA** – 22 operculam **A** – 24 *pr.* **SAhryç** – innullam **S**$^1$**Ay** inullam **S**$^2$**hrç** – 26 demittant **S** – 27 sorba **h**$^2$**ütpç** soruua **S** sorua **Ah**$^1$**jλfρ** serua **y** – optuma **Ahjmf** – 29 uuas **S**$^1$**AR** – 30 *pr.* **SAhyç** – 31 cum *om.* **AR** – condiuuerunt **S** – 32 cytoneis **SAhjfy** citoneis **ρ** – in melle uel defruto **hλ** in defruto melle uel **f** – 33 defrumento **S**$^1$ – 34 pellicant **A**$^1$

### Aliter

*5* Quidam cum condiuerunt inulam muriaque macerauerunt, exsiccant et malis cydoneis tritis, quae in defruto uel melle decoxerant, miscent atque ita superfundunt passum uel defrutum et uas operculatum pelliculant.

## 49 Oliuarum conditurae

*1* Acerbam pauseam mense Septembri uel Octobri, dum adhuc uindemia est, contundere; et aqua calida paululum maceratam exprime faeniculique seminibus et lentisci cum cocto sale modice permixta⟨m⟩ reconde in fideliam et mustum quam recentissimum infunde; tum fasciculum uiridis faeniculi superpositum merge, ut oliuae premantur et ius superemineat. sic curata oliua tertio die possis uti.

### Aliter

*2* Albam pauseam uel orchitem uel radiolum uel regiam dum contundes, primam quamque, ne decoloretur, in frigidam muriam demerge. cuius cum tantum paratae habueris, quantum satis fuerit implendae amphorae, faeniculi aridi fasciculum substerne in imo; deinde uiridis faeniculi semina et lentisci destricta et purgata in urceolo habeto; tum exempta⟨m⟩ de muria oliuam exprimito et permixta⟨m⟩ praedictis seminibus in uas adicito; deinde, cum ad fauces peruenerit eius, faeniculi aridi fasciculos superponito et ita recentis musti duas partes et unam durae muriae permixtas adicito. hac conditura compositis oliuis toto anno commode uteris.

---

**49:** *Pallad. 12,22* – 2–19 *Cato agr. 117; Varro rust. 1,60; Plin. nat. 15,21; Gp. 9,32* – 10–28 *Cato agr. 7,4; Plin. nat. 15,16* – 39–43 *Plin. nat. 15,16* – 54–68 *Cato agr. 7,4* – 59–62 *Gp. 9,33,3* – 70–87 *Cato agr. 119*

---

**49:** 1 *pr.* **SAhryç** – 4 foeniculique **bfy** – cocta **SA** – 5 permixtam **t** permixta **SAR** – fidelium **AR** – 9 *pr.* **SAhryç** – 10 albam **ü$^2$tl** aluam **S** albuam **AR** – horhadem **SA** horchitem **hfç** horthitem **y** – 11 decoleretur **SA** – muriam **äh$^2$q$^1$x$^2$ü$^2$tlpç** duriam **SAR** – 13 faenuculi **SA** foeniculi **by** – 14 foeniculi **λy** – 15 urceolo **ń** urciola **SAR** – exemptam **ç** exempta **SAR** – 16 permixtam *ed.pr.* permixta **SAR** – 18 recentis **äγlç** recentes **SAR** – 20 *pr.* **SAhryç** – 21 acutam

### Aliter

*3* Quidam oliuam non contundunt sed acuta harundine insecant; idque operosius quidem, sed melius est, quia haec candidior est oliua quam ea, quae ex contusione liuorem contrahit.

### Aliter

Alii siue contu[n]derunt siue inliserunt oliuas, modico sale cocto et praedictis seminibus inmiscent, deinde sapam uel passum uel, si est facultas, mella⟨m⟩ infundunt. mella autem quomodo fiat, paulo ante hoc ipso libro praecepimus. cetera omnia similiter administrant.

### Oliua alba ex muria

*4* Posias oliuas uel regias sine macula quam candidissimas manu ⟨s⟩tringito et eligito; deinde, substrato faeniculo, in amphoram coicito, intermixti⟨s⟩ seminibus lentisci nec minus faeniculi, et, cum ad fauces [u]uas repleueris, adicito muriam duram; tum, spissamento facto de harundinum foliis, oliuam premito, ut infra ius mersa sit, et iterum infundito muriam duram, dum ad summum amphorae labrum perueniat. *5* at haec oliua per se parum iucunda est, sed ad eas condituras, quae lautioribus mensis adhibentur, idonea maxime est: nam cum res exegit, de amphora promitur et contusa recipit quamcumque uolueris condituram. plerumque tamen sectiuum porrum et rutam cum apio tenero et mentam minute concidunt et contusis oliuis miscent[ur], deinde exiguum aceti piperati et plusculum mellis aut mulsi adiciunt oleumque uiride inrorant[ur]. atque ita fasciculo apii uiridis contegitur.

### Aliter ex dulci

*6* Quidam si⟨c⟩ lectae oliuae in modios singulos ternas heminas salis permiscent et, adiectis seminibus lentisci faeniculoque sub-

---

A – harundinei **S$^1$A** – 22 operasius **S** operiisius **A** – 24 *pr.* **SAhryç** – 25 contuderunt **ewcγbpç** contunderunt **SAhjmfρ** contenderunt **y** – 27 mellam *ed.pr.* mella (-lea **j$^1$**) **SAR** – fiant **jbρç** – pabulo **A** – 29 *pr.* **SAhryç** – 30 candidissas **SA** – 31 stringito et *scripsi* tringinto et **S** trito et **A** tritas **R** *uide diss. p. 102$^{19}$* – faeniculo **S$^2$** faeniculi **S$^1$Ahjmfρç** foeniculi **by** – 32 coito **S** – intermixtis **t** intermixti **S** intermixtum (-tam **λ**) **AR** – 33 af **S$^1$** – uas **oh$^2$dtp** uuas **SAR** – 36 at **x$^2$ü** ad **SAR** – 38 exigit **S$^2$** – 41 miscent **c** miscentur **SAR** – exigum **S** – 42 flosculum **AR** – 43 inrorant **tń** inrorantur **SAR** – 44 *pr.* **SAhryç** – 45 sic **γ** si **SAR** – singulas **A** – 46 adlectis **SA** – foeniculoque **Abfy** – 48 infundent **AR** – 49

strato, amphoram usque ad fauces replent oliuis; deinde aceto non acerrimo infundunt et, cum iam paene amphoram inpleuerunt, faeniculi spissamento deprimunt bacam et rursus acetum usque ad summum labrum adiciunt; postea quadragesimo die omne ius defundunt et sapae uel defruti tres partes cum aceti una permiscent et amphoram replent.

### De oliuis ex dulci condiendis

*7* Est et illa probata compositio, ut, cum in muria dura pausea alba uti⟨que⟩ conmaturuerit, omne ius defundatur, et mixtis duabus partibus defruti cum aceti una repleatur amphora. eadem conditura possit etiam regia conponi uel orchita.

### Aliter albae colymbades sine dulci

*8* Quidam unam partem muriae et duas aceti miscent eoque iure oliuas poseas colymbadas faciunt, quibus si per se quis uti uelit, satis iucundas experietur, quamuis et hae, cu⟨m exeun⟩t de muria, condituram qualemcumque recipere possi⟨n⟩t.

### De oliuis fuscis

Oliuae poseae, cum iam decolorantur, antequam mitescant, ⟨cum⟩ peciolis leguntur et in oleo quam optimo seruantur; haec maxime nota etiam post annum repraesentat uiridem saporem oliuarum. nonnulli etiam, cum de oleo exemerunt, eas trito sale aspersas pro nouis adponunt.

### De epytyris faciendis

*9* Est et illud conditurae genus, quod in ciuitatibus Graecis plerumque usurpatur, idque uocant epytyrum: oliua pausea uel orchi⟨t⟩a, cum primum ex albo decolora[n]tur fitque luteola, sereno

---

foeniculi **λfy** – 50 defundunt **S**$^2$ defunt **S**$^1$ infundent **AR** – 51 sapae **S** saepe **AR** – 53 *pr.* **SAhryç** – 55 utique *scripsi* ubi **SAR** – 58 *pr.* **SAhyç** – 60 lelit **A**$^1$ – 61 hae cum exeunt *Ald.* haec sic (si **my**) **SAR** – 62 possint *Ald.* possit **SAR** – 63 *pr.* **SAhyç** – 64 posseae **SA** – cum peciolis *scripsi* peciolae **SA** petiolae **R** *cfr 12,46,7* – 67 eas trito **S**$^2$ astrito **S**$^1$**AR** – adspersas **hjr**$^2$ adpersas **λr**$^1$ – 69 *pr.* **SAhryç** – epyteris **h**$^1$ epytiris **h**$^2$ epityris **ç** epithyris **r** – 71 epytirum **m** epitytum **ç** opytirum **b** – orchita *ed.pr.* orchia **S**$^1$**R** iorchia **S**$^2$ chorchia **A** – 72

caelo manu destringitur et in cannis uno die sub umbra expanditur et, si qui adhaerent pediculi foliaque aut surculi, leguntur; postero die cribratur et nouo fisco inclusa prelo supponitur uehementerque premitur, ut exudet, quantulumcumque habet amurgae. *10* patimur autem nonnumquam tota nocte et postero die pondere pressam bacam uelut exaniari; tum, resolutis corticulis, eximimus eam, et in singulos modios oliuae triti salis cocti singulos sextarios infundimus, itemque lentisci semen rutaeque et faeniculi folia sub umbra siccata, quanta satis uidentur, concisa minute admiscemus; patimurque horis tribus, dum aliquatenus baca salem conbibat; tum superfundimus boni saporis oleum, ita ut obruat oliuam, et faeniculi aridi fasciculum deprimimus, ut ius supernatet. *11* huic autem conditurae uasa noua fictilia sine pice praeparantur; quae ne[c] possi⟨n⟩t oleum sorbere, tamquam oliuariae metretae imbuuntur liquida gum⟨mi⟩ et adsicca⟨n⟩tur.

## 50 Nigrarum oliuarum conditura

*1* Sequitur autem frigus hiemis, per quod oliuitas, sicut uindemia, curam uilicae repetit. prius itaque, quia iam inchoauimus, de conditaris oliuarum praecipiemus, ac statim conficiendi olei rationem subiciemus.

## Nigrarum oliuarum compositio

Paus⟨e⟩ae bacae uel orchitae, nonnullis regionibus etiam Naeuiae, conuiuiorum epulis praeparantur; has igitur, cum iam nigruerint nec adhuc tamen permaturae fuerint, sereno caelo destringere manu conuenit lectasque cribrare et secernere, quaecumque maculosae, uitiosae minorisue incrementi uidebuntur. *2* deinde in singulos

---

50: *Pallad. 12,22; Gp. 9,28–32* – 2–19 *Cato agr. 7,4; Plin. nat. 15,16* – 43–49 *Gp. 9,33,3*

---

decoloratur **dx**$^2$**ü** decolorantur **SAR** – 73 annis **AR** – 74 quid **AR** – foliaque aut surculi *om.* **S**$^1$ – 78 uacam **S**$^1$**A** baccam **ńyç** – examari **R** – 81 quanta **S** quaeta **A** quae ita **R** – 82 uaca **S**$^1$**A** bacca **ńç** – 83 foeniculi **λfy** – 84 supernatet **S**$^2$**h**$^2$**ńç** supernas et **S**$^1$**Ah**$^1$**jmfy** supernet et **b** supernas **r** – 85 ne **pç** nec **SAR** – possint **hqüt** possit **SAR** – 87 gummi *Schn.* tum **SAR** – assiccantur **t** atsiccatur **S** absiccatur **Ahjfyç** assiccatur **λç** obsiccatur **ρ**

50: 1 *pr.* **SAhryç** – 2 oliuetas **A** olieuta **R** – 3 cura mulicae **S**$^1$**AR** – 4 oleo **A**$^1$ – 6 *pr.* **SAy** – 7 pauseae *ed.pr.* pausae **SAR** – bachae **SAhmfρ** bacchae **y** baccae **ç** – 8 haec **λρ** – 10 lectaque **R** – 11 in *om.* **AR** – 12 hieminas **A**$^2$ – 14

modios oliuae salis integri ternas heminas adicere et in uimineos qualos confundere et, superposito copioso sale, ita uti oliuam contegat, XL dies pati consudescere atque omnem amurcam extillare; postea in alueum diffundere mundaque spongea salem, ne perueniat, detergere; tum in uas adicere e⟨t⟩ sapa uel defruto amphoram replere, superposito spissamento aridi faeniculi, quod oliuam deprimat. *3* plerique tamen tres partes defruti aut mellis et unam miscent aceti, aliqui duas partes et unam aceti, et eo [que] condiunt iure.

**Aliter**

Quidam cum oliuam nigram legerunt, eadem portione[m], qua supra, salliunt et sic collocant in qualis, ut, inmixtis seminibus lentisci, alterna tabulata oliuarum et similiter deinde salis, tum iterum oliuarum et similiter supra salis usque in summum componant. deinde post XL dies, cum oliua quicquid habuit amurga⟨e⟩ exudauit, in alueum defundunt et iam cribratam separant ab seminibus lentisci, spongia[m]que detergent, ne quid adhaereat salis, tum in amphoram confundunt, adiecto defruto uel sapa uel etiam mella, si est copiosa, ceteraque similiter faciunt.

**Oliua nigra sine dulci**

*4* In singulos modios oliuae singulos sextarios maturi seminis lentisci et ternos cyathos seminis faeniculi, si id non est, ipsum faeniculum concisum, quantum satis uidebitur, adici oportet; deinde in singulis modis oliuarum salis cocti sed non moliti ternas heminas admisceri et ita in amphoris condi; easque fasciculis faeniculi obturari et cottidie per terram uolutari, deinde tertio quoque aut quarto die, quidquid amurgae inest, emitti; *5* post XL dies in alueum diffundi et a sale tantummodo separari, sicut non spongea deter-

---

xxx *uel sim.* **AR** – 15 spongea *scripsi* sphongea **S** sponga **A** spongia **R** *cfr e.g. 12,50,5* – sale **S** – 16 et *Ald.* e **S**$^{1}$ *om.* **S**$^{2}$**AR** – 18 melli sed **A** – 19 aliqui ... aceti *om.* **S** – eo *F.-H.* eoque **S** eo quo **AR** – 20 *pr.* **SAhyç** – 21 eandem **R** (*exc.* **ç**) – portione **ç** portionem **SAR** – 24 componant *Gesner* componunt **SAR** – 25 quicquit **A** quidquid **S**$^{1}$ – habuit *om.* **R** – amurgae **t** amurga **S** amurca **AR** – 26 a **jrç** – 27 spongiaque **γ** spongiamque (spho- **S**) **SAR** – 30 *pr.* **SAhryç** – 32 lentisci **qγlç** lentisque **SAhjσ** lentiscique **λ** – ternos **SAbç** terno **hjmfr**$^{2}$**y** torno **ρ** – quyathos **SA** – foeniculi **λfyç** – 33 foeniculum **λfy** – 34 modios **A**$^{1}$ modiis **A**$^{2}$**R** – coctis **SA** – 35 faeniculis fasciculi **S**$^{1}$ – 36 cotidie **A** quotidie **R** – 37 quicquit **A** quicquid **R** – amurcae **AR** – mitti **AR** – diem **SA** – 38 sic **R** – spongia **λf**$^{1}$**ρç** – detergantur **dx**$^{2}$**tl** detergatur **SAR** – 39 exemptae **t**$^{2}$ exempta

ga⟨n⟩tur oliuae sed ita, ut erunt exempta⟨e⟩, maximi⟨s⟩ salis micis in amphoram condantur et, spissamentis inpositis, ad usus in cellam reponantur.

### Oliuam Ciliciensem sic condito

Maturam oliuam in muria[m] factam colymbadem de muria tollito, spongea tergeto; dein canna uiridi scindito duobus uel tribus locis et triduo in aceto habeto, quarto die spongia extergeto, in uas, id est in urceum aut caccabum nouum, mittito, substrato apio et modica ruta. concis deinde pleno uase oliuis inmitte defrutum usque ad os; lauri turiones in hoc uas mittito, ut oliuas deprimant; post dies xx utere.

## 51 Samsa quemadmodum fia[n]t

*1* Oliua nigra maturissima sereno caelo legitur eaque sub umbra uno die in cannis porrigitur, et quaecumque est uitiosa baca separatur. item si qui adhaeserunt pediculi, adimuntur foliaque ⟨et⟩ surculi quicumque sunt intermixti, eliguntur. postero die diligenter cribratur, ut, si quid inest stercoris, separetur. deinde int⟨eg⟩ra oliua nouo fisco includitur et prelo subicitur, ut tota nocte exprimatur. *2* postero die inicitur quam mundissimis molis suspensis, ne nucleus frangatur, et, cum est in samsam redacta, tunc sal coctus tritusque manu permiscetur cum ceteris aridis condimentis; haec sunt autem careum, cyminum, semen faeniculi, anesum Aegyptium. sat erit autem totidem heminas salis adicere, quot sunt modi oliuarum, et oleum superfundere, ne exarescat; idque fieri debebit, quotiensque uidebitur adsiccari. *3* nec dubium est, quin optimi

---

**51:** *Gp. 9,28–32*

---

**SAR** – maximis *scripsi* maxime **S** maximi **AR** – micis **SA**$^{2}$ miscis **A**$^{1}$**R** – 40 spissetis **AR** – 42 *pr.* **SAhryç** – Ciliensiem **Ay** Ciliensem **hr** – 43 muria *scripsi* statiuam **SAhjfrç** statuam **λ** staturam **ń** stantiuam **y** – 44 spongea **Abç** sphongea **Shjfy** spongia **mρ** – tergito **S** – deinde **bρy** – 45 quarta **AR** – spongia **owäc**$^{2}$**qtblpń** sphongia **S** spongea **AR** – 46 urcium **S**$^{1}$**A** – 47 concisae **S** concisa **h**$^{2}$ – 48 uas **S** usu **AR** – ut **ü**$^{2}$ et **SAR**

**51:** 1 *pr.* **SAhryç** – samsam **A** sansa **hrç** – fiant **SAryç** – 4 adhaeserant **jλρ** – peducul **A**$^{1}$ peduculi **A**$^{2}$ – et **t** *om.* **SAR** – 6 integra *scripsi* inter **S** intra **AR** *uide diss. pp. 173 sq.* – 8 incitur **A**$^{1}$ – 9 sansam **jρç** – 11 autem *om.* **S** – foeniculi **bfy** – 12 quod **SA** – modii **R** – 13 exharescat **S** – 15 postea **S** possia **A**$^{1}$ – 17 sic **R** – Lyciniae **Ahf**

saporis sit, quae ex oliua posia facta est. ceterum supra duos menses sapor eius non permanet integer. uidentur autem alia genera huic rei magis esse idonea, sicut Liciniae et Culmineae, uerumtamen habetur praecipua in hos usus olea Calabrica, quam quidam propter similitudinem oleastellum uocant.

## 52 De oleo conficiendo

*1* Media est oliuitas plerumque initium mensis Decembris: nam et ante hoc tempus acerbum oleum conficitur, quod uocatur aestiuum, et circa hunc mensem uiride[m] premitur, deinde postea maturum; sed acerbum oleum facere patris familiae rationibus non conducit, quoniam exiguum fluit, nisi si baca tempestatibus in terram decidit et necesse est eam sublegere, ne a domesticis pecudibus ferisue consumatur. *2* uiridis autem notae conficere uel maxime expedit, quoniam et satis fluit et pretio paene duplicat domini reditum. sed si uasta sunt oliueta, necesse est aliqua pars eorum maturo fructui reseruetur. locus autem, in quo confici oleum debet, etiam descriptus est priore uolumine; pauca tamen ad rem pertinentia commemoranda sunt, quae prius omiseram:

*3* Tabulatum, quo inferatur olea, necessarium est, quamuis praeceptum habeamus uniuscuiusque diei fructus molis et prelo statim subiciatur. uerumtamen, quia interdum multitudo bacae torculariorum uincit laborem, sit [laborem] oportet pensile horreum, quo inportentur fructus, idque tabulatum simile esse debet granario et habere lacusculos tam multos, quam postulabit modus oliuae, ut separetur et seorsum reponatur uniuscuiusque die⟨i⟩ coactura. *4* horum lacusculorum solum lapide uel tegulis oportet consterni et ita decliue fieri, ut celeriter omnis umor per canales aut fistulas

---

**52:** *Pallad. 12,17; Gp. 9,19–23* – 2–13 *Thphr. CP 6,8,3; Plin. nat. 15,5* – 37–39 *Cato agr. 66,1; Gp. 9,19,6* – 59–122 *Cato agr. 64–67; Plin. nat. 15,21–23; Pallad. 11,10* – 59–69 *Gp. 9,7* – 59–61 *Varro rust. 1,55,1; Plin. nat. 15,6* – 65–66 *Plin. nat. 15,5* – 75–78 *Cato agr. 66,2* – 124–145 *Cato agr. 64–65; Varro rust. 1,55,6; Plin. nat. 15,21* – 134–140 *Cato non exstat* – 142–145 *Cato non exstat* – 147–154 *Plin. nat. 15,23; Gp. 9,17,5*

---

**52:** 1 *pr.* **SAhryç** – 3 aceruum **S** – 4 uiride **dqγç** uiridem **SAR** – 5 aceruum **S** – 6 si *om.* **AR** – 7 peculibus **SA** – 10 olivueto **SA** – 13 quo **AR** – 14 feratur **AR** – es **S**[1] – 16 torculariorum **c** troclariorum **SAR** – 17 laborem (*post* sit) **SAmy** labore **jσ** labor **b** *om.* **h** *postea add.* est **R** – 18 inperientur **AR** – 20 diei **åäh²u¹cdqγlpń** die **SAh¹jλfryç** – 21 tegulas **A**[1] – 22 declaue **A**[1] – 23 olea-

defluat; nam est inimicissima oleo amurca; quae si remansit in baca, saporem olei corrumpit. itaque, cum lacus, quemadmodum diximus, extruxeris, asserculos inter se distantes semipedalibus spatiis supra solum ponito et cannas diligenter spisse textas inicito, ita ut ne bacam transmittere queant et oliuae pondus possint sustinere. *5* iuxta omnis autem lacusculos ea parte, qua defluet amurca, sub ipsis fistulis in modum fossularum concauum pauimentum uel canalem lapideum esse oportebit, in quo consista[n]t et unde exhauriri possit quidquid defluxerit; praeterea lacus uel dolia praeparata sub tecto haberi oportebit, quae seorsum recipiant sui cuiusque generis amurcam, siue quae sincera fluxerit, siue etiam quae salem receperit; nam utraque usibus plurimis idonea est.

*6* Oleo autem conficiendo molae utiliores sunt quam trapetum, trapetum quam canalis et solea. molae quam facillimam patiuntur administrationem, cum pro magnitudine bacarum uel summitti uel etiam eleuari possint, ne nucleus, qui saporem olei uitiat, confringatur. rursus trapetum plus operis faciliusque quam solea et canalis efficit. *7* est et organum erectae tribulae simile, quod tudicula uocatur, idque non incommode opus efficit, nisi quod frequenter uitiatur et, si bacae plusculum ingesseris, inpeditur. pro conditione tamen et regionum consuetudine praedictae machinae exercentur, sed est optima molarum, tum etiam trapeti.

Haec, antequam de oleo conficiendo dissererem, praefari necesse habui. *8* nunc ad ipsam rem ueniendum est, quamquam multa omissa sint, quae sicut ante uindemiam, sic et ante oliuitatem praeparanda sunt, tamquam lignorum copia, quae multo ante apportanda est, ne, cum res desiderauerit, opere auocentur, tum scalae, corbulae decemmodiae, trimodiae, satoriae, quibus destricta baca suscipitur, fisci, funes cannabini uel spartei[s], concae ferreae, quibus depletur oleum, opercula, quibus uasa olearia conteguntur, spongeae maiores et minores, urcei, quibus oleum progeritur, cannae tegetes, quibus oliua excipitur, et si qua sunt alia, quae nunc memoriam meam

---

murca **SA**[1] – 24 uaca **S**[1] – 26 spatis **S**[1] – testes **AR** – 27 sustine **S**[1] – 30 consistat **t** consistant **SAR** – exauriri **Af** exhariri **j** – 31 quicquit **A**[1] quicquid **A**[2]**R** – 35 oleum **A**[1] oleae **j** – 36 et solea **tp**[2] est olea **SAR** – 37 cum *F.-H.* tum **SAR** – 38 confrincatur **S**[1]**A**[1] – 42 flusculum **AR** – 43 condicione **A** – 44 est **S** et **AR** – 48 atportanda **S**[1] adportanda **Ahjfy** – 49 tum **tl** cum **SAR** – 50 suscipitur **ewdγ** suspicitur **SAR** – 51 cannabini *Gesner* cannauini **S** canna **A** cannali (-ati **ρ**) **R** – uel *om.* **R** – spartei **t** isparteis **SA** sparteis **R** – 52 olearea **A**[1] – sphongeae **S**

fugiunt. *9* haec omnia multo plura esse debent, quoniam in usu depereunt et pauciora fiunt; quorum si quid suo tempore defueri[n]t, opus intermittetur. sed iam, quod pollicitus sum, exequar.

## De oleo uiridi conficiendo

Cum primum bacae uariare coeperint et iam quaedam nigrae fuerint, plures tamen albae, sereno caelo manibus destringi oliuam oportebit et, substratis tegetibus aut cannis, cribrari et purgari; *10* tum diligenter emundatam protinus in torcular deferri et integram in fiscis nouis includi prelisque subici, ut, quantum possit, paulisper exprimatur. postea, resolutis torculis, emoli debebunt, adiectis binis sextariis integri salis ⟨in⟩ singulos modios, et aut regulis, si consuetudo erit regionis, aut certe nouis fiscis samsae exprimi. quod deinde primum defluxerit in rotundum labrum — nam id melius est quam plumbeum quadratum uel structile gemellar — protinus capulator depleat et in fictilia labra, huic usui praeparata, defundat.

*11* Sin⟨t⟩ autem in cella olearia tres labrorum ordines, ut unus primae notae, id est primae pressurae, oleum recipiat, alter secundae, tertius tertiae; nam plurimum refert non miscere iterationem, multoque minus tertiationem, cum prima pressura, quoniam longe melioris saporis est, quod minore ui preli, quasi lixiuum, defluxerit. cum deinde paulum in labris primis constiterit oleum, eliquare id capulator in secunda labra debebit et deinde in sequentia usque ad ultima[m]. nam quanto saepius translatione ipsa uentilatur et quasi exercetur, tanto fit liquidius et amurca liberatur. *12* sat erit autem in singulis ordinibus tricena componi labra, nisi si uasta fuerint olíueta et maiorem numerum desiderauerint. quod si frigoribus oleum cum amurca congelabitur, plusculo sale cocto utique utendum erit; ea res resoluit oleum et separat ab omni uitio. neque ⟨ue⟩rendum est, ne salsum fiat; nam quantumcumque adieceris

---

– 55 refugiunt **AR** – 56 defuerit **cdqγlpç** defuerint **SAR** – 57 intermittitur **AR** – exsequar **Af²** – 58 *pr.* **SAhryç** – 59 uacae **S¹** – 60 manubus **S¹** – 61 substractis **SA¹** – 62 mundatam **AR** – 63 proelisque **S** – 64 et moli **R** – debebint **A¹** – adlectis **SA** – uinis **S¹A** – 65 setariis **S¹** – in **t** *om.* **SAR** – singulis **S¹** – regulus **Ahjfr²yç** – 66 sanse **jρç** – 67 rutundum **S¹** – est *ed.pr.* sed **SAR** – 68 gemella **S¹** – copulator (-tur **A¹**) **AR** – 70 sint **d²tń** sin **SAR** – oridines **S¹** ordineis **A¹** – 74 proeli **S** – lixiuum **t** lexiuum **SAR** – 75 paululum **AR** – 77 ultima **γ** ultimam **SAR** – 79 si *om.* **AR** – 80 maiorem **ocdγλpńç** malorum **S** maiorum **AR** – munerum **S** – 82 utio **S** – neque uerendum *ed.pr.* ne querendum **SAR** – 83 alsum

salis, nihilominus saporem non recipit oleum. solet autem ne si⟨c⟩ quidem resolui, cum maiora frigora incesserunt; itaque nitrum torretur et contritum inspargitur et conmiscetur; ea res eliquat amurcam.

*13* Quidam quamuis diligentes olearii bacam integram prelo non subiciunt, quod existimant aliquid olei deperire; nam cum preli pondus accepit, non sola exprimitur amurca, sed et aliquid secum pinguedinis attrahit. illud autem in totum praecipiendum habeo, ut neque fumus neque fuligo, quamdiu uiride oleum conficitur, in torcular admittatur aut in cellam oleariam: nam est utraque res inimica huic rei. peritissimique olearii uix patiuntur ad unam lucernam opus fieri, quapropter ad eum statum caeli et torcular et cella olearia constituenda est, qui maxime a frigidis uentis auersus est, ut quam minime uapor ignis desideretur.

*14* Dolia autem et seriae, in quibus oleum reponitur, non tantum eo tempore curanda sunt, cum fructus necessitas cogit, sed ubi fuerint a mercatore uacuata, confestim uilica debet adhibere curam, ut, si quae faeces aut amurcae in fundis uasorum subsederint, statim emundentur et non calidissima lixiua, ne uasa ceram remittant, semel atque iterum eluantur, deinde aqua tepida leuiter manibus defricentur et saepius eluantur, atque ita spongia omnis umor adsiccetur. *15* sunt qui cretam figularem in modum liquidae faecis aqua resoluant et, cum uasa lauerint, hoc quasi iure intrinsecus oblinant et patiantur arescere; postea, cum res exigat, ali⟨i⟩ pura aqua, nonnulli prius amurca, deinde aqua uasa perluunt et adsiccant; tum considerant, numquid ceram nouam dolia desiderent: nam fere sexta quaque oliuitate cerari oportere antiqui dixerunt, *16* quod fieri posse non intellego: nam quemadmodum noua uasa, si calefiant, liquidam ceram facile recipiant, sic uetera non crediderim propter olei sucum ceraturam pati. quam tamen et ipsam ceraturam nostrorum temporum agricolae repudiauerunt existimaueruntque satius esse noua dolia liquida gummi perluere siccataque subfumi-

**S**$^{1}$ – 84 sic **x**$^{2}$**tp** si **SAR** – 88 uacam **S**$^{1}$ – proelo **S** – 89 proeli **S** – 90 secum **S**$^{2}$**h**$^{2}$**jλç** sed cum **S**$^{1}$**Ah**$^{1}$**fϱy** – 91 pinguidinis **A**$^{1}$ – 92 fulico **A**$^{1}$ – 93 torcular **wåäcdγb**$^{1}$**lń** trocla **S** troclar **Ajy** strodar **h** stoclar **m** stroclar **b**$^{2}$**fç** troclear **r** – oliariam **hjbfry** – 94 inimici **A**$^{1}$ – 95 stratum **S**$^{1}$ – et torcular **wåäcdγl** etroclar **SA** et troclar **R** – 97 ut *om.* **AR** – mme **S**$^{1}$ – 101 amurgae **Ahjmfϱy** – 102 uasam **S**$^{1}$**Ahfy** uasum **j** – 103 eleuantur **S**$^{1}$**R** – 104 eleuantur **S**$^{1}$ – sphongia **S** – 105 adsiccentur **A**$^{1}$ – 106 aquam **AR** – 107 harescere **S** – postea **S**$^{2}$ potest **S**$^{1}$**AR** – alii *scripsi* ali **S** tali **AR** – 108 adsiccan **S**$^{1}$ – 110 quaeque **S** – 111 noua **AR** no **S** – 112 crediderim **γç** credideram **SAR** – 115 cummi **S**$^{1}$**A**$^{1}$ – 116 aut malum odorem

gare alba cera, ne pallorem aut malum odorem capiant. eamque suffitionem semper faciendam iudicant, quotiensque uel noua uel uetera uasa curantur ⟨et⟩ oleo nouo praeparantur. *17* multi cum semel noua dolia uel serias crasse gummi liuerunt, una in perpetuum gummitione contenti sunt; et sane, quae semel oleum testa conbibit, ⟨i⟩am alteram gummitionem non recipit: respuit enim olei pinguitudo talem materiam, qualis est gummis.

## Oleum maturum quemadmodum boni fiat saporis

Post mensem Decembrem circa Kalendas Ianuarias eadem ratione, qua superius, destringenda erit olea et statim exprimenda; nam si reposita in tabulatum fuerit, celeriter concalescet, quoniam hiemalibus pluuiis amurgae plus concipit, quae est contraria huic rei. *18* cauendum est itaque, ne fiat oleum cibarium, quod uno modo uitari poterit, si protinus inlata de agro baca conmolita et expressa ce⟨te⟩raque sic administrata fueri⟨n⟩t, ut supra diximus. plerique agricolarum crediderunt, si sub tecto baca deponatur, oleum in tabulato crescere, quod tam falsum est quam in area frumenta grandescere. idque mendacium uetus ille Porcius Cato sic refellit: *19* ait enim in tabulato conrugari oliuam minoremque fieri; propter quo⟨d⟩, cum facti unius mensuram rusticus sub tecto reposuerit et post multos dies eam molere uoluerit, oblitus prioris mensurae, quam intulerat, ex alio aceruo, similiter seposito, quantum⟨cum⟩que mensurae defuit, supplet; eoque facto uide⟨n⟩tur plus semiuietae quam recentes bacae reddere, cum longe plures modios acceperit. *20* attamen, ut maxime id uerum esse⟨t⟩, nihil⟨o⟩minus ex pretio uiridis olei plus quam multitudine mali[i]

---

*om.* **AR** – 117 sufficionem **Shjbr** suffumigationem **ń** – 118 et *add. Ald.*, *om.* **SAR** – olea noua **AR** – 119 cummi **SA**$^{1}$ – liuerunt *ed.pr.* lientur **SAh**$^{1}$**jλfy** linentur **h**$^{2}$**b**$^{1}$**ç** linitur **ρ** – 120 cummitione **SA**$^{1}$ – conbibit iam **dl** conbibitam (-tum **λ**) **SAR** – 121 commitionem **S** cummitionem **A**$^{1}$ gommitionem **h** gummationem **f** gumitionem **r** – 122 cummis **S**$^{1}$**A**$^{1}$ – 123 *pr.* **SAhryç** – fit **Ahry** sit **ç** – 127 fluuis **Sh**$^{1}$**jf** fluuiis **Aλρ** pluuis **h**$^{2}$ pluuiis **ç** – amurcae **S**$^{1}$**bç** – 130 ceteraque *Pont.* cera quae **SAR** – fuerint *Pont.* fuerit **SAR** – 133 grandescere **S** crescere **AR** – conrucari **S**$^{1}$ – 135 quod cum **åädü**$^{2}$**tlp**$^{2}$**ç** quo cum **SAhjfy** quocunque **mρ** cuiuscunque **b** – 136 oblitus **t**$^{1}$**p**$^{2}$ oblitis **SA** obliti **R** – priores **SA**$^{1}$ – 137 alio **S**$^{2}$**h**$^{2}$**j** alo **S**$^{1}$**Ah**$^{1}$**λσ** aluo **ρ** – ceruo **Ah**$^{1}$**jλσ** – quantumcumque **u**$^{2}$**cqγ** quantumque **SAR** – 138 uidentur *Heinsius* uidetur **SAR** – 139 semiuietae *Heinsius* sequietae **S** esse quietae **AR** – recentes *Heinsius* recentis **SAR** – 140 esset **tp**$^{2}$ esse **SAR** – 141 nihilominus **ä** nihil minus **SAR** – multitudine mali *Ald.* multitudi-

nummorum contrahitur. sed et Cato dicit: ⟨n⟩ec sic quidem quidquam ponderis aut mensurae oleo accedit, si portionem uelis in factum adiectae bacae conputare. quapropter dubitare non debemus lectam oliuam primo quoque tempore conmolere preloque subicere.

## De cibario oleo conficiendo

*21* Nec ignoro etiam cibarium oleum esse faciendum; nam ubi uel exesa uermiculis oliua decidit, uel tempestatibus et pluuiis in lutum defluxit, ad praesidium aquae calidae decurritur; aenumque calefieri debet, ut inmundae bacae eluantur; sed id non feruentissima fieri oportet uerum modice calida, quo commodior gustus olei fiat: nam si excoctus est, etiam uermiculorum ceterarumque immunditiarum saporem trahit. sed cum fuerit oliua elota, reliqua, sicut supra praecepimus, fieri debebunt. *22* fiscis autem non isdem probum et cibarium oleum premi oportebit: nam ueteres ad caducam oliuam, noui autem ordinario aptari oleo, semperque, cum expresserint facta, statim feruentissima debent aqua bis aut ter elui, deinde, si sit profluens, inpositis lapidibus, ut pondere pressi detineantur, inmergi, uel, si nec flumen est, in lacu aut in piscina quam purissimae aquae macerari et postea uirgis uerberari, ut sordes faecesque dedicant, et iterum elui siccarique.

## 53 Olei gleucini compositio

*1* Quamuis non erat huius temporis olei gleucini compositio, tamen huic parti uoluminis reseruata est, ne parum opportune uini conditionibus interponeretur. hac autem ratione confici debet: uas oleare quam maximum et aut nouum aut certe bene solidum praeparari oportet, deinde per uindemiam musti quam optimi generis et quam recentissimi sextarios LX cum olei pondo LXXX in id confundi, tum aromata non cribrata, sed ne minute quidem contusa, uerum

53: *Plin. nat. 15,29*

nem alii **SAR** – 142 nec *Pont.* et **SAR** – quiquam **SA** – 145 proeloque **S** – 146 *pr.* **SAhryç** – cebario **A** – 148 uel (*ante* exesa) *om.* **AR** – exsesa **S**$^1$**A**$^1$ – 149 caldae **S**$^2$ *ras.* **S**$^1$ – ahenumque **A**$^2$**hjmfy** – 151 custus **S**$^1$ – 152 immundiarum **S**$^1$**A**$^1$ immundiciarum **S**$^2$**by** – 154 praecoepimus **A** – 158 profuluens **S**$^1$ – 161 siccariique **S**$^1$

53: 1 *pr.* **SAhryç** – 3 oportune **Ahλσ** – uicini (-nis **j**) **AR** – 4 condicionibus **A** – 5 olea **AR** – 7 recentissimis **S**$^1$ – confundi tum **SA** confunditur **R** – 8

leuiter confracta in reticulum iunceum aut linteum adici et ita in olei atque musti prae⟨dictum modum⟩ demitti. *2* sin⟨t⟩ autem his portionibus pensata ea[t], quae infra subicimus: calami, schoeni, cardamomi, xylobalsami, corticis de palma, faeni Graeci uetere uino macerati et postea siccati atque etiam torrefacti, iunci radicis, tum etiam iridis Graecae nec minus anesi Aegyptii; pari pondere, id est uniuscuiusque libram et quadrantem, ut supra diximus, reticulo inclusa demittito et metretam linito; post septimum diem aut nonum apertae metretae, si quid faecis aut spurcitiae faucibus inhaerebit, manu eximito et detergito, deinde oleum eliquato nouisque uasis recondito. *3* mox reticulum eximito et aromata in pila quam mundissime contundito tritaque in eandem metretam reponito et tantundem olei, quantum prius, infundito et opturato, in sole ponito, post septimum diem oleum depleto et, quod est reliquum musti, picato cado recondito; nam id si non exacuerit, medicamentum dabitur potandum inbecillis bubus et cetero[rum] pecori.

Oleum autem secundarium non insuauis odoris cotidianam unctionem praebere poterit dolore neruorum laborantibus.

## 54 Oleum ad unguenta sic facito

*1* Antequam oliua nigrescat, cum primum decolorari coep⟨er⟩it nec tamen adhuc uaria fuerit, maxime Liciniam, si erit, si minus, Sergiam, si nec haec fuerit, tunc Culminiam bacam manu stringito et statim purgatam prelo integram subicito et amurcam exprimito. *2* deinde suspensa mola oliuam frangito eamque uel in regulas uel in nouo fisco adicito, subiectamque prelo sic premito, ne uasa intorqueas sed tantum ipsius preli pondere quantulumcumque exprimi patiaris. deinde, cum sic fluxerit, protinus capulator amurca separet et diligenter seorsum in noua labra transferat atque eliquet.

contuse **A$^{1}$** – 10 atque **S** aut quae **AR** – praedictum modum demitti *scripsi* predemitti (pondo de- **h$^{2}$**) **SAR** – sint *Ald.* sin **SAR** – 11 pensata ea quae *scripsi* pensatae atque **SAR** – calamus **S$^{1}$** calamo **S$^{2}$** – scoheni **SA** – 12 cardamomi xylobalsami *Ald.* cardamo mixto balsami **SAR** – uino *Ald.* primo **SAR** – 13 iuncti **SA** – 16 demittito **å** dimittito **SAR** – 17 apertae **S** per se (fe **h$^{2}$ρ**) **AR** – metreta **S$^{1}$AR** – quis **SA** – 19 recondita **A$^{1}$** – 22 oleo **AR** – depleto *Ald.* repleto **SAR** – relicum **S** – 23 candore condito **Ah$^{1}$jλσ** – exacuerit **lńç** exaugerit **S** exaucerit **Ah$^{1}$j$^{2}$bfry** exacerit **j$^{1}$** exauterit **λ** exacescerit **h$^{2}$** – 24 potandum **h$^{2}$x$^{2}$tlç** potantum **SAh$^{1}$jmfńy** potatum **br** – cetero **tç** ceterorum **SAR** – 25 cottidianam **A** quotidianam **R**

**54:** 1 *pr.* **SAhryç** – 2 coeperit **äγry** coepit **SAR** – 4 sergiam **SA** regiam **R** – culmini **h$^{1}$fy** – manum **S** – 5 proelo **S** – *ante* integram *add.* in **SA** – 6 oliuan

reliquum olei, quod postea fuerit expressum, poterit ad escam, uel cum alia nota mixtum uel per se, adprobari.

**55** *1* Hactenus de oleo dixisse abunde est. nunc ad minora redeamus.

### De sucidia et salsura facienda

Omne pecus et praecipue suem pridie, quam occidatur, potione prohiberi oportet, quo sit caro siccior. nam si biberit, plus umoris salsura habebit. ergo sitientem cum occideris, bene exossato: nam ea res minus cariosam et magis durabilem salsuram facit. *2* deinde cum exossaueris, cocto sale nec nimium minuto sed suspensa mola infracto diligenter sallito et maxime in eas partes, quibus ossa relicta sunt, largum salem infarcito. conpositisque supra tabulatum tergoribus aut frustis uasta pondera inponito, ut exanietur; tertio die pondera remoueto et manibus diligenter salsuram fricato, eamque cum uoles reponere, minuto et trito sale aspergito atque ita reponito nec desieris cottidie salsuram fricare, donec matura sit. *3* quod si serenitas fuerit his diebus, quibus perfricatur caro, patieris eam sale consparsam esse VIIII diebus; a[u]t si nubilum aut pluuiae, XI uel duodecima die ad lacum salsuram deferri oportebit et salem prius excuti, deinde aqua dulci diligenter elui, necubi sal inhaereat, et paulum adsiccatam in carnario suspendi, quo modicus fumus perueniat, qui, si quid umoris adhuc continetur, siccare eum possit. haec salsura luna decrescente maxime per brumam sed etiam mense Februario ante Idus commode fiet.

### Aliter

*4* Est et illa salsura, quae etiam locis calidis omni tempore anni potest usurpari, cum ab aqua pridie sues prohibitae sunt: postero die

---

55: *Cato agr. 162; Gp. 19,9*

---

**A** – 7 proelo **S** – 8 proeli **SAhf** – 10 separet **dtl** separare **SAR** – atque *scripsi* eiusque **SAR** *uide diss. p. 174* – 11 relicum **S**[1]

55: 2 *pr.* **SAhryç** – succidia **rç** – 4 biberis **h**[1]**mfy** – 5 exossata **h**[1]**jmfry** – 6 cariosam *scripsi* incynosam **SAR** *uide diss. pp. 126 sq.* – salsurum **SA** – 9 tercoribus **A**[1] – 10 exanetur **S**[1] – 11 *post* et *add.* in **AR** – 13 desieris *scripsi* desit eius **S** desieius **A** desieris eius **R** *uide diss. p. 140*[9] – quotidie **R** – 14 salem **SA** – 15 at **ç** aut **SAR** – pluuiam **S** – 17 elu **S**[1] – ne ubi **SA** – 18 paululum **Ahjmfρy** – adsiccata **S** – 19 quit **S**[1] – 20 hae **SA** – salsuram **S**[1]**A** – 22 *pr.* **SAhryç** – 23 tem-

mactantur et uel[ut] aqua candente uel ex tenuibus lignis flammula facta glabra⟨n⟩tu⟨r⟩; nam utroque modo pili detrahuntur. caro in libraria frusta conciditur. deinde in seria substernitur sal coctus et modice, ut supra diximus, infractus; deinde offulae carnis spisse conponuntur et alternus sal ingeritur. sed cum ad fauces seriae peruentum est, sale reliqua pars repletur et inpositis ponderibus [u]uas contegitur. eaque caro semper consumatur; tamquam salsamentum in muria sua permanet.

## 56 Raporum conditura

*1* Rapa quam rotundissima sumito, eaque, si sunt lutosa, detergito, et summam cutem nouacula decerpito; deinde, sicut consueuerunt salgamarii, decusatim ferramento lunato incidito, sed caueto, ne usque ad imum [per]praecidas rapa. tum sale⟨m⟩ inter incisuras raporum non nimium minutum adspergito et rapa in alueo aut seria conponito, et, sale plusculo inspersa, triduo sinito, dum exudent. *2* post tertium diem mediam fibram rapi gust⟨at⟩o, si receperit salem; deinde, cum uidebitur satis recepisse, [et] exemptis omnibus singula suo sibi iure eluito; uel, si non multum liquoris fuerit, muriam duram adicito et ita eluito et postea in quadratam cistam uimineam, quae neque [non] spisse, solide tamen et crassis uiminibus contexta sit, rapa conponito. deinde sic aptatam tabula⟨m⟩ superponito, ut usque ad fundum, si res exigat, intra cistam deprimi possit. *3* cum eam tabula[tu]m sic aptaueris, grauia pondera superponito et sinito nocte tota et uno die siccari; tum in dolio picato fictili uel in uitreo conponito et sic infundito sinapi, ut[r] a iure contegantur.

---

56: *Pallad. 13,5; Apic. 3,13*

---

pori **S**$^1$ – 25 maciantur **Ahjσ** – uel **düt**$^2$**p**$^2$ uelut **SAR** – 26 glabrantur *Ald.* glabrata **SAR** – troque **A** – 27 frustra **AR** – coctus et *scripsi* coctum sed **SAR** – 28 infractas **Ah**$^1$**jλσ** – 29 alternis **S** – 31 uas **h**$^2$ ouas **S** uuas **Ah**$^1$ in uas **jλńç** uuas in uas **fy** uuas uel in uas **r** – contegitur *scripsi* conteritur **SAR** – consummatur **A** consummato **f**

56: 1 *pr.* **SAhryç** – 2 rapa **S** raporum **AR** – rutundissima **S**$^1$ – detergeto **Ajbfç** – 3 nouaculam **S** – 5 praecidas **åütç** perpraecidas **SAR** – salem **dtç** sale **SAR** – cisuras **S** – 6 adspergato **S**$^1$ – 7 aspersa *uel* adspersa **AR** – 8 gustato **odp**$^2$**ç** custo **S**$^1$ gusto **S**$^2$**AR** – 9 et **SAR** *om.* **üt** – 12 non **SAR** *om.* **bf** – 13 contesta **SA** – apta **S** aptam **mf** – tabulam **odtç** tabula **SAR** – 14 cista **S** – 15 eum **R** – tabulam *Ald.* tabulatum **SAR** – 17 sinapi **åxübç** senapi **SAR** – ut a

### Naporum conditura

Napi quoque, sed integri[s], si minuti sunt, maiores autem insecti, eodem iure, quo rapa, condiri possunt; sed curandum est, ut haec utraque, antequam caulem agant et cymam faciant, dum sunt tenera, conponantur.

### Aliter

*4* Napos minutos integros, aut rursus amplos in tres aut quattuor partes diuiusos, in uas coicito et aceto infundito. salis quoque cocti unum sextarium in congium aceti adicito; post tricensimum diem uti poteris.

### 57 Quemadmodum sinapem facias

*1* Semen sinapis diligenter purgato et cribrato; deinde aqua frigida eluito et, cum fuerit bene lotum, duabus horis in aqua sinito; postea tollito, et manibus expressum in mortarium nouum aut bene emundatum adicito et pistillis conterito. cum contritum fuerit, totam intritam ad medium mortarium contrahito et comprimito manu plana; deinde cum compresseris, scarifato, et, inpositis paucis carbonibus uiuis, aquam nitratam suffundito, ut omnem amaritudinem eius et pallorem exaniet. deinde statim mortarium erigito, ut omnis umor eliquetur. post hoc album acre acetum adicito et pistillo permisceto colatoque. hoc ius ad rapa condienda optime facit. *2* ceterum, si uelis ad usum conuiuiorum praeparare, cum exaniaueris sinape, nucleos pineos quam recentissimos et amylum adicito diligenterque conterito, infuso aceto. cetera, ut supra dixi, facito. hoc sinapi ad embamma non solum idoneo sed etiam specioso uteris; nam est candoris eximii, si sit curiose factum.

---

**h**[2]**ü**[2]**tp**[2] utra **SAh**[1]**jmfρy** atra **b** ut eo **ç** – 19 *pr.* **SAhryç** – 20 integri si minuti **dγ** integrissimi nunti (nuti **h**[2] iuncti **b**) **SAh**[2]**jλf** integrissi minutim **h**[1] integrissimi minuti **ρç** integrissimi *u. sp.* **y** – 22 cauelem **S** – acant **S**[1] – et *om.* **R** – 24 *pr.* **SAhyç** – 25 rusus **SA** – 27 concium **A** – trigesimum **j** trigensimum **bσ** tricesimum **y**

57: 1 *pr.* **SAhryç** – 4 murtarium **S**[1] – 8 sufundito **S** – 9 murtarium **A** – 11 collatoque **A** – 15 sinapi **fç** senapi **SAR** – idono **S**[1] – 16 eximi **A** – si *om.* **S**[1]

## 58 Holeris atri radicem quemadmodum conponas Ianuario uel Februario mense

*1* Priusquam holus atrum coliculum agat, radicem eius eruito mense Ianuario uel etiam Februario, et diligenter defrictam, ne quid terreni habeat, in aceto et sale conponito; deinde post diem xxx eximito et corticem eius delibratum abicito; ceterum medullam eius concisam in fideliam uitream uel nouam fictilem coicito, et adicito ius, quod, sicut infra scriptum est, fieri debebit: *2* sumito mentam et uuam passam et exiguam cepam aridam eamque cum torrido farre, exiguo melle subterito; quae cum fuerit bene trita, sapae uel defruti duas partes et aceti unam permisceto atque ita in eandem fideliam confundito, eamque, operculo contectam, pellic⟨u⟩lato. cum deinde uti uoles, cum suo iure concisas radiculas promito et oleum adicito.

## Siseris radicem quemadmodum componas

*3* Hoc ipso tempore siseris radicem poteris eadem ratione, qua supra, condire; sed cum exegerit usus, eximes de fidelia et oxymeli cum exiguo oleo superfunde.

## 59 Quemadmodum moretum facias

*1* Addito in mortarium satureiam, mentam, rutam, coriandrum, apium, porrum sectiuum aut, si id non erit, uiridem cepam, folia lactucae, folia erucae, thymum uiride uel nepetam, tum etiam uiride puleium et caseum recent⟨em⟩ et salsum. ea omnia pariter conterito acetique piperati exiguum permisceto; hanc mixturam cum in catillo composueris, oleum superfundito.

---

**59:** 24–40 *Apic. 1,18*

---

**58:** 1 *pr.* **SAhryç** – holeris **SA**$^2$**hryç** priusquam **A**$^1$ – 3 eruito *ed.pr.* eruitam **S** serito (fer- **j**) **AR** – 4 defrictam *scripsi* diffrictam **S** defricatam **AR** – quit **S**$^1$ – 7 fictile **A** – 8 sic **R** – 11 defrutii **S**$^1$ – 12 pelliculato *ed.pr.* pelliclato **S**$^1$ pellicato **S**$^2$**AR** – 15 *pr.* **SAhyç** – componis **Sh** – 16 *ante* siseris *add.* poteris **S** – poteris *del.* **S**$^2$ – qua **AR** uua **S** – 17 exegerit **bρç** exegerat **S** exigerit **Ahj**$^2$**mfy** exeigerit **j**$^1$ – oximeli **hmr** exymeli **b** eximelli **ń**

**59:** 1 *pr.* **SAhryç** – 3 id *om.* **AR** – 5 recentem **cqü**$^2$**tl** recens **SAR** – 6 hanc

**Aliter**

*2* Cum uiridia, quae supra dicta sunt, contriueris, nuces ⟨iu⟩glandes purgatas, quantum satis uidebitur, interito acetique piperati exiguum permisceto et oleum infundito.

**Aliter**

Sesamum leuiter torrefactam cum his uiridibus, quae supra dicta sunt, conterito; item aceti piperati exiguum permisceto, tum supra oleum superfundito.

**Aliter**

*3* Caseum Gallicum uel cuiuscumque notae uolueris minutatim concidito et conterito nucleosque pineos, si eorum copia fuerit, si minus, nuces auellanas torrefactas, adempta cute, uel amygdalas e⟨a⟩que, ⟨quae⟩ supra, condimenta pariter misceto acetique piperati exiguum adicito et permisceto compositumque oleo superfundito.

**Aliter**

*4* Si condimenta uiridia non erunt, puleium aridum uel thymum uel origanum uel aridam satureiam cum caseo conterito acetumque piperatum et oleum adicito. possunt tamen haec arida, si reliquorum non sit potestas, etiam singula caseo misceri.

**Oxypori compositio**

Piperis albi, si sit, si minus, nigri unciae tres, apii seminis unciae duae, laseris radicis, quod silphion Graeci uocant, sescunciam, casei sextantem; haec contusa et cribrata melli permisceto et in olla noua seruato; deinde, cum exegerit usus, quantulumcumque ex eo uidebitur, aceto et garo diluito.

---

**AR** ac **S** – 8 *pr.* **SAhryç** – 9 contrieris **S**$^1$ – iuglandes **h**$^2$**ü**$^2$**t** grandes **SAh**$^1$**jm fryç** glandes **bń** – 10 inserito **AR** – aceti *bis* **S**$^1$ – 11 exigum **S** – 12 *pr.* **SAhryç** – 14 permisceto tum *Schn.* permiscetum **S** permisceto cui **AR** – 16 *pr.* **SAhryç** – 17 minuta **S** – 19 abellanas **Ajmy** auelanas **f** – ademptas **S** – amygdalas **Ahfç** amigdas **S** amygdolas **jb** amigdolas **mpy** – 20 eaque quae *scripsi* aeque **SAR** *uide diss. pp. 175 sq.* – 23 *pr.* **SAhyç** – 24 erint **SA** – oleo **S** – 26 tamen **S**$^1$**AR** tam **S**$^2$ – 28 *pr.* **SAhryç** – oxyporii **Aç** oxiporii **r** – 29 alui **S**$^1$ – 30 laseridis **S** – sescunciam *Ald.* sexunciam **S** sesunciam **AR** – carei **SA** – 31 sestantem

**Aliter**

*5* Ligustici unciam, passae uuae, detractis uinaceis, sextantem, mentae aridae sextantem, piperis albi uel nigri quadrantem; haec, si maiorem inpensam uitabis, possunt melli admisceri et ita seruari. at si pretiosius oxyporum facere uoles, haec eadem cum superiore compositione miscebis et ita in usum repones; quod si etiam Syriacum lasar habueris, pro silphio melius adicies pondo semunciam.

Clausulam peracti operis mei, Publi Siluine, non alienum puto indicem lecturis, si modo fuerint, qui dignentur ista cognoscere, nihil dubitasse me paene infinita esse, quae potuerint huic inseri materiae, uerum ea, quae maxime uidebantur necessaria, memoriae tradenda censuisse. nec tamen ca⟨pit homi⟩nis natura[m] cunctarum rerum prudentiam: nam etiam quicumque sunt habiti mortalium sapientissimi, multa scisse dicuntur, non omnia.

---

**SAhλfyç** – 32 exigerit **Ahmfry** – 34 *pr.* **SAhryç** – 35 sestantem **S** – 36 mentae aridae sextantem *om.* **AR** – sextantem *Schn.* sestantem **S** – alui $S^1$ – 37 ad $S^1$ – 38 oxyporum **S** oxyporium **Ajfyç** oxiporium **hr** oxiporum **b** oxiponum **ń** – 39 compositionem **S** – Syriacum **S** cum **AR**

**ep.**: 1 alienum $S^2$ alienom $S^1$ alienam **AR** – 2 dicentur $S^1$ dinentur **A** – 5 capit hominis *scripsi* canis **SAR** *uide diss. pp. 176 sq.* – natura $h^2$**r** naturam **SAR** – 7 scississe **A** – *postscr.:* L Iuni Moderati Columellae rei rusticae liber XII (XIII **fry** *om.* **m**) explicit feliciter (*om.* **m**) **Smfry** Liber Iuni Moderati Columellae XIII explicit feliciter **h** Amen Deo gratias finis *uel sim.* **ńç**

O

PA 6375 C6 1897 fasc.1-8

Columella, Lucius Junius Moderatus
L. Ivni Moderati Colvmellae Opera

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

UTL AT DOWNSVIEW
D RANGE BAY SHLF POS ITEM C
39 13 29 25 10 007 1